N.° 57

N.° 57

UVA.BHSC

UVA.BHSC

~~371~~ 213.

237.

UVA.BHSC

B.H.S.C

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

El autor es Cristobal
García Guillen de San
S. Ruiz
1922.

UVA.BHSC

A. 702

21 de 7.e 1624
600 fojas

SVMMVLA SVMÆ Tertiæ Partis D. Thomæ

Quia saluator noster dominus Iesus Christus teste angelo populum suum saluum faciens a peccatis eorum uiam virtutis in seipso demonstrauit perquã ad beatitudinem immortalis uitæ resurgendo peruenire possimus, necesse est ut ad consumationem totius theologici negotij post considerationem ultimi finis humanæ uitæ, et uirtutum ac vitiorum, de ipso omnium saluatore ac de beneficijs eius humano generi præstitis nostra consideratio subsequat. Circa quam primo considerandum occurrit de ipso saluatore. Secundo de sacramentis eius quibus salutem consequimur. Tertio de fine immortalis vitæ ad quam per ipsum resurgendo peruenimus.

Circa Primum duplex consideratio occurrit. Prima est de ipso incarnationis misterio, secundumq; deus pro nostra salute factus est homo. Secunda de his quæ per ipsum saluatorem nostrum, id est Deum incarnatum sunt acta et passa

Quæstio. 1. de conuenientia incarnationis. in. 6. Ar. diuisa

Ar. 1. Vm̃ conueniens fuerit deum incarnari.

et

BIBLIOTECA DE SANTA CRUZ
VALLADOLID

UVA.BHSC

Et videtur quod non quia ab æterno fuit deus ipsa essentia bonitatis. ergo optimum et conveniens est ipsum esse sicut ab æterno fuit / 2. quia in infinitum distantia (ut deus et caro) non sunt unibilia / 3 quia summa bonitas malitiæ non potest uniri. ergo nec summus spiritus corpori) 4. quia inconveniens est quod parvo corpusculo includat quem totus non capit orbis. et universorum rector ad minima regenda arctet ut Volusianus ad Augustinum ait.

Sed contra est quod invisibilia dei per ea quæ facta sunt conspiciuntur. et sic bonitas iustitia misericordia. et omnipotentia dei per incarnationem. ut dicit Damascenus in principio tertij libri.

Dicendum quod cum illud sit conveniens unicuique quod ei convenit secundum suam naturam. et natura dei sit ipsa bonitas cui summe convenit communicari ut ait Dionis. 1. et 4 cap. de div. nom conveniens fuit deum fieri hominem et sic communicari humanæ naturæ ut una persona fiat ex tribus verbo anima et carne. ut dicit August. 13. de trinit

Ad. 1. Rr. quod deus non est mutatus per incarnationem quia se naturæ vel eam potius sibi univit. sed natura cui quia mutabilis est convenit. ut non semper eodem modo se habeat / Ad. 2 quod sic uniri deo

non

UVA.BHSC

non conuenit naturę creatę secundū
suam conditionem. sed conuenit deo
secundum suam excellentiam eam
sibi unire propter hominum salutem/
Ad. 3. q. quęlibet alia conditio (dempta
culpa) secundum quam quęcunq; crea
tura differt a creatore, a dei sapientia est
instituta. et ad dei bonitatem ordinata
et sic ei nullo modo fuit conueniens as
sumere malum culpæ/ Ad. 4. cum Au
gustino respondente ad Volusianum. q.
deus non molli. sed uirtute magnus est
ac proinde nullas in angusto sentit an
gustias. nam et verbum hominis tran
siens, simul audit a multis et a singu
lis totum.

Ar. 2. Vm̄ Necessarium fuerit ad reparationem generis huma ni verbum dei incarnari?

Et uidet q. non qr verbo dei nil deerat. ad
reparandam naturam. erg. sine eius as
sumptione poterat/ 2. qr sicut deus ac
tum hominis imputauit ad culpam sic
posset contrarium actum eiusdem homi
nis acceptare in satisfactionem/ 3. qr
ad salutem hominis maxime pertinet ut
deum reuereat. ut dicit Malach. 1. sed
ex hoc ipso homines magis deum reuerē
t q. ipsum considerant super omnia ele
uatum. ut ex psalmis constat. erg. nō
fuit necessarium incarnari.

Sed

UVA.BHSC

Sed contra est q per incarnationem liberatum est genus humanum a perditione . ut constat Ioan . 3 . ergo fuit necessarium deum incarnari —

Dicendum q quamuis simpliciter nõ fuerit necessarium Deum incarnari ad hominum redemptionem . cũ ipsius omnipotentię multi alij modi offerri potuerint . fuit tamen necessarium ad melius esse . sic enim fidẽ maiorem, spem, charitatem . rectam operationem . diuinam ipsius participationem . mali remotionem . humanę naturę dignitatem . libertatem q3 nostram a peccato causauit . quę homo purus non poterat et deus facere non debebat . quin et sic hominẽ ne de se pręsumeret edocuit . et eius superbiam humilitate sanauit . quę omnia exacte nos docent Augustinus 13 . de trinit . et . 11 . de ciuit dei . et de cathechizandis rudibus . et in quodam sermone de natiuit . domini . et lib . de uera religione et leo papa sermone de natiuitate .

—//— Ad . 1 . R q procedit de necessario simpliciter sine quo ad finẽ perueniri non potest / Ad . 2 q eiusmodi satisfactio puri hominis non esset perfecta adęquata et condignâ . sed ex acceptatione dei qui ea esset contentus . et q

^ in se
^ tum q tota natura erat per peccatum corruptam

om

UVA.BHSC

omne imperfectum presupponit aliquid perfectum a quo sustentet inde est q. omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a satisfactione Christi / Ad. 3. q. deus per incarnationem maiestatem suam non minuit sed nos ad seipsum magis cognoscendum attraxit.

(+ Tum qr peccatum habuit quamdam infinitatem ex parte dei offensi)

Ar. 3. Vm si Homo non peccasset deus incarnatus esset?

Fuidet q. sic. qr multe alie sunt incarnationis dominice causae / 2. qr debuit in omni eventu manifestari in aliquo effectu omnipotentia dei. que in nullo (qr omnis est finitus) potuit nisi in incarnatione / 3. qr humana natura sine peccato capax erat tantibe neficij, ergo non erat illi qr non peccasset subtrahendum / 4. qr ab eterno erat predestinatus filius dei in virtute ut habet Roman. 1. ergo eiusmodi predestinatio omnino et in omni eventu implenda erat / 5. qr homini primo facta est revelatio de incarnatione. Cum dixit hoc nunc os ex ossibus meis. et. c. d c. mea. sed non fuit prescius sui casus sicut neqr angelus ut Augustinus dicit supergenes. ad litteram. ergo

Sed contra est August. lib. de verbis domini exponens illud luce. 19. venit filius hominis

UVA.BHSC

nis quęrere et saluum facere, quod perierat. et glossa. 1. ad Timot. 1. in illud Christus uenit in mundum peccatores saluos facere.

Dicendum q. cum ea quę ex sola dei uoluntate dependent prout ex sacra scriptura nobis innotescunt sint diiudicanda. ex qua ob peccatum Christum aduenisse constat. conuenientius (licet alij contrarium senserint) dicitur q. non existente peccato. verbum incarnatum non fuisset. quamuis potuisset si uellet.

(quale est incarnationis misterium) non aliter nisi

Ad. 1. Rr q. omnes alię causę quę sunt assignatę pertinent ad remedium peccati. ut innuit Augustinus. in illud Joannis. verbum caro factum est / Ad 2. q. in ipsa productione rerum ex nihilo diuina virtus infinita ostendit. et ad perfectionem uniuersi sufficit, q. naturali modo creatura ordinet in deum / Ad 3. q. licet deus impleat capacitatem naturę quę est secundum potentiam naturalem non tamen illam, quę est secundum diuinam potentiam. nihil autem prohibet ad aliquid maius esse humanam naturam post peccatum deus enim permittit mala. ut inde aliquid melius eliciat. Rom. 4. et in benedictione cerei dicit. o felix culpa quę talem ac tantum meruit habere Redemptorem

productam

rem. / Ad. 4. q. prędestinatio prędsup
ponit prędscientiam futurorum. et ideo
sicut deus prędestinauit salutem a
licuius hominis per orationes alio
rum implendam. ita etiam prędes
tinauit opus incarnationis in reme
dium humani peccati / Ad. 5. q. non
inconuenit alicui reuelari effectum
cuj non reuelet causa. sicut et de fac
to sępe sine causa cognoscit.

Ar. 4. Vm̄ Principalius Christi
incarnatio fuerit facta ad tollē
dum peccatum originale
q̄z actuale?

Fuidet q. ad actuale. q. hoc grauius
est. et ut ait Augustinus contra Juli
anum peccato originali minima poe
na debet / 2. q. originali sola poena
damni debetur. Christus autem domi
nus pro peccato satisfacturus nullam
damni poenam. sed sensus passus est
in cruce et pœnalitatibus suis / 3. q.
ut Chrisostomus dicit in 2. de compu
nctione cordis beneficia comunia dej
seruus fidelis quasi sibi soli prestita re
putare debet. vnde Paulus galat. 2. ait
dilexit me. et tradidit semet ipsum
pro me. ergo non pro originali. quod co
mune peccatum est. sed pro actualibus et
propriis debemus estimare dominum
fuisse

UVA.BHSC

incarnatum / Sed contra Ioannis . 1 .
ecce qui tollit peccatum mundi . id est
originale . ut dicit Beda .
Dicendum q Christus dominus non so
lum ad delendum originale sed ad de
lenda actualia peccata venit . pecca
tum autem actuale dicit maius inten
siue . originale autem extensiue qr
infecit totam naturam . et qr bonũ
comune est diuinius . ut dicit . in . 1 .
ethic . ideo principalius dicit ad pecca
tum originale delendum venisse do
minus .
Ad 1 . Rr q procedit de intensiua pec
cati magnitudine / Ad . 2 . q licet pec
cato originali non debeat poena sensus
tamen sensibiles poenę quas patimur
ut famis . sitis . et similia ex ipso pro
cesserunt . et ideo Christus dominus sẽ
sibiles dolores passus est ut plene pro pec
cato satisfaciens . mortem omnino de
leret / Ad . 3 . cum Chrisostomo ibidẽ
q Apostolus illis verbis ex charitate se
uoluit omnibus prębere obnoxium . et qr
sic illud peccatum naturę curatum est
in uno quoq . ac si in nullo esset cura
tum . Ar . 5 Vm̃ conueniens fue
ut deum incarnarj ab initio mũ
et iudet q non qr charitas non Cdi .
est

UVA.BHSC

est tarda immo statim dat ut dicitur
pro N. 3. opus autem incarnationis
fuit immensę charitatis dei. ephess
2 / 2. qr. 1. Timot. 1. dicit q. christus
dominus uenit peccatores saluos fa
cere. at plures salui facti fuissent si
a principio mundi uenisset / 3. qr si
cut natura incipit a perfecto ut dicit
Boetius lib. de consol. sic et gratia de
buisset incipere. opus autem gratię
perfectum est incarnatio. iuxta illud
verbum caro factum est. plenum gra
tię. et ueritatis.
Sed contra est. q. ad galatas. 4. dicit cum
uenit plenitudo temporis missit deus
filium suum. et ibi glossa.
Dicendum q. non decuit filium dei statim
in mundi principio ante peccatum incar
nari. qr ut dicit Matth. 9. non dat medici
na recte valentibus. Nec statim ~~statim~~ post
peccatum. qr oportebat ut homo qui ex su
perbia peccauerat suam indigentiam re
cognosceret. ut ponderat glossa in illud ga
lat. 3. ordinata per angelos. Secundo ob
promotionem ad bonum in qua procedit
ab imperfecto et animali ad spirituale
1. corint. 15 / Tertio ob dignitatem Verbi
uenientis. quem preconium series prę
cedere debebat. ut glossa dicit. galat. 4
quarto. ne longitudine temporis post ad
uentum charitas magis tepesceret. ut
Sabe

UVA.BHSC

habet Lucę .18 / Ad .1. R. q. charitas non tardat subuenire seruatis tamē seruandis / Ad .2. cum Augustino in lib. de sex quęstionibus paganorum q. 2. q. tunc uoluit dominus incarne uenire et apparere. cum opportunius sciuit creditu ros homines in eum / Ad uel ut idem sanctus subdit. q. non est uolentis neq. currentis sed miserentis dei / Ad 3. q. in uno et eodem imperfectum est prius tēpore. quamuis sit posterius natura. in diuersis autem perfectum est prius imperfecto tempore et natura. oportet enim quod perfectum sit. quę alia ad perfectionem adducit.

Ar. 6. vm incarnatio differri debuerit usq. ad finem mundi.

et uidet q. sic. qr. glossa illud psalmi et senectus mea in misericordia uberi. explicat. idest in nouissimo. opus autem incarnationis maxime misericordię est / 2. qr incarnatio est operum perfectissimum. ergo in eodem posterius est tempore / 3. qr sufficeret unus Christi aduentus ad redemptionem.

Sed contra Abacuc. 3. in medio annorum notum facies.

Dicendum q. cum aliquid ~~idem~~ ad perfectionem ducendum est. esse imperfectum tempore pręcedit eius perfectionem. et sic incarnatio qua sumere est humana natura perfecta non debuit fieri in ipso mundi princi

pio

Scilicet humana natura

qui est in fine futurus

UVA.BHSC

pio. licet ultima perfectio gloriæ ad quam per incarnationem deducenda est natura humana ~~erit~~ in fine mundi. ~~ac proinde~~ sit futura. Secundo ex effectu humanæ salutis. qr ut dicit in lib. de quæst. veteris et novi testamenti in potestate dantis est quando vel quantum velit misereri. et si usq; in finem mundi differret incarnatio nostra dei aboleret in terris / 3° fuit conveniens ad manifestationem divinæ virtutis. quæ pluribus modis homines salvavit non solum per fidem futuri. sed etiam per fidem præsentis et præteriti.

ex parte ipsius unionis verbi ad naturam.

Ad. 1. Rr q. locus exponit de perfectione et misericordia gloriæ conferendæ. vel cum Augustino lib. re tractat. q. tempus incarnationis dicitur senectus quantum ad numerum annorum præcedentium. sed iuventus quoad vigorem gratiæ. et hæc innuit idem sanctus lib. 83. qq. / Ad. 2. q. opus incarnationis non solum considerandum est ut terminus motus de imperfecto ad perfectum. sed et ut principium perfectionis in humana natura / Ad. 3. cum Chrisostomo in Zam. q. ne omnes in secundo adventu iuditij perirent non debuit deus primum adventum misericordiæ usq; in finem mundi differre.

Q. 2. De modo Unionis Verbi incarnati in. 12. art. divisa.

Ar. 1. Vm unio Verbi incarnati sit facta in Natura.

et

UVA.BHSC

Et videt q in una natura qr sic habet ex Cyrillo. Et inducit in gestis concilij Calcedonensis. ubi dicit non oportere intelligere duas naturas. sed unam dei incarnatam / 2. qr ut Athanasius dicit sicut anima rationalis et caro unus est homo. ita deus et homo unus est Christus at anima et caro unam constituunt humanam naturam / 3. qr Cyrillus dicit diuinam naturam esse incarnatam et Nazianzenus humanam naturam esse deificatam. et patet ex damasceno ergo ex duabus fit una.

Sed contra est determinatio concilij calcedonensis de duabus naturis cum unitate suppositi in Christo.

Dicendum q natura sumit primo pro generatione siue nascitura. secundo transfert ad principium ipsius generationis. uel ad principium cuiusuis motus ut dicit in. 2. physicorum siue sit materia siue forma. tertio sumitur pro essentia speciei ex his constituta, et sic accipit a Boetio lib. de duabus naturis. et sumit hic a nobis. Et hoc pacto est impossibile q unio verbi incarnati facta fuerit in una natura. qr si fieret ex duabus manentibus esset uelut artificiale quid. et compositum per accidens. si per commistionem neutra maneret. si tamen qz ex partibus diuinę naturę perfectioni repugnaret. nec sic humana pars esse posset

Ad

UVA.BHSC

Ad. 1. Rr q. Cyrilli auctoritas exponit in quinta synodo sic. q. natura verbi dei carnem uniuit sibi in persona. non q. in incarnatione. ex duabus naturis sit una natura constituta / Ad. 2. q. illa similitudo sic accipi debet quatenus ex anima et corpore constituit unus aliquis subsistens in carne et anima ex his ~~[illegible]~~ duabus constituit in homine duplex unitas naturę ~~[illegible]~~ / Ad. 3. q. natura ~~[illegible]~~ dicit incarnata q. unita ~~verbo~~ carni personaliter. et similiter caro dicit deificata non per conuersionem sed per unionem ad verbum saluis suis proprietatibus naturalibus; ut intelligat caro deificata. q. facta est dei verbi caro. non q. facta sit deus. ~ // ~ //

non quatenus

Ar. 2. Vm. Vnio Verbi incarnati sit facta in persona?

Et uidet q. non q. non est facta in natura. ergo neq. in persona quę identificat naturę / 2°. q. humana natura non est minus nobilis in Christo q. in nobis. sed in nobis habet propriam personalitatem. ergo et in Christo habet eam. 3. q. ut ait Boetius. lib. de duabus naturis. persona est rationalis naturę individua substantia. sed verbum assumpsit naturam in individuo. ergo

Sed contra definit in concilio Calcedonen.

Dicendum q. in creaturis superadduntur

na

UVA.BHSC

naturę accidentia et principia indi/
uiduantia. et inde est q. indiuiduum/
naturę non est omnino idem cum ipsa
natura. quin immo suppositum signi
ficat ut totum habens naturam sicut
partem formalem. et perfectiuam sui
et ~~inde est q.~~ ob hoc in compositis ex materia
et forma natura non prędicat de sup
posito. siue persona. ~~quę idem est~~. In deo
autem non est aliud secundum rem sup
positum et natura: sed solum secun
dum rationem intelligendi. q. ergo
omne quod inest alicui personę siue per
tineat ad naturam eius. siue non v-
nit ei in persona inde est q. si natura
humana quę est in verbo si non unit
ei in persona nullo modo ei unit quod
esset subiuere totam fidem Christianam.
ac proinde unio facta est in persona. non
in natura.

Ad. 1. Rr q. licet non secundum rem ta
men secundum modum intelligendi
differunt in deo suppositum et natura

Ad. 2. q. natura humana ex eo quod
est nobilior in verbo existit in persona
verbi et non in propria personalitate/ –

Ad. 3. q. verbum assumpsit naturam nō
in cōmuni (sic enim quilibet homo es
set dei verbum) sed in attomo et in indi
uiduo. non tamen per se existentem. sed
ut existeret ad subsistentiam verbi et

ideo

UVA.BHSC

ideo unio facta est in persona ~ // ~ //.

Ar. 3. Vm Vnio verbi incarnati sit facta in supposito. vel hypothasi.

Fuit et q non. qr Augustinus in enchir dicit. diuina substantia et humana utraqz est dei filius. sed aliud propter verbum. et aliud propter hominem et Leo Papa ad Flauianum. Vnum horum corruscat miraculis. aliud succubit iniurijs. sed per hec insinuant duo supposita. ergo / 2. qr. iuxta ~~Boetium~~ Boetium hypothassis est quedam particularis substantia. sed in Christo est alia substantia particularis preter hypothasim verbi. scilicet corpus et anima et compositum ex eis / 3. qr Christus continetur sub specie humana. ut dicit dionis. 1. cap de diuinis nominibus. ergo est hypothasis humane speciei

Sed contra est damascenus in 3. lib ~

Dicendum q ~~[illegible]~~ qui in Christo duas hypothasses cum una persona admisserunt omnino decepti sunt quasi unio in persona et non in hypostassi facta fuerit. quod damnat in concilio apud Constantinopolim celebrato. tum qr persona non addit ad hypothasim vel subsistentiam nisi dignitatem naturę scilicet q sit in natura rationali. tum qr sequeret q unio facta fuisset in quadam solum dignitate. quod damnatum est a Cyrillo

UVA.BHSC

rillo approbante synodo ephessina) et
Tertio qr operationes supposito tribuunt
ergo mori, pati, orare. et alia quę de Chris
to dicunt non de alio supposito ~~qr de~~ verbis
intelligenda veniunt. et contrarium
damnat in dicta ephessina synodo
Ad. 1. Rr q qr unus et idem Christus in
duabus naturis subsistit, quod non potest
contingere in suppositis creatis) ideo alte
ritas. quę provenit in creaturis a formis
accidentalibus. dicit aliud et aliud in Chr
isto. qui non dicit alius et alius. quam
vis e converso in trinitate non dicatur
aliud et aliud. sed alius et alius ne
supposita confundant. quę docet Nazi
anzenus in epist. ad Didimum / Ad. 2
q hypostasis vel suppositum nunquam ve
nit ad completi unionem. sicut humani
tas in Christo. Unde hypostasis non signi
ficat substantiam particularem utcum
q3. sed prout est in suo complemento / Ad
3. q individua non ponunt in specie nisi
ratione naturę. quę determinat per
formam specificam. et sic Christus in spe
cie humana ratione humanę naturę

Ar. 4. Vm hypostasis vel per sona Christi post incarnationem sit composita?

Et videt q non qr est persona verbi quę
compositionem non admittit / 2. qr di
ui

naturę

alicuius

UVA.BHSC

uina natura ob sui perfectionem nõ potest habere rationem partis. ergo persona Christi non est composita ex duabus naturis / 3. qr compositum ex aliquibus uidet esse homogeneum sicut corpus ex corporeis. ergo si ex duabus naturis esset compositio in Christo. compositio esset in natura. et non in persona Sed contra est Damascenus in. 3. lib hypostasim Christi compositam ex utra qr natura affirmans.

Dicendum q persona Christi in se est una et unum subsistens. qr tamen est alia et alia ratio subsistendi in duabus naturis. ut sic dicit persona composita. et per hoc pat responsio ad. primum. / Ad. 2. q illa non est compositio ratione partium sed ratione numeri, sicut illud in quo duo conueniunt potest dici ex eis compositum / Ad 3. q procedit de compositione ex partibus continui. alias homo ex corpore et anima componit etc.

. Ar. 5. Vm sit facta aliqua Vnio animę et Corporis in Christo.

Et uidet q non qr ex illa unione causaret alia hypostasis. a phypostasi verbi / 2. qr ex tali unione constituit natura humanę speciei. at Damascenus dicit q in Christo domino non est cõmunem speciem accipere / 3. qr corpus Christi ab ipso

ver

UVA.BHSC

verbo uiuificari poterat. quorsum ergo illa unio animę?)

Sed contra est illud ecclesię animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est. Dicendum q ad perfectionem et ueritatem humani corporis pertinet q anima rationali informet. est autem Christus dominus uniuoce et intra eam dem speciem nobiscum homo, ac ex consequenti negare in eo unionem animę ad corpus est negare uerum fuisse hominem. quod hęressis est manifesta.

Ad. 1. Rr q illud habet uerum in puris hominibus in quibus illa unio fit ut per se et in se existant. in Christo autem fit ut existant in prę existente persona verbi)

Ad. 2 q damascenus intendit dicere q verbum assumpsit naturam in atomo et singulari licet non subsistentem, non tamen comunem et abstractam. neq in omnibus existentem. qr sic esset omnes homines. uel ut ex verbis ipsius sancti colligit id solum uult q ex humanitate et diuinitate in Christo non resultat una tertia natura / Ad. 3. q verbum est principium effectiuum vitę. non tamen potest esse principium uitę formale. sicut neq corporis forma.

(qr sic carnem et ossa non haberet contra lucam. ultimo cap.)

Ar. 6 Vm natura humana fuerit unita verbo dei accidentaliter?

et

UVA.BHSC

Fuidet. q, sic. qr Philipp. 2. dicit q, ha
bitu inuentus est ut homo. ergo non su-
bstantialiter / 2. qr humana natura
aduenit ex tempore filio dei iam ab æ
terno perfecto. ergo accidentaliter / 3. qr
natura humana non pertinet ad natu
ram uel essentiam diuinam filij dei / 4
qr ut ait damascenus caro Christi fuit ins
trumentum diuinitatis. ergo accidit illi.
Sed contra est q, non prædicaret in quid
de Christo. quod est contra decretalem
Alexandri Papæ.

Dicendum. q, reiecta hæressi Eutichetis
et Dioscori. ponentium in Christo natu
ram compositam, et hæressi ~~Nestorij~~ et
Theodori ponentium duas ~~hypostases~~
~~[illegible]~~ personas in qua dicebant
habitare illum hominem sicut in tem
plo. et per eumdem affectum. eamdemq3
operationem. cum eodem honore. et no
minum æquiuocatione. siue comunica
tione. et Reiectis similiter duobus mo
dis dicendi posteriorum magistrorum (qui
putantes prædictas hæresses declinare in
ipsas inciderunt) ponentium cum una
persona duas hyposthasses. uel q, anima
non esset essentialiter unita corpori —
Tenenda est iuxta fidem media via)
(quam Magister opinionem ut alias no
minat in. 6. distinctione tertij) scilicet
q, unio non est facta in natura. nec secun
dum

siue humani
tas ~~Christi~~.

altera

UVA.BHSC

dum accidens. Sed secundum subsistentiam in hypostasi siue persona. quemadmodum in sexta synodo contra predictos heretheticos definitur.

Ad 1. Rr cum damasceno q illa est similitudo que non debet tenere in omnibus (sic enim esset identitas) sed quantum ad hoc q verbum uidet per humanitatem exteriorem. que mutat et honorat in verbo. sicut et vestimentum in homine ~~ad figuram et~~ / Ad. 2. q illud quod aduenit esse completo non aduenit accidentaliter si trahat ad idem esse. sicut corpus in resurrectione aduenit anime pre existenti. ~~et non accidentaliter~~ / Ad. 3. q non solum unio secundum naturam. sed et secundum hypostasim dicit substantialis / Ad 4. q humanitas Christi non est instrumentum separatum ut idem sanctus dicit, sed coniunctum. et ad unitatem hypostasis pertinens. ut explicat Cyrillus in epistola ad monachos egypti contra dictum Nestorij / Ar. 7. Vm vnio naturę diuinę et humanę sit aliquid creatum?

Et uidet q non qr eiusmodi unio est in deo qui humanę naturę est unitus. ergo est quid increatum. qr quidquid est in deo est deus / 2. qr debet iudicari unio ex fine scilicet hypostasi cui fit unio. hypostasis autem quid increatum est / 3. qr homo dicit creator ob illam unionem. ergo et illa magis est increata / Sed contra est q in

ce

UVA.BHSC

cepit esse ex tempore / Dicendum q huius modi ~~[illegible]~~ unio est relatio quedam inter unita quae realiter est in humana natura quae mutat. in ~~[illegible]~~ autem secundum rationem. ac proinde est aliquid creatum. verbo

Ad. 1. R. ex dictis. q hec relatio est in deo sine ipsius mutatione / Ad. 2. q ratio relationis sicut et motus dependet ex fine vel termino. sed esse eius dependet ex subiecto / Ad. 3. q homo dicit. et est deus in quantum terminat ad hypostasim diuinam, esse autem creatum magis respicit esse ipsius rei q rationem.

Ar. 8. Vm unio verbi incarnati sit idem quod assumptio?

Et uidet q sic. q idem est utriusq terminus scilicet hypostassis verbi / 2. q in mysterio incarnationis idem uidet esse uniens et assumens, unitum et assumptum. sed unio et assumptio uident sequi actionem et passionem unientis et uniti. uel assumentis et assumpti. ergo idem erit unio. quod assumptio / 3. q secundum damascenum in. 3. lib. unio solam demonstrat copulationem. incarnatio uero et humanatio demonstrat etiam ad quem facta sit. sed assumptio similiter solam copulationem demonstrat ergo est idem quod unio.

Sed contra est q diuina natura dicit unita. non autem assumpta

Dicê

UVA.BHSC

Dicendum q unio relationem unitorum ~~naturarum~~ importat ~~assumptio~~ uero actionem secundum quam aliquid dicit assumens uel assumptum. et inde est q assumptio dicit sicut in fieri. unio autem sicut in facto esse: et ideo uniens dicit esse unitum, assumens autem non dicit esse assumptum. et ex hoc nascit alia differentia. q nimirum assumptio est quasi ad se sumptio. et determinat terminum a quo. et ad quem et sic quamuis natura diuina dicat unita humanę non tamen dicit ab ea assumpta.

uel passionē)

ab altero

Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q pater ęternus dicit uniens. et non assumens. et diuina natura unita, et non assumpta / Ad 3. q assumptio determinat cui facta est copulatio ex parte assumentis, incarnatio autem. et humanatio ex parte assumpti. quod est caro. uel natura.

Ar. 9. Vm unio duarum naturarum in Christo sit maxima Vnio

Et uidet q non qr unitum defi(num)cit ab ipsa unitate. quę est principium numeri / 2. qr unita hac unione maxime immo in infinitum distant. ergo unio erit minima nedum maxima / 3. qr ex unione animę et corporis resultat unio non solum in persona. sed et in natura. ergo erit maior unitas /

Sed contra est quod Augustinus dicit.

UVA.BHSC

I. de trinit. q. homo potius est in filio dei. quam filius in patre — Dicendum q. hec unio est maxima ex parte eius in quo uniuntur. scilicet suppositi diuini. non ex parte unitorum. / Ad. 1. R. q. unitas diuine persone maior est quam unitas numeralis que est principium numeri, tum quia est increata per se subsistens tum quia est in se completa continens in se quidquid pertinet ad rationem unitatis. et ut sic preeminet unitas incarnationis unitati numerali. non ratione naturę humanę unitę / Ad 2. q. procedit ex parte unitorum / Ad. 3. q. unitas diuine persone est maior quam unitas personę et naturę in nobis / ad quartum explicat dictum Augustini. solum enim intendit q. in Christo homine sit unicum tantum suppositum et una persona cum tamen filius a patre personaliter distinguat.

Ar. 10. Vm Vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

Videtur q. non quia gratia est accidens. vnio autem predicta non est facta per accidens / 2. quia gratia est in anima. sed ut dicit coloss. 2. in Christo inhabitauit plenitudo diuinitatis corporaliter / 3. quia cum alij sancti uniant deo per gratiam equipararent Christo.

Sed

UVA.BHSC

Sed contra est August. lib. de prędest sanctorum /
Dicendum q. vnio incarnationis facta est / non per gratiam habitualem, sed per gratiosam dei uoluntatem. potest tamen dici gratia quędam (et specialissima) hoc ipsum quod est naturam humanâ verbo dei uniri / Ad. 1. Rr q. maior est ipsa res. q̃ similitudo eius participata qualis est gratia habitualis / Ad. 2. q. gratia habitualis est solum in anima. donũ autem gratuitum quod est uniri diuinę personę pertinet ad totam naturam humanam. quę constat anima et corpore uel corporaliter. intelligendum est. idest non umbraliter / uel ut quidam dicunt tribus modis sicut corpus habet tres dimẽsiones. primo per essentiam potentiam et prę sentiam. Secundo per gratiam gratũ facientem. et Tertio per unionem. et sic patet solutio ad. 3.

Ar. 11. Vm̃ Vnionem verbi incarnati aliqua merita prę cesserint.

Et uidet q. sic. qr sic sentire uidetur glossa in illud psalmi fiat misericordia tua domine sup. n. q. ꝓ. in te / 2 qr antiqui patres meruerunt uitã ęternam. ergo et incarnationem sine qua illam uitam habere non poterant

ut

UVA.BHSC

ut Gregor docet. 13. moralium) 3°)
qr de beata Virgine cantat q dominū
omnium meruit portare. quod factū
est per incarnationem ~ // ~ // ~
Sed contra est August. lib. de prędest
sanctorum inferens q etiam nostram re
generationem merita nostra multi-
plicata pręcessissent.
Dicendum q cum omnis operatio illius
hominis subsecuta fuerit unionem
nulla eius operatio potuit unionem
mereri. Sed neq ex condigno aliqui
sancti patres eiusmodi unionem me
ruerunt. tum qr eorum merita ordi
nabant ad gloriam quam transcendit
unio incarnationis. tum qr merita
non antecedunt gratiam quę ab hac
unione procedit. tum qr unio hypos
thatica est bonum cōmune generis
humani. quod sub merito particula
rium hominum cadere non poterat.
et per hoc patet responsio ad primum)
Ad. 2. q falsum est illud omne cadere
sub merito. quod requirit ad premium
quędam enim sunt quę non solum re
quirunt ad premium, sed et pręexigun
tur ad meritum. sicut diuina bonitas
et eius gratia. et ipsa hominis natura
Ad. 3. q beata Virgo meruit ex gratia si
bi data illum puritatis et sanctitatis
gradum. ut congrue posset esse mater dei

contra Pho
tinum.

(licet me
ruerint eam
de congruo)

Ar

UVA.BHSC

Ar. 12. Vm Gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis?

et videtur q. Non quia unumquodque magis denominatur a termino terminus autem unionis est persona. ergo gratia magis est personalis, quam naturalis / 2. quia gratia distinguitur contra naturam ergo nulla gratia erit naturalis / 3. quia gratia unionis non conuenit Christo secundum naturam diuinam (sic enim conueniret omnibus tribus personis) neque secundum naturam humanam. quia sic conueniret omnibus hominibus / Sed contra est Augustinus in enchiridon Dicendum quod neque gratia habitualis neque gratia unionis in Christo est naturalis tanquam causata a principijs ipsius naturæ. sed utraque dicitur ei naturalis Christo inquantum eam a natiuitate habuit / Ad 1. Rr quod unio non est facta in natura diuina. est tamen causata virtute ipsius / Ad 2. quod non secundum idem dicitur gratia et naturalis. gratia enim dicitur inquantum non ex meritis / Ad 3. patet ex dictis. et quod tota trinitas sit huius gratiæ actiuum principium.

^ humanæ

^ ex unione et spiritus sancti influxu. et repletione

Quæstio 3. De modo vnionis ex parte personæ assumentis. in octo articulos diuisa.

Ar. 1. Vm personæ diuinæ conueniat assumere naturam creatam?

et

UVA.BHS

Et videt q non ~~q non~~ qr persona diuina est perfecta cui non potest fieri additio (assumptum autem addit assumenti) 2. qr quod assumit aliud cōmunicat se illi. persona autem diuina est incōmunicabilis. ut prima parte dictum est / 3. qr persona constituit per naturā sed inconueniens est q constitutum assumat constituens. sic enim effectus ageret in suam causam. Sed contra est Augustin. de fide ad Petrū Dicendum q diuinæ personæ et tanq̄ principio. et tanq̄ termino assumptionis conuenit humanam naturam assumere / Ad. 1. Rr q persona diuina est infinita cui repugnat additio ut dicit Cyrillus in epistola synodali. ephes. concilij ac proinde in assumptione non deus sed homo perficit / Ad. 2. q persona est incōmunicabilis inferioribus per prędicationē non tamen ~~non tamen~~ ut subsistat in pluribus naturis. uel accidentalibus. uel substantialibus quod proprie conuenit diuinę personę / Ad. 3. q filius hominis a natura diuina habet esse simpliciter. et sic non dicit eam assumere. a natura uero humana habet q sit homo.

Ar. 2 Vm ~~Personę~~ diuinę conueniat assumere? ñaturæ

Et videt q non. qr non ad se sumpsit cum unio non sit facta in natura / 2 qr sic omnibus tribus personis conueniret assumere

UVA.BHSC

mere siquidem natura diuina omni
bus est cōmunis / 3. qr assumere est
agere. quod proprie conuenit supposito
et personę / non naturę nisi ut quo.
Sed contra est August. de fide ad Pe
trum / Dicendum q naturę diuinę con
uenit humanam assumere tanqz prin
cipio assumptionis et causę. non tamē
tanqz termino in quo stat proprijssime
assumptionis ratio.

/ et sic dicit in carnata secundum Damascenum Cyrillū et Athanasiū /

Ad. 1. Rr. q ly se est reciprocum et sic
natura diuina dicit humanam assume
re quatenus assumit eam ad personam
verbi a quo non distinguit personaliter
sicut pater / Ad. 2. q assumere non cō
uenit naturę diuinę secundum se, sed
ratione personę verbi / Ad. 3. q in deo
idem est agens. quod. et quo. et sic na
tura diuina est agens. et quo deus agit.

Ar. 3. vm abstracta per intellectum personalitate natura possit assumere?

et uidet q non. qr conuenit ei solum ra
tione personę / 2. qr assumptio impor
tat terminum unionis. unio autem
solum potest fieri in persona / 3. qr ut in
prima parte dictum est in diuinis abs
tracta personalitate nihil manet.
Sed contra est q remotis tribus proprie
tatibus personalibus per intellectum ad
huc remanet dei omnipotentia. per quā
facta est incarnatio Lucę. 1.

Dicen

UVA.BHSC

Dicendum q. si diuina intelligant prout in se sunt omnia sunt unum ni si ubi obuiat relationis oppositio. et sic ad huc una persona sublata alie non manerent. Si tamen intelligant ad nostrum modum cognoscendi abstractis personalitatibus per intellectum possumus intelligere naturam assumentem.

scilicet multipliciter et diuisim.

Ad. 1. Rr q. qr in diuinis idem est quod est et quo est. adhuc abstractis proprietatibus personalibus manebit in consideratione nostra natura diuina ut subsistens et ut persona potens assumere / Ad. 2. similiter. nam et Iudei unicam personam solum in deo admittunt / Ad 3. q. in deo non potest aliquid sine alio intelligi aut remanere. per modum resolutionis. sed per modum iam dictum.

Ar. 4 Vm una Persona possit sine alia naturam creatam assumere?

Et uidet q. non qr ut ait August. in enchir. indiuisa sunt opera trinitatis / 2. qr etiam natura diuina dicit incarnata, at ipsa est comunis tribus personis. ergo / 3. qr et assumptio deo per gratiam est comunis tribus personis. iuxta illud Rom. 14. deus illum assumpsit. ergo /

hominum a

Sed contra est Dionisius. 2. cap. de diu. nom / Dicendum q. assumptio duo importat scilicet actum assumentis, et sic est comunis tribus personis. et terminum. et sic conuenit sole persone verbi / Ad 1. R. ex dictis / Ad

2

UVA.BHSC

2. constat ex superius dictis. dicitur ue
ro natura diuina incarnata non qr incar
nata sit in omnibus personis. sed qr ni
hil deest de perfectione diuinę naturę per
sonę incarnatę / Ad. 3. q. assumptio ad
gratiam est participatio diuinę naturę
ut dicit. 2. Petri. 1. et est cōmunis tri
bus personis tam ex parte principij. q3
ex parte terminj.

Ar. 5. Vnquęlibet persona dj
uina potuerit naturam huma
nam assumere?

Et uidet q. sola persona filij. qr esse filiū
hominis confusionem causaret in alijs
personis a filio / 2. qr filiatio adopti
ua quę facta est per incarnationem est
participatio filiationis naturalis. ut ha
bet Roman. 8 / 3 qr mitti et nasci re
pugnat saltem personę patris /
Sed contra est q. filius potuit incarnari
ergo et pater. et spiritus sanctus. in quj
bus est eadem potestas.
Dicendum q. cum diuina virtus et po
tentia sit cōmunis et in singulis perso
nis. et personalitas in singulis reperia
t ad terminandum. ~~tam~~ quęlibet diui
narum personarum potuit carnem as
sumere. tam ex parte principij. q3 termi
ni assumptionis.
Ad. 1. Rr q. ex eo q. filiatio temporalis per
in

UVA.BHSC

incarnationem transferret ad patrē
uel spiritum sanctum nulla in diuinis
personis sequeret confusio. qr filius nō
non constituit per eam in esse personę
Ad. 2. q illa filiatiō fit in nobis appropri
ate a patre qui est principium natura
lis filiationis. et per donum spiritus sti
qui est amor. et nexus patris et filij. ut
dicit ad galat. 4 / Ad. 3. q patri conue
nit esse innascibilem secundum nati
uitatem ęternam, quod non excluderet
natiuitas temporalis. non tamen dice
ret per eam missus qr non esset ab alio

Ar. 6. vm Plures personę diui-
nę possint assumere unam nu
mero Naturam

Et iudet q nō esset tres homines sicut nec
modo ob unitatem diuinę naturę sunt
tres dij. neq essent unus homo qr essent
tres personę / 2 qr assumptio terminat
ad unitatem personę / 3. qr damascenus
lib. 3. et August. in. 1. de trinit. dicunt
q quidquid dicit de filio dei dicit de filio
hominis. ergo tunc generare filium ab
ęterno diceret de filio homine. et per con
sequens de filio hominis quod est incon
ueniens. / Sed contra est q tres diuinę
personę subsistere possunt in una natu
ra diuina ergo et in una natura humana /
Dicendum cum Augustino ad Volusianū
q in misterio incarnationis tota ratio fac
ti

UVA.BHSC

ti sit potentia facientis magis iudicandum est in eo iuxta conditionem personę assumentis, quam naturę assumptę. personę autem diuinę non se excludunt a cōmunione eiusdem naturę. sed solum a cōmunione eiusdem personę. vnde dicit Anselmus q non possent assumere unum eumdemque hominem

Lib. de concep. virgin.

Ad. 1. Rr q illo posito tres personę essent unus homo. sed non unus simpliciter. quemadmodum plures homines sunt unus populus. et ut dicit August. 6. de trinit spiritus hominis per adhęssionem fit unus spiritus cum deo. 1. corint. 6 / Ad. 2. q natura tunc esset assumpta in unitate nō unius personę. sed in unitate singularum personarum. sicut et natura diuina suo modo / Ad. 3. q circa misterium incarnationis fit cōmunicatio proprietatum pertinentium ad naturam. non autem pertinentium ad personam.

Ar. 7. vm vna Persona diuina possit assumere duas naturas Humanas.

Et uidet q non qr esset unum suppositum duarum naturarum eiusdem speciei. quod uidet impossibile. non enim multiplicat natura unius speciei. nisi secundum distinctionem suppositorum / 2. qr nec esset unus homo cum esset duę naturę humanę. nec plures

UVA.BHSC

res cum esset unum suppositum / 3
qr sic anima unius esset forma corpo
ris alterius. et duo corpora simul. qu-
od non uidet esse posse.
Sed contra est q pater post incarnatio
nem filij potest aliam naturam hu-
manam assumere. et quid quid potest
pater potest et filius.
Dicendum q virtus dei infinita cum
sit nec determinat ad unum. neq ab
aliquo creato comprehendi potest, ac
proinde. nec ex parte principij. nec ter
mini assumptionis repugnat deo duas
naturas assumere.
Ad 1. Rr q unio animę et corporis in
Christo non constituit suppositum. et
ideo cum distinctione naturarum potest
stare unitas suppositi / Ad 2. q in ca
su diceret unus homo ab unitate sup
positi. dicunt autem plures homines
unus populus inquantum conueniunt
in aliquo uno. non autem propter uni
tatem suppositi. et similiter si plures
personę diuinę assumerent unam na
turam dicerent unus homo / Ad 3. q di
uina natura non eodem ordine se ha-
bent ad unam personam diuinam. sed
per prius comparat ad eam diuina natu
ra. humana uero per posterius et sic non
dicit q persona diuina sit sua humani-
tas. sed duarum naturarum assumptarum
esset uniformis habitudo ad personam di
ui

et humana

UVA.BHSC

uinam, neq; una assumeret aliam unde non oporteret q; una earum alteri (sicut diuina) totaliter uniret. idest omnes partes unius omnibus partibus alterius.

Ar. 8. Vm fuerit magis conueniens q; persona filij assumeret humanam naturam q̃ alia persona diuina?

Et uidet q; non. q; ex incarnatione filij errores orti uidentur contra ueritatem quam ipse testificari uenerat. ut in Arrio constat. qui tribuit ea quę erant humanitatis, ipsi filio dei. cum affirmauit minorem esse patre. quod non fuisset si pater ipse carnem assumpsisset / 2. q; effectus incarnationis est nouas creaturas facere ad galat. ultimo. creare uero patri magis accomodat / 3. q; effectus ipsius est remissio peccatorum Matth. 1. sed remissio eiusmodi spiritui sancto tribuit Ioan 20 / Sed contra est Damascen. lib. 3. dicens q; in incarnatione manifestata est uirtus et sapientia dei. quę filio appropriant. 1. corint. 1.

Dicendum q; conuenientissimum fuit personam filij incarnari. Primo ex parte unionis tum. q; omnia in ipso constabant et erant tanq; in exemplari in suis naturis mobiliter. et oportebat ut ad uitam ęternam immobilem per unionem ordinarentur q; similia similibus melius copulantur

Et pręcipue homines.

se

UVA.BHSC

~~Secundo~~ tum qr homo per sapientiam increatā in sapientia (quę est propria eius perfectio) stabilit. Secundo congruum fuit ex fine unionis scilicet ordine prędestinatorum ad hęreditatem coelestem. quę nisi filijs per filium dei non debet Rom. 8 / Tertio. ex peccato primi hominis qui per sapientiam reparari debebat. quam in principio inordinate appetijt

Ad. 1. Rr q humana malicia etiam ex incarnatione patris colligere posset non sufficere incarnationem filij ad hominum reparationem / Ad. 2. q et mundus a patris potentia per verbum factus est creatus est. et sic etiam recreari decuit. 2. Roman. 5 / Ad. 3. q spiritus sanctus est donum patris et filij ac proinde conveniens fuit ut filius incarnaret

(quę ipsam bonitatem dei contemnit. Rom. 2.)

et homo

Quaestio. 4. De modo Unionis ex parte humanae naturę assumptę. In sex articulos divisa.

Ar. 1. Vm Humana natura fuerit magis assumptibilis a filio dei qz alia Natura?

Et videt q non qr in hoc misterio tota ratio facti est potentia facientis. quę est infinita. et non determinat ad unam naturā / 2. qr in creatura irrationali invenit similitudo vestigij. sicut et in creatura rationali similitudo imaginis ergo / 3. qr in natura angelica invenit maior similitudo ad deum qz in homine. ut dicit gregorius ad

similitudo est ratio faciens ad congruitatem incarnationis sed -

UVA.BHSC

adducens caput ezech. 28. et inuenit etiam in eo peccatum. ut Iob. 4 constat 4. qr totum uniuersum est deo similius et magis perfectum. qz humana natura. ergo est magis assumptibile)

pro N. 8. ex ore

Sed contra sapientię genitę dicit. delitię meę esse cum filijs hominum.

aptitudinem per potentiam passiuam

Dicendum q assumptibile dicit ad assumptionem non quidem naturalem. quam transcendit unio personalis creaturę ad deum. sed secundum congruentiam. quę reperit in homine tu ratione dignitatis naturę ~~rationalis~~, tu ratione necessitatis culpę. hęc autem duo in sola humana natura reperiunt ac proinde ipsa sola est assumptibilis.

Ad. 1m. Rr q alię creaturę non sunt assumptibiles. qr eis deficit aptitudo. non qr deo deficiat potentia ad assumendum) Ad. 2 q similitudo imaginis est secundum operationem cognitionis et amoris. qua attingit deus. et hęc non est in creatura irrationali. et multo minus esse potest unio assumptionis. quę excellentior est) Ad. 3 q angelus est inassumptibilis qr est in sua personalitate perfectus (posset enim deus producendo nouam angelicam naturam eam sibi personaliter copulare) sed qr deficit ei congruentia necessitatis. et si enim aliqui angeli peccauerint eorum peccatum est irremediabile) Ad. 4. q uniuersum ~~non est aliquod totum~~ perfectio non est unius personę uel suppositi sed eius quod est unum.

et ei unit homo

non solum

UVA.BHSC

ordine) num, uel positione. cuius plurimę partes non sunt assumptibiles. sed sola humana natura.

Ar. 2. Vm Filius dej assumpserit Personam?

Et uidet q. sic. qr damascenus lib. 3. dicit q. filius dei assumpsit humanam naturā in altomo. idest indiuiduo. sed indiuiduum rationalis naturę est persona secundum Boetium lib. de duabus naturis) 2º qr damascenus dicit q. filius dei assumpsit. quę in natura nostra plantauit at ibi plantauit personalitatem) 3. qr nihil consumit. nisi quod est. sed Innocentius dicit in quadam decretali. q. persona dei consumpsit personam hominis/ Sed contra est Augustinus. lib. de fide ad Petrum)) Dicendum. q. id quod assumit pręintelligit assumptioni. persona autem non pręintelligit in humana natura assumptioni. qr sic uel postea corrumperet. uel essent duę personę. quorum neutrum dici potest) Ad. 1. Rr q. ly in altomo idest. in supposito diuino) Ad. 2. q. naturę humanę non deest personalitas ob aliquam imperfectionē sed qr supplet per perfectissimam unionem) Ad. 3. q. consumptio ibi sumit pro impedimento ne scilicet humana natura propria personalitate terminaret) Ar. 3. Vm Persona diuina assumpserit hominem.

Et

UVA.BHSC

Et videtur q. sic. qr in psalmo dicit beatus quem assumpsisti. quod de Christo exponit glossa. et August. de agone Christiano dicit q. filius dei hominem assumpsit / 2. qr. ly homo significat humanam naturam. quam verbum assumpsit) 3. qr filius dei est homo. et non quem non assumpsit. ergo quem assumpsit).

Sed contra est auctoritas Felicis Papę inducta in ephessina synodo ~ ./.

Dicendum q. cum id quod assumit prę intelligat assumptioni. et non sit terminus eius. filius dei non hominem qui importat suppositum, sed naturam suppositandam assumpsit. ~ // ~ // ~ // ~ // ~

Ad. 1. Rv q. in sanctis eius modi locutiones sane sunt exponendę. taliter q. homo pro natura humana sumat / Ad. 2. q. homo significat naturam humanam. tamen ut in supposito) Ad. 3. q. filius dei non est homo, quem assumpsit. sed cuius naturam assumpsit.

Ar. 4. Vm filius dei assumere debuerit humanam naturam abs~ // tractam ab omnibus indiuiduis?

Et videtur q. sic. qr Christus est saluator comunis omnium maxime fidelium. ut dicit. 1. Timot. 4. sed natura prout est in indiuiduis recedit a sua comunitate / 2. qr id quod est per se (qualis secundum Platonicos est humanitas separata) est po-

tis

UVA.BHSC

tissimum et deo attribuendum) 3. qr humana natura non est assumpta pro ut significat in concreto per hoc nomē Homo) Sed contra est damascenus in. 3. lib. qr sic fictio incarnationis non incarnatio esset. |—

Dicendum. qr natura hominis vel cuius cunqz alterius rei sensibilis preter esse quod in singularibus habet dupliciter potest intelligi. scilicet quasi per se existat sicut posuerunt Platonici. secundo modo quasi existens in intellectu vel humano vel divino. Primus modus a veritate est alienus. et dato q sit possibilis non esset conveniens qr natura sic assumeret. tum qr sic non esset suppositabilis tum qr non haberet nisi operationes communes et universales. secundum quas homo nec meret. nec demeret. tum tertio qr natura sic non est sensibilis, sed intelligibilis. filius autem dei visibilis debuit apparere ut dicit Baruch. 3. | Nec potuit natura humana assumi a filio dei prout est in intellectu divino qr sic est deus ab eterno. neqz prout est in intellectu humano. qr sic esset potius fictio incarnationis) Ad. 1. Rr q filius dei est communis omnium salvator causaliter non per communem predicationem) Ad 2 (quidquid sit de sententia Platonis) q per se homo non invenit in rerum natura preter singularia) Ad. 3. q licet natura non fuerit assumpta in concreto ut suppo

si

~~et hoc est impossibile unde nec sic assumi potesset~~ —||—

UVA.BHSC

situm pręintelligat assumptionj. sic tamen assumpta est in indiuiduo. qr assumpta est ut sit in indiuiduo ~

Ar. 5. vm filius dei naturam humanam assumere debuerit in omnib9 indiuiduis.

et uidet q sic qr illud quod primo et per se assumptum est natura humana. quod autem conuenit per se alicui naturę conuenit omnibus in ea existentib9 | 2. qr incarnatio procedit ex diuina charitate. Ioan. 3. charitas autem facit ut quis se cómunicet amicis quantum fuerit possibile | 3. qr breuior uia fuisset si omnes homines assumpti fuissent ad naturalem filiationem. qz q per unum filium naturalem multi in adoptionem filiorum adducant. ut dicit galat. 4 | Sed contra est damasc. lib. 3 | Dicendum q non fuit conueniens q humana natura in omnib9 suis suppositis a verbo assumeret tum qr non esset nisi unicum suppositum in humana natura. tum qr dignitati Christi derogaret. qui non posset dici primogenitus in multis fratrib9 tertio qr conueniens est q sicut unum diuinum suppositum est incarnatum. ita et una esset natura assumpta.

^non quasi quid naturale sed qr

Ad. 1. Rr q assumi conuenit per se naturę non conuenit ei ratione personę. sicut naturę diuinę e conuerso conuenit assumere ratione personę | Ad. 2. q dilectio dei manifes

ta

UVA.BHSC

tat non solum in assumptione, sed in his quę pro alijs hominibus passus est. ut dicit Rom. 5 / Ad. 3. q. sapiens operator nō facit per plura, quod convenienter potest fieri per unum.

Ar. 6. Vm̄ conveniens fuerit q. filius dei humanam naturam assumeret ex stirpe Adæ?

Et videt q. non qr decuit ut Pontifex noster esset segregatus a peccatoribus a quibus magis segregaret si non esset de stirpe Adæ / 2. qr principium nobilius est eo quod est a principio. ergo in ipso Adam eam decuisset assumere / 3. qr gentiles magis peccatores fuerunt q3 Iudęi ut ad galat. 2. dicit glossa. ergo si ex peccatoribus erat assumenda potius ex gentibus q3 ex Iudęis ab Abraham iusto descendentibus.

Sed contra est q. Lucę 3. generatio domini reducit ics q3 ad Adam.

Dicendum q. licet ut ait Augustinus. 13 de trinit. potuisset deus aliunde suscipere cōveniens tamen fuit q. de genere istius Adę primo ut deo satisfaceret natura quę peccaverat. Secundo ad dignificandam ipsam naturam. et Tertio ad potentiam dei manifestandam dum per victum victorem diabolum deiecit

naturā

Ad. 1. Rr q. immo debuit fratribus assimilari hęb. 2. quanto in culpa ab eis segregari / Ad. 2. q. oportebat ut qui mundare omnes ve

tanto magis in natura.

UVA.BHSC

uenerat non esset mundandus. Primum enim mouens est immotum. et primum alterans est inalterabile. et ideo non fuit conueniens assumere naturam ut in ip. & Adam / Ad. 3. q. Christus tanq̃ a peccatoribus segregatus a principio mundi debuit quibusdam sanctis viris et sanctitatis signis preueniri.

Quæstio. 5. De modo Vnionis ex parte partium humanę naturę? in. 4. articulos diuisa.

Ar. 1. Vm filius dei debuerit assumere verum corpus?

Et uidet q. non. qr Philipp. 2. solum dicit in similitudinem hominum factus / 2 qr ut dicit leo in serm. de natiuit, assumptio in nullo derogauit dignitati diuinitatis sed ad dignitatem dei pertinet q. sit omnino a corpore separatus / 3. qr apparitiones ueteris testamenti quę fuerunt signa apparitionis Christi. non fuerunt secundum corporis ueritatem. sed secundum imaginariam visionem. sicut patet Isai. 6

Sed contra est Augustinus in lib. 83 qq. Dicendum in Christo domino fuisse uerum corpus absq̃ omni dubitatione ut dicit lib de ecclesiasticis dogmat̂. Primo qr assũpsit ueram naturam humanam. secundo qr uere passus est et redemit nos. et Tertio qr ad dignitatem personę ipsius pertinebat deceptionẽ non facere. Vnde lucę ultimo dicit

quod constat

UVA.BHSC

cit dominus palpate et uidete. q. spus. car-
nem et ossa non habet. s. m. v. 5. /
Ad. 1. Rr q. ibi non exprimit phantastica /
similitudo sed rei ueritas. et sic subdit fac-
tus obediens usq; ad mortem etc. / Ad 2. q.
per corpus nullo modo dignitas personę est
diminuta ut dicit August de fide ad Petr.
non enim assumptum est corpus in uni-
tatem naturę. sed cum distinctione natura-
rum in unitate suppositi / Ad. 3. q. figura
respondet rei quantum ad similitudinem
non quoad ueritatem. ut dicit damascenus
vnde illa erant umbrę. 2. corint. 2.

Ar. 2. vm filius dei assumere de-
buerit corpus terrenum scilicet
~ 1. carnem. et sanguinem?

Et uidet q. non qr. 1. corint. 15. dicit secū-
dus homo de coelo coelestis / 2 qr. ibidem
dicit q. caro et sanguis regnum dei non
possidebunt. sed regnum dei principali-
ter est in Christo / 3. qr. de nobilissimū
corpus quale est coeleste conuenire uide-
t / Sed contra est lucę ultimo spiritus
carnem et ossa non habet. sicut me uide-
tis habere / Dicendum q. eisdem ratio-
nibus quibus probatum est contra Mani-
cheum q. corpus Christi non fuit phan-
tasticum. probat contra Valentinum
q. non fuerit coeleste. non enim fuisset
uerus homo, nec passus fuisset, et fictionē
causasset

Ad

UVA.BHSC

Ad. 1. Rr q. de coelo descendit ratione diuinę naturę. quę in infimis nouo modo esse cępit. In natura humana Joannis. 3.) uel ratione corporis de nouo miraculose concepti ut dicit August. ad Orosium. et Hilarius. lib. de trinitate Ad. 2. q. ibi caro et sanguis sumit pro corruptione carnis et sanguinis quantum ad culpam) Ad. 3. q. hoc ipsum ad maximam dei gloriam pertinet q. corpus infimum et terrenum ad tantam sublimitatem peruexit. sicut et optimi artifices in rudibus materialibus mirabiliter operant. ut dicit in ephessina synodo ex sancto Theophilo.

Ar. 3. Vm filius dei assumpserit animam?

Et uidet q. non. qr Joannis. 1. dicit verbum caro factum est (qr scilicet illā assumpsit) nulla facta mentione de anima) 2. qr anima (quę deseruit ad uiuificandum) superflueret pręsente et unito verbo apud quod est fons uitę ut dicit in psalmo) 3. qr ex corpore et anima constituit natura comunis. quę est species humana. sed in Christo domino secundum damascenum, non est comunem speciem accipere)

Sed contra est Augustinus ad Risus in hac parte errantes. in lib. de agone Christiano) Dicendum cum Augustino libro

UVA.BHSC

bro de Hęressibus. q mentitus est primo Arrius et deinde Apollinaris negantes in Christo animam, eius uices tribuentes verbo: quod contradicit locis sacrę scripturę. Matth. 26. et Ioannis. 10 ubi Christus facit mentionem de anima sua (neq enim sunt metaphorice intelligenda ut locus Isai. 1) dicitur enim Christus admiratus et tristis, quę ueritatem animę ostenderunt sicut fames et sitis corporis ueritatem / 2° qr illa positio derogat utilitati incarnationis ut ponderat August contra Felicianum, qr sic filius dei si animam no assumpsisset aut qr innoxiam, aut alienā aut insanabilem reputasset, quę dici no possunt / Et Tertio qr repugnat ueritati ipsius incarnationis. non enim sine anima humana caro esse potest ut dicit in. 2 de anima et. 7 metaphys.

Ad. 1. Rr q ibi caro sumit pro toto homine. ut et Isai. 40. nominat autem carnem ob humilitatem demonstrandam et misterium qr ipsa caro quę magis distat a verbo minus assumptibilis uidebat / Ad. 2. q verbum est fons uitę tanqz prima causa uitę effectiua non tanqz forma / Ad. 3. q damascenus non negat in Christo humanitatem ex corpore et anima, sed cōmunem naturam aut speciem ex humanitate. et diuinitate.

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 4 Vm filius dei assumere debuerit intellectum?

Et videt q non. qr in Christo fuit pręsentia ipsius dei et divini verbi, ergo non fuit opus imagine eius. quę est mens / 2. qr. verbum est lux maxima. quę minorem ut patet obumbrat / 3. qr. assumptio naturę dicit incarnatio. sed intellectus neq est caro, neq actus carnis. qr nullius corporis actus est. ut dicit in 3. de anima.

â dei verbo

Sed contra est August. lib. de fide ad Petr adducens locum Isai. 52.

Dicendum q eisdem rationibus quibus impugnat hęressis Arrianorum et Apollinistarum negantium in Christo veram animam impugnat illud quod consequenter senserunt scilicet non fuisse in eo intellectum verbo supplente vices ipsius. " " " "

Ad 1. Rr q cum pręsentia rei non requirit ipsius imago. Ad hoc q suppleat locum rei. sed tamen requiritur cum pręsentia rei imago ipsius ut perficiat ex ipsa rei pręsentia. sicut imago in cera perficit per impressionem sigilli et imago hominis resultat in speculo per eius pręsentiam. Unde ad perficiendam mentem humanam necessarium est q eam sibi verbum dei univerit / Ad. 2

UVA.BHSC

q. lux maior euacuat lucem alterius corporis illuminantis. non tamen euacuat immo perficit lucem corporis illuminati. v. g. aeris / Ad 3. q. licet non sit alicuius corporis actus. ipsa tamen essentia animę humanę. quę est forma corporis. requirit q. sit nobilior ad hoc q. habeat potentiam intelligendi. et ideo requirit ut corpus melius dispositum ei correspondeat.

Quæstio 6. De modo assumptionis quantum ad ordinem in sex Articulos diuisa.

Ar. 1. Vm filius dei assumpserit carnem mediante anima.

Et uidet q. non qr in creaturis est immediate per essentiam. pręsentiam. et potentiā sed perfectior modo unit humanę naturę ergo / 2 qr corpus immediate pertinet ad personam. immo immediatius ad indiuiduationem / 3. qr remota anima per mortem adhuc manet unio verbi ad carnem / Sed contra est August. ad Volusianū. Dicendum q. medium dicit respectu principij et finis. unde sicut et illa ordinem importat. uel causalitatis ut in causis medijs. uel dignitatis ut in gradibus excellentię. et utroq. modo anima mediante verbum assumpsit carnem. qr anima ordine

UVA.BHSC

ne dignitatis media est inter verbum et carnem. et similiter est in causa ut caro assumatur non enim esset caro humana et assumptibilis sine anima. Ad. 1. Rr. q secundum ordinem efficientiæ deus immediante causat et conseruat eas, sed secundum ordinem finis ~~creaturæ~~ reducunt quædam creaturæ in deum mediantibus alijs et illi uniunt / Ad 2. q si hypostasis verbi dei constitueret per humanam naturam sequeret q corpus esset ei uicinius. sed qr hypostasis est prior et altior q humana natura. tanto id quod est in humana natura propinquius se habet ad eam quanto est altius / Ad 3. q remoto medio congruitatis ad fieri uel unionem, remoto medio adhuc manet factum uel unio. sicut manet amicicia inter duos deficiente tertio qui eam causauit. et manet matrimonium deficiente pulchritudine, quæ ad contrahendum impulit

est in rebus

Ar. 2. Vm Filius dei assumpserit animam mediante spiritu siue mente.

et uidet q non. qr spiritus et mens idem est quod anima / 2. qr spiritus ut sic est minus assumptibilis ut diximus de angelis / 3. qr anima prior est q potentia eius quæ est mens. ergo et prius assumit / Sed contra est Augustinus. lib. de agone

chris

UVA.BHSC

3 Christiano / Dicendum q. quemadmodum Verbum unitum est carni mediante anima. sic animę mediante mente uel spiritu. quę idem sunt. ephess. 4 / et hoc ut articulo pręcedenti dictum est propter ordinem dignitatis intellectus ad cęteras animę potentias. et propter congruitatem assumptionis qr homo per intellectum fit deo similior. ut docet damascenus. lib. 3. ~

Ad. 1. Rr q. sufficit q. intellectus distinguat ab alijs partibus animę secundum rationem potentię / Ad. 2 q. spiritui angelico non deest congruitas ad assumptionem ob defectum dignitatis. sed ob irreparabilitatem casus / Ad. 3. q. cum dicit anima assumi mediante intellectu non sumit pro essentia animę omnibus potentijs communi. sed pro potentijs quę sunt omni animae communes ~

Ar. 3. Vm anima a Dei Verbo prius fuerit assumpta qz caro?

Et uidet q. sic qr assumpsit carnem mediante anima. et prius peruenit ad medium qz ad extremum / 2. qr anima Christi dignior est angelis. sed hi a principio creati sunt. ergo et anima. sed non fuit prius creata qz a Verbo assumpta. ergo / 3. qr Ioannis. 1. postqz dictum est uidimus eum plenum gratię et ueritatis subdit et de plenitudine eius omnes accepimus. idest omnes fideles quocunqz

tem

UVA.BHSC

^ ut explicat Chrisosthomus

tempore. ergo omnes pręcessit unio animę ad Verbum. cum causa sit prior causato / Sed contra est damascenus libro. 3. eiusmodi errorem damnans.) Dicendum (contra Origenem in suo Periarchon dicentem omnes animas a principio fuisse creatas) q. si hoc fuisset etiã de anima Christi ~~quę~~ aliquando fuisset sine unione ad Verbum et habuisset propriam hypostasim quod falsum est aut si unita fuisset et non incarnata in utero Virginis. esset alterius naturę q̃z nostrę quę simul creant et corporibus infundunt quod leo Papa ad Volusianum reprobat / Ad. 1. R. q. anima mediat ordine naturę non temporis / Ad. 2 / q. excedit in gratia non in natura et modo suę productionis / Ad. 3 q. de plenitudine Christi omnes acceperunt et accipiunt. secundum fidem quam habent in ipsum uel nasciturum ut antiqui uel natum ut nos, et hoc secundum propositum gratię dei. quod est ęternum. quę omnia habent Rom 3 et. 4. et. 2. corinth. 4)

Ar. 4. Vm̃ caro Christi prius fuerit a Verbo assumpta q̃z animę Vnita?

Et uidet q. sic qr August de fide ad. Petrum indubitanter tenendum dicit q. caro Christi prius fuit concepta in

UVA.BHSC

in utero Virginis q̄ susciperet a verbo. fuit autem caro prius concepta q̄ animę rationali unita (q̄ materia pręcedit formam completiuam) 2° q̄ in nobis prius concipit caro q̄ animet. ergo et in Christo et ex consequenti prius est assumpta, q̄ animę unita. 3. q̄ causa prima plus et prius influit in effectum q̄ secunda. sed verbū est causa prima. ergo prius influit in corpus, q̄ anima, quę est causa secūda (Sed contra est Damascenus. lib. 3) Dicendum q̄ caro humana est assumptibilis a verbo secundum ordinem quem habet ad animam sicut ad propriam formam. Hunc autem ordinem non habet antequam anima rationalis ci aduenerat. ac proinde non debuit assumi nisi animata, nec anima (q̄ nō pręcessit) nisi carni unita.

Ad. 1. R. q̄ ante aduentum animę nō est caro humana. spiritus autem qui est infinite uirtutis simul et materiam disposuit. et ad perfectum perduxit. Ad. 2 q̄ forma actu dat speciem materia uero de se est in potentia ad speciem cui pręexistere potest. et ita differentia inter originem nostram et Christi quantum ad carnem est secūdum illud quod pręcedit naturę complementum. Ad. 3 q̄ uncone communi ad

sed dispositio ad eam

non secundum ipsam speciem sed

UVA.BHSC

ad deum secundum illum triplicē modum prius unitur caro verbo. sed unione personali prius ratione unit animę.

intelligit

Ar. 5. Vm Tota humana natura sit assumpta mediantibus Partibus.

Et videt q. sic qr August. dicit in libro de agone Christiano. q. per spiritū anima. et corpus per animam assumpta sunt) 2. qr partes simpliciores et ut sic similiores sunt deo q̄z totum) 3. qr totum resultat ex unione partium sed unio intelligit ut terminus assumptionis. partes autem pręintelligunt assumptioni) Sed contra est Damascenus 3. lib. innuens partes assumptas esse mediante toto —

Dicendum q. medium hic non dicit per ordinem temporis. sed naturę. et hoc contingit. vel ex parte agentis et sic (cum agens totum et perfectum principaliter intendat) partes assumptę sunt mediante toto. vel ex parte materię et sic est prius illud quod prius existit in transmutatione materię.

ad quem in hoc misterio pręcipue respiciendū est ut ait Augustinus ad Volusianum —

Ad. 1. Rr q. procedit via operationis. nō intentionis ut dictum est. et nihil aliud significat illis verbis, nisi q. verbum assumens partes humanę naturę assumpsit totam humanā naturam) Ad. 2. q. deus simplex est sed ~~inquā~~

perfectissimus

UVA.BHSC

~~[illegible]~~ uero totum dicit maiorem perfectionem / Ad. 3. q. unio personalis et non partium est ad quam terminatur assumptio /

q̃ partes et sic deo similius est

Ar. 6. Vm humana natura sit assumpta mediante grã.

Et uidet q. sic. qr per gratiam unimur deo. sed per assumptionem maxime fuit natura deo unita / 2. qr humana natura reddit congrua ad assumptionem per gratiam. qua uiuit anima, sicut corpus per animam / 3. qr August. 15. de trinit. dicit q. verbum incarnatum est sicut verbum nostrum in uoce. hoc autẽ unit uoce medio spiritu. ergo et ibi media gratia

Sed contra est q. unio predicta facta est secundum subsistentiam. et nõ secundum accidens. quale est gratia

Dicendum q. natura humana non est assumpta mediante gratia unionis que est ipsum esse personale. nec per gratiam habitualem que est effectus dictam consequens unionem. potest tamen dici assumpta ~~[illegible]~~ per gratiam id est gratiosã uoluntatẽ dei. non sicut per medium. sed sicut per causam efficientem.

Ad. 1. Rr q. unio naturę ad verbum dei non est per operationem perfectam pro

ce

UVA.BHSC

^ ut in nobis

cedentem ab habitu^ sed secundum esse personale) Ad. 2. q. gratia est perfectio accidentalis. et ita non potest ordinare animam ad unionem personalem. sicut anima corpus) Ad. 3 q. verbum nostrum unit uoci mediante spiritu (qui ab eodem verbo procedit) non sicut medio formali. sed sicut per medium mouens. unde non sequitur q. gratia spiritus sancti sit formale medium in unione prędicta)

Quæstio. 7 De Gratia Christi prout est singularis homo in Tridecim art. diuisa.

Ar. 1. Vm in anima Christi sit aliqua gratia habitualis?

Et uidet q. non q. eiusmodi gratia est participatio quędam diuinę naturę 2. Petri. 1. Christus autem non est deus per participationem) 2. q. gratia habitualis dat ad bene operandum 1. corint. 15. et ad consequendam uitam ęternam. sed hęc debebat filio dei naturali et ex hoc quod erat verbum patris aderat illi facultas omnia bene operandi ergo) 3. q. instrumentum qualis est humana natura in Christo nullo indiget habitu ad operandum) Sed contra dicit Isai. 11. requiescet super eum spiritus domini. scilicet per grati

am

UVA.BHSC

am habitualem / Dicendum q est ne
cessarium ponere gratiam habitualem
in Christo domino propter tria Primo
ob unionem anime ipsius ad verbum qu
od propinquius influebat in eam / Secu
do ob dignitatem ipsius animę ut eius
operationes propinquius deum attin
gerent. et Tertio. propter habitudinem
ipsius Christi ad genus humanum pro
quo constitutus est mediator ad patrem
ut. ex psalm / 1. ad Timot. 2. et Joann.
1. colligit manifeste.

Ad. 1. Rr q Christus est verus deus secundum
personam et naturam divinam. sed ani
ma ipsius non est per suam essentiam di
vina / Ad. 2. q preter esse verbi et opera
tiones ei naturales. oportebat animam
ipsius attingere deum per actum fruitio
nis creatum, qui esse non potest nisi per
gratiam et habere operationes humanę
naturę / Ad. 3. q humanitas est instru
mentum animatum. quod agit et agit

Ar. 2 Vm in Christo fuerint virtutes.

Et videt q non qr. ut dicit. 2. corint. 12
gratia ad omnia sufficit. sed hęc fuit
in Christo plenissima / 2. qr in 4. ethic
virtus dividit contra actus hęroicos et
divinos. qui divinis hominibus attribuunt /
3. qr. in Christo nec magnificentia nec
liberalitas esse poterant. nec continen
tia aut temperantia qr passiones non
habebat. at omnes virtutes sunt connexę /

pauperes cui pe
cunię deerant
et possessiones Mat
th. 8

Sed

UVA.BHSC

Sed contra est glossa in illud psalmi, in lege domini voluntas eius

Dicendum q. sicut ab essentia animę profluunt potentię. sic a gratia quę in animę essentia subiectat profluunt uirtutes ad potentias et actus earum rectificandos quę omnes in Christo domino extiterunt. Ad. 1. q. gratia ordinat ad beatitudinem sed quędam perficit immediate quędam uirtutibus medijs / Ad. 2. q. ille actus non diuidit a uirtute cōmuniter dicta nisi secundum perfectiorem modū et sic illam non excludit / Ad. 3. q. in eo q. Christus diuitias contempsit ostendit in se summum gradum liberalitatis et magnificentię immo et actu exercuit dando et iubendo dare de his quę sibi ministrabant. Habuit autem temperantiam perfectissimam qr hęc omnes passiones prauas excludit. Licet non continentiam iuxta modum quo eam ponit Philosophus in. 7. ethicorum dicens q. in eo differt a temperantia quod prauis concupiscentijs resistit.

Ar. 3. Vm̄ in Christo fuerit fides.

Et uidet q. sic qr est nobilior q̄s uirtutes morales. quę etiam fuerunt in eo / 2 qr non docuit uirtutes quas non habuit sed de eo dicit hebr. 12. q. est actor et consumator fidei / 3. qr in beatis est fides. ut innuit glossa. in illud Rom. 1. iustitia dei reuelat in eo ex fide in fidem scilicet verborum et spei

in

UVA.BHSC

in fidem rerum et speciei / Sed contra est
quod fides est de non apparentibus hebr.
11. Christo autem nil non apparuit —
Ioan. ultimo.
Dicendum quod cum fides sit de non visis
et Christus ab instanti suae conceptio-
nis deum viderit per essentiam in eo
fides esse non potuit.
Ad 1. quod licet fides sit nobilior impor-
tat tamen quendam defectum in or-
dine ad suam materiam, qui non po-
test convenire Christo domino / Ad 2
quod fidei meritum consistit in hoc quod ho-
mo ex obedientia dei assentit illis quae
non videt. Rom. 1. quam plenissime ha-
buit Christus. Philipp. 2. obediens usque
ad mortem / Ad 3. quod fides improprie et
per similitudinem dicitur de visis. ut ibi
dem ait glossa.

Ar. 4. Vm in Christo fuerit spes?
Et videtur quod sic quia de eo dicitur in psalmo
in te domine speravi / 2. quia Christus
expectabat gloriam corporis / 3. quia ali-
quid erat futurum ad perfectionem
Christi pertinens. ephes. 4 ad consu-
mationem sanctorum in opus ministe-
rii, in edificationem corporis Christi /
Sed contra Rom 8. quod videt quis quid
sperat? / Dicendum quod spes est de futu-
ra beatitudine et fruitione possidendo deo in et de aliis prout ad
Christus autem ab instanti suae concep-
tionis plene deo fruebatur ac proinde vir-
tu

hunc finem ordi-
nantur —

UVA.BHSC

tutem spei non habuit, nisi large respectu aliquorum, quę nondum erat adeptus, scilicet immortalitatis, et glorię corporis, quamuis quorumcũ q̃ non habuit fidem.

Ad. 1. Rr. q̃ non procedit de spe uirtute theologica / Ad. 2. q̃ fides theologica non respicit gloriam corporis quę ab anima redundat, sed ipsam animę fruitionem siue visionem dei / Ad. 3 q̃ illa edificatio non erat perfectio ab ipso Christo in se habendâ, sed ab ecclesia et his quos ad participationem suę perfectionis inducit.

nec speranda /

Ar. 5. Vm̃ in Christo fuerint Dona?

Et uidet q̃ non, q̃ dona dant in adiutorium virtutum (ut communiter dicit. Christus autem ob sui perfectionem simili adiutorio non indiguit) 2. q̃ Christo magis conuenit dare dona iuxta illud dedit dona hominibus ergo non accipere, q̃ hoc dicit indigentiam / 3. q̃ sapientia scientia intellectus et consilium pertinent ad contemplationem vię. sed Christus habuit contẽplationem patrię / Sed contra est glossa Isai. 4. ibi septem mulieres. idest dona virum unum scilicet Christum Dicendum q̃ cum anima Christi perfectissime fuerit a spiritu sancto mota /

apprehendent

ut

UVA.BHSC

ut constat Lucæ. 4 perfectissime ha
buit dona ipsius / Ad. 1. Rr q perfectum
indiget a perfectiori iuuari. et sic vir
tutes a donis / Ad. 2. q Christus non se
cundum idem dat et recipit. ut dicit gre
gorius. 2. moral. dat enim ut deus. reci
pit ut homo / Ad. 3. q in eo fuit utraq
cognitio uiæ scilicet et patriæ /.

Ar. 6. Vm in Christo fuerit do-
num Timoris.

Et uidet q nō qr in eo non fuit spes quæ
est de bono. ergo multo minus timor /
2. qr nec timuit separari a deo nec pu
niri. ergo neuter timor fuit in eo / 3. qr
1 Joannis 4. perfecta charitas qualis
fuit in Christo / foras mittit timorem /
Sed contra habet Isai. 11. replebit eum
spiritus timoris domini. / Dicendum
q timor non fuit in Christo respectu mali
terribilis siue poenæ, nec respectu puni
entis cum nihil fuerit eo excellentiꝰ
sed secundum quamdam reuerentiam
ad deum pro qua exauditus est ut dici
t hebr. 5. / Ad. 1. Rr q virtutes et do
na per se respiciunt bonum. et sic de dono ti
moris ratione non est illud malum
quod respicit timor. sed eminentia boni
diuini cuius potestate aliquod malum
infligi potest. spes uero respicit etiam ip
sum bonum non habitum / Ad. 2. q pro
cedit de timore prout respicit obiectum /

UVA.BHSC quod

quod est malum) Ad. 3. q. procedit de timore seruili. qui non fuit in Christo

Ar. 7. Vm in Christo fuerint gratię gratis datæ? — 11 —

Et uidetur q. non qr eiusmodi gratię sunt quędam participationes diuisim minus perfectis attributę 1. corint. 12) 2. qr homini Christo tanqz uirtuti dei, et dei sapientię debebant quę pertinebant ad gratias gratis datas) 3. qr gratiis gratis datis Christus non est usus. ~~tng~~ pręsertim quantum ad genera linguarum ergo cum dent ad utilitatem aliorum, eos non habuisse uidet)

^ in gratia gratum faciente)

^ omnibus

Sed contra est August. ad Dardanū. Ponens exemplum de capite in quo uigent omnes sensus.

Dicendum q. cum doctorem oporteat ea habere per quę sua doctrina manifestet ne remaneret tanqz thesaurus absconditus inutilis. et Christus dominus sit pręcipuus fidei magister hęb. 2. sequitur q. in eo fuerint omnes gratię gratis datæ.

Ad. 1. Rr q. in utraqz gratia scilicet gratum faciente. et gratis data Christus plenitudinem habuit) Ad. 2. q. Christo conuenit habere gratiam. non ut est dei sapientia uirtus et dei filius. sed ut homo

Ad—

UVA.BHSC

Ad 3. q donum linguarum datum est apostolis qui mittebantur ad omnes gentes. Christus autem dominus ad solos Iudeos voluit personaliter predicare et mitti ut habet. Rom. 15. et Matth. 15.

Ar. 8. Vm in Christo fuerit prophetia?

Et videt q non qr importat imperfectam cognitionem scilicet per somniu aut visionem ut dicit numer. 12/2 qr est eorum que non sunt presentia ergo sicut Christus non habuit fidem qr nihil non vidit. sic nec prophetiam qr nihil ei fuit absens/ 3. qr propheta est inferioris ordinis qz angelus at Christus non est minoratus ab angelis secundum notitiam anime.

Sed contra habet. deuter. 18. et matth. 13. et Ioannis 4.

Dicendum cum Augustino. 16 contra Faustum. q propheta dicit a procul fando secundum tempus in his quibus non coexistit, vel secundum locum his quibus est presens que alibi contingunt annuncians. ut isai. 44. et 4 reg. 5. constat. et sic deus, angeli et beati (cum in nullo nostrum statum attingant) licet annuncient que sunt procul a nostra notitia prophetare non dicunt. Christus autem dominus ~~sic~~ ante passionem sic ac proinde fuit in eo prophetia.

que alios latent et hoc vel

Ad 1. Rr q ibi non ostendit q sit de ratio

UVA.BHSC

tione prophetie enigmatica cognitio, que est in somno et visione. sed comparatio aliorum prophetarum ad moysem qui palam deum vidit. vel intelligit de similitudinibus que in parte non intellectiva sed imaginativa Christi reperiunt / Ad. 2 q prophetia est de his que sunt procul non a cognitione prophetantis. sed aliorum / Ad. 3. q angelus non est supra Christum qui fuit simul viator et comprehensor ~ //.

Ar. 9. Vm in Christo fuerit plenitudo gratie. ~

Et videt q non qr a gratia manant omnes virtutes, at in Christo non fuerunt omnes non enim habuit fidem et spem) 2. qr in eo non fuit gratia operans qua iustificat impius / 3. qr omne donum aut datum perfectum (ut dicit Iacobi 1. de sursum est descendens etc. quod autem descendit a plenitudine defuit. ~

Sed contra Ioannis. 1. vidimus eum plenum gratie et veritatis.

Dicendum q in Christo fuit plenitudo gratie intensiva et in summo ex coniunctione ad verbum influens. et ex effectu ad quem ut alijs prodesset ordinabat. et similiter fuit in eo plenitudo virtualis gratie ad omnes iustificandos sicut et in sole ut ad vivificandum et causandum et in anima ut dicit Dionisius. cap 4. de divin. nom. / Ad. 1. Rr q defectus fidei

^ et extensiva

UVA.BHSC

fidei et spei non fuerunt in Christo sed id quod fuit perfectionis in eis) Ad. 2. q. gratiae operanti per se conuenit facere iustum q. autem faciat ex non iusto prouenit ueluti per accidens ex parte subiecti peccatoris / Ad. 3. q. plenitudo gratiae attribuitur animae Christi secundum capacitatem creaturae non diuinae bonitatis ~//.

Ar 10. Vm. Plenitudo gratiae sit propria Christi.

Et uidet q. non q. lucae. 1 Virgo dicitur gratia plena. et actorum. 7. beatus stephanus similiter / 2. q. potest communicari per Christum alijs. ut habet ephess. 3 / 3. q. status viae proportionatur statui patriae in quo est plenitudo excellentiae. sed non singularitatis alicuius ut dicit Gregorius in homil. de centum ouibus ~

Sed contra est q. esse plenum gratia conuenit Christo ut unigenito a Patre Ioan. 1.) Dicendum q. plenitudo gratiae ex parte ipsius gratiae quantum ad essentiam et virtutem ad omnes scilicet gratiae effectus propria est Christi: sed non quantum est ex parte subiecti. q. hoc est habere gratiam secundum habentis conditionem. extensiue aut extensiue ut constat ephess 3. et 4)) Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 q. procedit de plenitudine gratiae ex parte subiecti in comparatione ad id. ad quod est diuinitus praeordinatum. siue sit commune

ad summum

ministerium statum. et officia.

UVA.BHSC

ne omnibus sanctis, sive speciale conve
niens excellentię aliquorum) Ad 3. q.
dona cōmunia patrię. habent quędam
dona sibi correspondentia in statu viæ
cōmunia etiam omnibus sanctis. sed nō
speciales prerogativę. ~ // ~ // ~ // ~ // ~ //

Ar. 11. Vm Gratia Christi sit infini-
ta et videtur q. sic qr est immensa et si-
ne mensura ut dicit Joannis. 3) 2°. qr ef
fectus eiusmodi gratię est infinitus ad
mundum scilicet universum. Joan. 2) 3°
qr nullius gratia per quantamcunqz ad
ditionem potest ei ęquari. ut dicit gregor
Job. 28) Sed contra est q. est quid creatū
in anima. et ex consequenti in numero
pondere et mensura. Sapientię. 11. ~ /
Dicendum q. gratia unionis in Christo
infinita est. gratia autem habitualis
secundum q. est quoddam ens finita est
in anima existens cuius capacitas est
finita. Sed secundum propriam rationē
gratię est infinita. qr habet quidquid ad
rationem gratię pertinet. sicut quoddam
universale principium gratificationis
in humana natura iuxta Apostolum
ephess. 1. sicut possemus dicere de luce so
lis) Ad 1. Rr q. procedit vel de dono per
generationem ęternam. vel de gratia
unionis. vel de habituali in esse gratię)
Ad 2. q. illa gratia habuit infinitum
effectum. tum ob dictam infinitatem: tū
ob unitatem divinę personę) Ad 3. q.
neqz virtus ignis quantumcunqz crescat

UVA.BHSC

poterit adequare virtutem solis quia est universalis causa.

Ar. 12 Vm gratia Christi potuerit augeri?

Et videtur quod fuit finita ut dictum est et omni finito potest fieri additio / quia gratia augetur virtute divina. virtus autem divina nullo termino arctatur 3o. quia Lucae 3. dicit quod puer Iesus proficiebat etate, sapientia. et gratia ap. d. et homines. / Sed contra dicit Ioannis 1. Vidimus eum quasi unigenitum a patre. quo nil maius esse potest.

Dicendum quod gratia Christi neque ex parte ipsius neque ex parte subiecti potuit augeri. quia a primo instanti suae conceptionis fuit verus comprehensor et in termino. ~~[illegible]~~ hominum vero qui sunt pure viatores gratia potest augeri. et ex parte formae. quia non attingunt summum gratiae gradum. et ex parte subiecti quia nondum pervenerunt ad terminum. / Ad. 1 Rr quod procedit de quantitatibus mathematicis. sed non de quantitate naturali quae debet esse determinata ratione formae. ut dicit in. 2 de anima / Ad 2. quod licet deus posset facere aliquid maius quam sit gratia habitualis Christi. non tamen posset facere quod ordinaret ad aliquid maius. quam sit unio personalis ad filium unigenitum a patre / Ad 3. quod procedit de profectu operum et effectuum. non de profectu habituum in se

gratiae cuius mensura (sicut et aliarum formarum) praefigitur ex fine unionis ~~non potest autem intelligi maior unio creaturae rationalis ad deum quam quae est in persona~~

sicut et alia accidentia

UVA.BHSC

in se ipsis) Ar. 13. qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad Unionem.

Et videtur q non sequatur gratiam unionis. qr est idem cum illa. ut innuit August. lib. de prædest. sanctorum / 2 qr gratia habitualis est dispositio ad unionem. ergo potius præcedit illam) 3. qr gratia habitualis est etiam cōmunis hominibus, et cōmune est prius proprio

Sed contra dicit Isai. 42. ecce servus meus suscipiam eum. et subdit dedi spiritum meum (scilicet gratiæ habitualis) super eum.

Dicendum q gratia unionis præcedit habitualem secundum ordinem naturæ. tripliciter Primo secundum ordinem principiorum utriusq. qr principium unionis est filius. principium autem gratiæ habitualis est spiritus sanctus. Secundo ex habitudine ad suam causam. qr gratia causat in homine ex præsentia divinitatis. ut colligit ezechiel 43. præsentia autem dei in Christo intelligit secundum unionem humanæ naturæ ad divinam personam. Unde gratia habitualis Christi intelligitur ut consequens hanc unionem sicut splendor solem. Tertio sumit ex fine gratiæ. qr ordinat ad beneagendum et actiones sunt suppositorum. ac proinde actio et gratia ad ipsam ordinans supponit hy

pos

UVA.BHSC

thasim operantem) Ad. 1. Rr q. procedit de gratia sumpta pro gratuita dei voluntate. et hac eadem fit homo quivis christianus et factus est homo, Christus.) Ad 2 q. dispositio via generationis precedit formam. sed sequitur eam via perfectionis. humana autem natura unita est verbo a principio sine successione et ita unionem sequitur sicut quedam proprietas naturalis. ut docet August in enchiridion) Ad. 3. q. procedit de proprio, et comuni eiusdem generis, quales non sunt gratia unionis et habitualis.

in his que successive fiunt.

Quaestio. 8. De Gratia Christi prout est caput ecclesie in octo artic. divi.

Ar. 1. Vm Christus sit caput ecclessiae.

Videtur q. non secundum q. homo qr ut sic non influit sensum et motum in membra. sed ut deus et sic solum dat spiritum sanctum. ut dicit Aug. lib. de trinit. 2. qr capitis non est caput. at 1. corint. 12 caput Christi est deus) 3. qr caput recipit a corde. Christus vero a nullo. qr est universale principium Sed contrarium dicit ephess. 1.)

spiritualem

Dicendum q. sicut ecclessia respectu Christi dicit corpus. Rom. 12. et 1. corint. 12 ita

UVA.BHSC

ita Christus dicit per similitudinem caput ecclesiæ. Secundum tria scilicet ordinem in situ, perfectionem in omnibus sensibus, et virtutem ~~scilicet situs~~, ~~sensuum~~, in influentia.

Ad 1 Rr q. dare gratiam et spiritum convenit Christo ut deus est auctoritative, sed instrumentaliter convenit etiam ej secundum q. homo, et per meritum et efficientiam eius operationes fuerunt nobis proficuæ / Ad 2 q. in metaphoricis locutionibus non est inquirenda omnimoda similitudo capitis ergo naturalis non est aliud caput. sed una communitas. aut Princeps est caput alterius / Ad 3 q. caput manifestam habet eminentiam respectu exteriorum membrorum. cor autem secreto influit. et sic assimilat spiritui sancto.

(immo et a lijs sanctis galat. 3)

Ar. 2 Vm Christus sit caput hominum quantum ad corpora ~ vel solum quantum ad animas?

Et videt q. solum quantum ad animam qr in solam eam spiritualiter influit 2o qr in corporibus communicamus cum brutis. et sic diceret etiam eorum caput / 3. qr corpus suum traxit ab alijs hominibus. matth. 1. et luce. 3. ergo cum caput sit primum membrum. non potuit esse caput quantum ad corpora. / ~

Sed ~

UVA.BHSC

Sed contra Philipp. 3. reformabit corpus humilitatis nostrae. c. c. c. suae /
Dicendum q. anima et est forma corporis tribuens vitam et sensus. et est motor ipsius corporis quod ei instrumentaliter deservit. Sic ergo humanitas Christi ut unita verbo influit et in animas hominum principaliter et in corpora secundario inquantum exhibent ut arma iustitiae. Roman. 6. et inquantum vita gloriae ab anima redundat in corpora / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. corpus bruti nullam habet habitudinem ad animam rationalem / Ad 3. q. Christus materiam corporis traxit ab alijs hominibus sed. vitam tamen immortalem corporis omnes homines trahunt ab ipso. ut patet. 1. corinth. 15.

Ar 3. Vm Christus sit caput omnium Hominum?

Videt q. non qr infideles non sunt membra ecclesiae. quae est corpus Christi ephess. 1. / 2. qr Christus traditus est pro ecclesia ut non haberet maculam ephess. 5. at multi ex fidelibus sunt peccatores. ergo eorum non est caput / 3. qr patres veteris testamenti deserviebant sacramentis illius legis quae erant umbra. ergo neq illi pertinebant ad corpus Christi / ^ hebr. 8. ^ coloss. 1.
Sed contrarium dicit. 1. ad Timot 4. et 1. Joannis. 2 / Dicendum q. membra corporis naturalis in hoc differunt a membris mysticis

UVA.BHSC

ticis. q illa sunt omnia simul. hęc autem non. neq quantum ad esse naturę (qr ab initio mundi alij homines alios prę cesserunt) neq quantum ad esse gratię qr quidam modo non habent gratiam post modum habituri. accipiunt ergo membra corporis mystici non solum qr sunt in actu sed etiam prout sunt in potentia. Sic, q Christus primo est caput eorum. qui sibi uniunt per gloriam. Secundo eorum qui sibi actu uniunt per charitatem. tertio eorum qui sibi uniunt per fidem. Quarto eorum qui in potentia reducenda actum per diuinam prędestinationem. Quinto eorum qui sola potentia sunt uniti, nunq ad actum reducenda qr non sunt prędestinati; qui ex hoc sęculo recedentes totaliter desinunt esse membra Christi ~

Ad. 1. q illi sunt membra in potentia. quę fundat principaliter in uirtute Christi. et secundario in arbitrij libertate)

Ad. 2. patet ex dictis. et illi etiam per fidem recipiunt a Christo (licet fides sine operibus mortua sit Iacob. 2) quędam actu uitę qui est credere, sicut cum membrum mortificatum mouet aliqualiter ab homine) Ad. 3. q Patres deseruiebant legalibus non tanq quibusdam rebus, sed sicut imaginibus et umbris futurorum est autem idem motus in imaginem et rem. ut dicit. lib. de memor. et reminiscentia) ~ Ar. 4 vm Christus sit caput Angelorum? &

ut imago est

UVA.BHSC

Et videtur q. non quia semen Abrahe ~~non~~ apprehendit teste Apostolo. caput autem et membra sunt eiusdem naturae / 2° quia angeli non pertinent ad ecclesiam quae est corpus, non enim ambulant per fidem sed per speciem / 3. quia teste Aug. super Ioannem verbum caro factum vivificat corpora. quibus angeli carent / sed contra est colossen. 2. qui est caput omnis principatus, et potestatis —

non angelos sed

quod erat apud patrem vivificat animas. verbum vero

Dicendum q. cum corpus mysticum et similitudinarium. sit una multitudo ordinata in unum secundum distinctos actus sive officia, et ad unum finem quae est gloria divinae fruitionis ordinentur et homines et angeli; totius huius multitudinis Christus est caput, omnium perfector et influens in omnes. ephess. 1. unde et matth. 4. accesserunt angeli et ministrabant ei.

Ad. 1. Rr q. influentia Christi in homines principaliter est quantum ad animas secundum quas homines conveniunt cum angelis in natura generis / Ad. 2. q. Christus fuit viator et comprehensor, hominum et angelorum caput / Ad. 3. q. Augustinus ibi loquitur secundum quamdam proportionem agentis ad passum. sed non negat quod vivificet etiam spiritus ex unione ad verbum et virtute spiritualis naturae.

et assimilationem — humanitas Christi

Ar. 5. Vm Gratia Christi secundum quam est caput ecclesiae sit eadem cum

gra

UVA.BHSC

gratia habituali eius secundumq; est quidam homo singularis.

Et uidet q non qr Rom. 5. unius delicto multi mortui sunt. multo magis gratia dei in gratia unius hominis Iesu Christi sed aliud est peccatum actuale Adæ. et aliud quod traduxit in posteros. ergo et gratia etc. 2. qr altera gratia sanctificat animam Christi. altera fideles. ergo distinguntur ex distinctione actuum / 3. qr est alia a gratia unionis. ergo et alia a gratia capitis. Sed contra Ioan. 1. de plenitudine eius omnes accepimus. secundum autem hoc est caput nostrum q ab eo accipimus.

Dicendum q per eamdem formam constituit aliquid in actu, et agit: ad actionem uero requirit eminentia quædam. ac proinde eadem est gratia eminens Christi singularis siue personalis. et prout est caput ecclesiæ. differens secundum rationem Ad. 1. Rr q peccatum originale deriuat ab actuali Adæ. quo corrupit naturam ab eo deriuatam. sed gratia non deriuat a Christo in nos mediante natura humana sed per solam actionem personalem ipsius Christi / Ad. 2 q illi actus sic se habent q alter est ratio et causa alterius. et sic non diuersificant habitus / Ad. 3. q gratia capitis et gratia singularis ordinant ad aliquem actum, gratia uero unionis ad ipsum esse personale / quamuis et personalis gratia possit dici gratia unionis prout congruit ad unionem

et

Dicit. sicut

cum triplex gratia distinguat in Christo scilicet secundum gratiam personalem.

quod est peccatum naturæ

UVA.BHSC

4 Et secundum hoc una est per essentiam gratia unionis. et gratia capitis. et gratia singularis personae sed differentes solaratione.

Ar. 6. Vm esse caput ecclesiae sit proprium Christo?

Et videt q non. qr. 1. reg. 15. dicit cum esses parvus in oculis tuis caput in tribus israel factus es. at una fuit semper ecclesia / 2. qr etiam ad alios praeter Christum pertinet alijs gratiam praebere. ut constat ephess. 4 / 3. qr Christus sicut caput sic pastor et fundamentum dicit. sed non retinuit sibi soli nomen Pastoris ut constat. 1. Petri. 5. nec fundamenti. ut constat. Apocal. 21 / Sed contra est quod dicit coloss. 2. caput ecclesiae ex quo corpus per connexiones crescit. quod Christo proprium est. Dicendum q caput influit interius sensum et motum. et in exteriores operationes. Et secundum hos duos modos Christo convenit esse caput et influere in membra ecclesiae. quantum tamen ad secundum scilic et exteriorem gubernationem etiam alij homines preminentes capita dicunt et sunt. ut patet Amos. 6. non tamen semper. nec quantum ad omnem locum et statum sicut Christus dominus neq propria auctoritate pro ut habet. 2. cor. 2. et ~~2. corint.~~ 5. / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad 2. q homo exterius suadet ad ea quae sunt gra

ad Saul

ut ipse

UVA.BHSC

gratiæ & sic dicit eam dare / Ad. 3. cum Augustino in Ioannem. q illi sunt omnes unius membra pastoris et similiter fundamenta. ostij autem nomē Christi sibi retinuit qr in eo (sicut et in capite) principalis importat auctoritas

Ar. 7. Vm̄ diabolus sit caput omnium malorum.

Et uidet q non qr non influit malitiam peccati, hæc enim ex uoluntate peccantis procedit) 2. qr non omnia peccata ex suggestione diaboli procedunt ut in quibusdam dæmonibus constat. et in multis cogitationibus hominum quæ ut in lib. de ecclesiast. dogmat dicitur a dæmonibus non causant / 3. qr mala omnia in uno uniri non possunt. tum qr sæpe malum malo contrariat. tum qr procedit ex diuersis defectibus. ut dicit 4. de diuin. nom /

peccantibus ~~cont~~ ~~titit~~

Sed contra est glossa in caput. 18. Iob Dicendum q diabolus quantum ad exteriorem gubernationem, qua homines ad finem a se intentum (scilicet auersionem a deo) deducere conat dicit malorum caput. ut ex Iob. 41. et Hierem 2. colligi potest.

Ad. 1. Rr q licet interius non influat tamen suggerendo inducit ad malum) Ad. 2 q primum peccatum diaboli qui ab initio peccat (ut dicit. 1. Ioan. 3) quidā per suggestionem ipsius imitant inducti

qui

UVA.BHSC

quidam spontanei. sicut et ducis vexillum / Ad. 3. q omnia peccata conveniunt in aversione a deo.

Ar. 8. Vm etiam Antichristus possit dici caput omniū malorū

Et videt q non sit caput malorū. qr unius corporis unum est caput. est autē diabolus caput multitudinis malorū / 2. qr Antichristus magis est membrū diaboli / 3. qr nullam habet influētiam in eos qui eum precesserunt ~ Sed contra est glossa in cap. 21. Job. Dicendum q Antichristus quantum ad ordinem prioritatis. et virtutem influendi non dicit caput omnium malorū (licet sic aliquorū) quantum tamen ad perfectionem, que est tertia capitis conditio omnium malorum erit caput qr perfectam et consumatam habebit malitiam. ut ait glossa. 2 ad Thessalon. 2. diabolo suam malitiam eminentius ei suggerente q3 alijs. Et sic eum precedentes peccatores iam prefigurant ut innuitur. 2. Thessal 2. misterium iam operat iniquitatis ~

Ad. 1. Rr q Antichristus dicit esse caput unum cum diabolo inquantum in eo perfectissime malitia diaboli reperit ostendens se tanq3 sit deus / Ad 2 q sicut caput Christi est deus, sic Antichristus membrum diaboli, et tamen malorū caput / Ad. 3. ex dictis qr licet non influat tamen diabolus in eo malitiam suam ducet

UVA.BHSC

cet ad caput. permodum quo quis dici
t ad caput suum propositum ducere
cum illud perfecerit.

Quæstio 9 De scientia Christi in cómuni in quattuor art diuj.

Ar 1. vm̃ Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

Et iudet q non qr cum per diuinã
omnia cognosceret, alia esset om
nio superuacanea) 2.qr offuscaret
per diuinam sicut lux minor per
maiorem) 3. qr secundum quosdã
ponit scientia unionis in Christo sed
hæc una sufficit ad ambas naturas
unitas. ergo.

Sed contra est Ambrosius lib. de in
carnatione, dicens q deus sensum
hominis assumpsit etc.

Dicendum q verbum assumpsit ani
mam perfectam. et per consequens
scientia (præter diuinam) ornatam,
secundo qr frustra esset in Christo a
nima intellectiua sine actu proprio
qui pertinet ad scientiam creatam)
Tertio qr in animã humanam perti
net aliqua scientia creata scilicet
qua naturaliter cognoscimus prima

prin

UVA.BHSC

principia large sumpto nomine scientie. que doctrina confirmat contra errorem contrarium sentientium in sexta synodo.

Ad. 1 Rr q per illam scientiam diuinam nihil cognouisset anima Christi / Ad. 2. q procedit de luminibus eiusdem ordinis. sed non cum alterum habet se ut illuminatum sicut lux aeris a sole / Ad. 3. q scientia in Christo non ponit ex parte unionis que est adesse personale, sed ex parte unitorum scilicet duarum naturarum.

qua ~~deus~~ per operationem increatam Christus nosset omnia

Ar. 2. Vm Christus habuerit scientiam quam habent beati uel comprehensores?

Et iudet q non qr illa scientia est ex participatione diuini luminis iuxta illud psalmi in lumine tuo uidebimus lumen in Christo autem inhabitat plenitudo diuinitatis coloss. 2 / 2 qr homo ille fuit beatus eo ipso q fuit deo unitus in persona. scientia autem beatorum eo eis dat ut eos beatos faciat / 3. qr homini duplex scientia competit scilicet una secundum naturam et alia supra naturam. in Christo autem preter naturalem, est scientia diuina, ergo / Sed contra est q scientia beatorum in cognitione dei consistit. que plene fuit in Christo. ut habet Ioannis 8.

Dicendum q cum homines adducant ad glo

ri

UVA.BHSC

riam (ad quam tanquam ad finem ordinatur) per Christum. et oporteat quod reducens aliquid in actum, sic etiam in actu. sine dubio cognitio beata perfectissime fuit in Christo; causa enim potior est causato Ad. 1. R. quod in Christo cum unitate personæ manet naturarum distinctio et ideo eius anima a diuinitate perficitur / Ad 2 quod procedit de beatitudine increata. non de creata animæ / Ad. 3. quod ~~etiam~~ scientia seu visio beata est quodammodo supra naturam animæ rationalis in quantum propria virtute ad eam peruenire non potest; licet sit secundum eius naturam quatenus capax ipsius est. Sed scientia increata omnibus modis est supra naturam animæ humanæ.

^ hebr. 2

Ar. 3. Vm Christus habuerit scientiam inditam, uel infusam?

Et uidetur quod non quia præsente cognitione perfecta siue visione (ut patet in fide) imperfecta cognitio (qualis est indita respectu beatæ) cessabit / 2. quia habita perfectione uel termino non est necessaria dispositio aut motus, sed quælibet alia scientia tendit ad beatam. ergo illa habita cessat 3. quia ~~nec~~ materia corporalis non potest simul duas formas alteram altera perfectiorem recipere. ergo nec intellectus possibilis duas scientias / Sed contra. Colos. 2. in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ. et scientiæ dei absconditi-

Di-

UVA.BHSC

Dicendum q, ens in potentia imperfectū est nisi reducat ad actum. reducit ueo intellectus possibiles ad actum et in Christo domino perfectissime ac proinde preter scientiam diuinam. oportet in ipso ponere scientiam inditam. inquātum per verbum dei animę Christi sibi personaliter unitę impresę sunt species intelligibiles ad omnia ad quę intellectus possibilis est in potentia. sicut etiam per verbum dei impresę sunt species intelligibiles in principio creationis rerum. ut patet per August. 2. super genes. ad cognitionem matutinam. et uespertinam.

ut dicit. 3. de anima per species intelligibiles et scientiam

ex. 3. de anima

angelis

Ad. 1. Rr q, cognitio scientię inditę nō includit aliquid repugnans cognitioni beatę, sicut fides) Ad. 2. q, dispositio et est uia ad perfectionem siue formam et effectus consequens ipsam sicut calor in igne. et sic simul cum scientia ~~indita~~ beata manet ~~beata~~ in Christo. non sicut uia ad beatitudinem, sed quasi per beatitudinem confirmata) Ad. 3. q, ad cognitionem beatam unit ipsa essentia diuina immediate supplens uicem speciei intelligibilis. cum quā stāt species intelligibiles proportionatę mentis rationalis

indita

superexcellenti forma

naturae

Ar. 4. Vm Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

Et uidet q, non fuerit in eo scientia experimentalis siue acquisita. qr quid

quid

UVA.BHSC

quod in Christo fuit, fuit perfectissime non sic autem potuit esse scientia acquisita cum litterarum studio non incubuerit. ut ex admiratione Iudeorum. constat. Ioan. 7 / 2. qr ~~plene~~ animę Christi plenae speciebus inditis non poterant addi species acquisitae.) 3. qr cum Christus habuerit scientię inditę habitum, per ea quę sensu didicit non potuit super addi alius habitus, ne duę formę eiusdem speciei simul essent in eodem.

Sed contra dicit hebr. 5. cum esset filius dei didicit obedientiam. (ex his quę passus est. idest expertus est ut dicit glossa) Dicendum q. cum in Christo sit intellectus agens non otiosus sed operans lumine suo producit species intelligibiles in intellectum possibilem. quo scientia experimentalis (ut quidam vocant) siue acquisita causat. qua Christus hominibus assimilat. quemadmodum in indita superiori lumine angelis. beata enim scientia qua ipsa dei essentia videt est propria et connaturalis soli deo. ut in prima parte dictum est.

Ad. 1. Rr q. Christo conuenit perfectior modus acquirendi scientiam. scilicet per inuentionem. ut dicit in. 1. ethico. et non per disciplinam. quidatus est nobis doctor a deo. Ioelis. 2 / Ad. 2. q. anima Christi debebat perfici non solum in ordine

plenae

ex. 3 de anima.

UVA.BHSC

ne ad superiora per scientiam inditā / (licet hęc sufficeret) sed et in ordine ad inferiora phantasmata per acquisitā / Ad. 3. q. non est eadem ratio habitus infusi et acquisiti ut ex dictis constat.

Quæstio. 10. De Scientia beata animæ Christi. in 4or Articulos diuisa.

Ar. 1. Vm Anima Christi comprehenderit Verbum siue dj vinam naturam.

Et uidet. q. sic. qr Isidorus dicit q. trinitas sibi soli nota est et homini assumpto ergo sicut et trinitas comprehendit illud / 2. qr ut Damascenus dicit tota diuinitas in una personarum est unita humanę naturę in Christo, ergo multo magis tota diuina natura uidet ab anima Christi, qr maius quid est uniri. qz videre / 3. qr quod conuenit filio dei per naturā competit filio dei per gratiam, ut dicit Augustinus. in. 1. de trinitate / ~ // ~.

Sed contra est August. lib. 83. qq. dices q. se comprehendit finitum est sibi. ett.

Dicendum q. cum in Christo utraq. natura impermixta permanserit et infinitum a finito comprehendi non possit anima Christi nec verbum, nec diuinam naturam potuit comprehendere.

Ad. 1. Rr q. ibi annumerat homo assumptus trinitati non ratione comprehensionis, sed excellentissimę cognitionis pręcęterijs creaturis / Ad. 2. q. nec in unione per

so

UVA.BHSC

sonali humana natura comprehendit dei verbum, aut ipsum ad illam contractum et limitatum est. ut ad Volusianum dicit Augustinus) Ad. 3. q. dictum Augustini intelligit iuxta cōmunicationem idiomatum ex unione per quem modum potest etiam dici q. filius hominis est creator ~

Ar. 2. Vm anima Christi in verbo cognouerit omnia?

Et iudet q. non. q. Marci. 13. dicit de die illa nemo scit. neq. angeli. neq. filius, nisi pater) 2. q. perfectius cognoscit deus suam essentiam q. anima Christi ergo plura cognoscit in verbo q. anima Christi) 3. q. ē quaret scientię increatæ ipsius verbi)

^ talis cognitio

Sed contra est glossa apocalyp. 5. ibi dignus est agnus accipere diuinitatē et sapientiam.

Dicendum q. quilibet beatus cognoscit in verbo omnia quę ad ipsum pertinent. et cum ad Christus omnia pertineant. et sit iudex a deo constitutus omnium ut dicit Ioannis. 5. cognoscit in verbo omnia futura in quacūq. temporis differentia. et hominum cogitationes. quin et omnia quę sūt in potentia creaturarum quamuis nunq. extitura sint. non tamen omnia quę sunt in diuina potentia hoc e-

^ anima eius

nim

UVA.BHSC

nim esset ipsam diuinam essentiam
comprehendere, quod est impossibile
Ad. 1. Rr reiecto Eunomio et Arrio q.
filius dicitur nosse diem iudicij qr nō
manifestat illum ut constat actorum. 1.
deus autem manifestat illum filio.
et e conuerso scire siue cognoscere su
mitur pro cognoscere facere. ut genes. 13
de Abraham. Scit autem Christus diem
illum ut ait Chrisostomus. etiam ut homo
qr ut sic datum est ei maius quid scilicet
ut sciat iudicare / Origenes exponit.
hoc de corpore Christi scilicet ecclesia quę
hoc tempus ignorat. quidam de filio
adoptiuo. non de naturali / Ad. 2. q. deus
scit per scientiam simplicis intelligen
tię omnia quę in sua potentia latent
anima uero Christi omnia quę deus scit scientia
visionis / Ad. 3. q. quantitas scientię
non solum attenditur secundum nume
rum scibilium, sed etiam secundum claritatem
cognitionis.

Ar. 3 Vm Anima Christi in Ver
bo cognouerit infinita? —

Videtur q. nō. qr cognosci infinito re
pugnat ut in. 3. physicorum ex eius defini
tione constat / 2 qr capacitas animę
Christi est finita / 3. qr infinito non po
test esse quid maius. at plura continen
tur in scientia dei. q3 in scientia animę Chr
isti / Sed contra est q. anima Christi cog
noscit omnem suam potentiam et omnia

quę

UVA.BHSC

quæ potest, potest autem emundatio
nem infinitorum peccatorum. 1. Joan. 2.
Dicendum quod unumquodque est cognosci
bile inquantum est in actu vel in se
ipso. vel actu contentum in potentia
suæ causæ. Sic ergo anima Christi secun
dum primum modum non cognoscit
infinita (scientia scilicet visionis) quia
nunquam infinita actu existent. cognos
cit tamen infinita ad secundum mo
dum in quantum comprehendit poten
tiam cuiuslibet creaturæ per scientiam
cuiusdam simplicis intelligentiæ.
Ad. 1. Respondeo quod infinitum quod tale est nega
tive et [illegible] formæ infinitæ ut deus
est maxime cognoscibile ab anima Chri
sti. infinitum autem privative ex par
te materiæ et quantitatis ut sic non est
cognoscibile. quia semper est aliquid extra
accipere. et sic anima Christi cognoscit in
finita non ut in seipsis. sed ut in uno et
ad modum unius continentur in potentia
creaturæ. Ad. 2. quod bene potest aliquid esse
infinitum secundum unum. et finitum
secundum alterum. ut si haberet infinitam
longitudinem cum latitudine finita. et
sic anima Christi ad modum dictum po
test cognoscere infinita secundum nu
merum. Quæ sint finita secundum ratio
nem suæ speciei sive secundum quod quid est
ad quod præcipue tendit cognitio. nam et
in cognitione universalis infinita indi
vidua cognosci videntur. Ad. 3. quod infinitum
simpliciter et omnibus modis unicum tan

^ in suis causis contenta.

^ scilicet ex parte

^ licet non comprehensibile

tum

UVA.BHSC

tum est quo nihil est maius. sed infini-
to in aliquo genere uel ordine licet ut
sic non sit maius accipere in illo potest
tamen dari maius. et sic si ex una par
te accipiat una linea infinita licet in
illa non sit aliquid maius. maius tam
en quid erit illa et aliæ infinitæ lineæ
simul. et similiter quamuis nume
ri pares sint infiniti. et impares simi-
liter. plures tamen sunt pares et im
pares simul. et adhunc modum infi
nita sunt in potentia creaturæ. et tamē
plura sunt in potentia dei.

Ar. 4. Vm̄ anima Christi uideat
verbum, siue diuinam essen-
tiam clarius qualibet alia cre
atura?

Et uidet q. non q. perfectio cog-
nitionis procedit ex medio quo fit. at o-
mnes beati uident deum immediate
per ipsam essentiam diuinam. 2. q. po-
tentia rationalis animæ (qualis est ani
ma Christi) est infra potentiam intel
lectiuam angeli. ex. 4. cap. coelest. Hier.
3. q. deus in infinitum uidet perfectius
verbum suum q̄ anima ergo mediant
inter utramq. cognitionem infinitigra
dus possibiles, ac persequens non uidet per-
fectius q̄ quælibet alia creatura.
Sed contra omnino uidet Apostolus ad eph
ess. 1. Dicendum q. beati uident diuinā
essentiam per influxum diuini luminis
a verbo deriuatum. est enim fons sapientiæ

ver

UVA.BHSC

verbum in excelsis. eccl. 1. ac proin
de cum perfectius et immediatius unj
at animæ Christi. plenioremin ea cau
sat cognitionem, quam in qualibet
alia creatura.
Ad. 1. Rr q perfectio cognitionis ex par
te cognoscibilis attendit ex medio, sed
ex parte cognoscentis ex potentia vel ha
bitu. et sic per idem medium perfectius
cognoscit unus eamdem conclusionem
quam alter / Ad. 2. q illi gradus attendun
tur magis secundum ordinem gratiæ in
quo Christus est excellentissimus. licet
in esse naturæ eius anima sit inferior
angelis / Ad. 3. q sicut modo superius
exposito non potest esse maior gratia quam
gratia Christi. idem etiam dicendum est
de perfectione divinæ visionis.

Quæstio. 11. de scientia indita vel infusa animæ Christi in sex articulos divisa

Ar. 1. vm per dictam scientiam de Christus omnia sciat.

Et videtur q non quia eius intellectus possi
bilis non erat in potentia nisi ad ea quæ
poterant cognosci ex actione intellectus
agentis eiusmodi autem sunt entia so
lum naturalia / 2. quia phantasmata
(ut 2. de anima dicit) habent se ad in
tellectum humanum, sicut colores ad vi
sum, sed ad perfectionem visivæ potentiæ

non

UVA.BHSC

non pertinet cognoscere ea quę omnino sunt sine colore, ergo neq; ad perfectionē intellectus humani cognoscere ea quorum non possunt esse phantasmata / v.g. angeli. etc. / 3. q. nec singularium cognitio pertinet ad perfectionem intellectus. ergo Christus ea non cognouit —

Sed contra est Isaię. 11. impleuit eum dominus spiritu sapię, et intellectus. scientię. et consilij. sub quibus comprehendū tur omnia cognoscibilia.

Dicendum q. in anima humana sicut et in qualibet alia creatura est duplex potentia passiua. altera per ordinem ad agens naturale, altera obedientialis per ordinem ad agens primum. et utraq; harum in Christo fuit reducta ad actum secundum hanc scientiam ei diuinitus inditam. vnde cognouit quidquid naturaliter ab hominibus cognosci potest ex ordine ad intellectum agentem, et quidquid etiam quocunq; modo per reuelationem diuinam hominibus innotescit / Ad. 1. Rr q. procedit de potentia naturali animę / Ad. 2. q. licet anima pro isto statu quo quodam modo est ad phantasmata obligata non potest substantias separatas intelligere. intelliget autem et cognoscet in gloria. in qua Christus fuit ab instanti suę conceptionis / Ad. 3. q. cognitio singularium (licet non ad perfectionem scientię speculatiuę) pertinet tamen ad perfectionem scientię practicę et prudentię

UVA.BHSC

tię ad quam concurrunt memoria pręteritorum, intelligentia pręsentium et providentia futurorum.

Ar. 2. Vm̄ Christus hac scientia uti potuerit non conuertendo se ad Phantasmata?

Et uidet q̄ non. q̄ potentia eius uisiua non potuit exire in actum nisi conuertendo se ad colores. qui sunt similes phantasmatibus ex 3. de anima). 2. q̄ anima nostra (quę est eiusdem specici) nō potest intelligere nisi conuertendo se ad phantasmata) 3. q̄ sic sensus Christi fuissent in eo superflui. q̄ ipsi ad phantasmata deseruiunt).

Sed contra est q̄ anima Christi quędam cognouit quę per phantasmata cognosci non possunt. scilicet angelos.

Dicendum q̄ Christus dominus ~~ut~~ uiator fuit et comprehensor. ex parte corporis conditiones uiatoris habens ut pote passibilis ex parte autem animę comprehensoris et beati. ipsa enim separata et post resurrectionem in gloria a corpore non dependet. neq̄ ei subdit. immo totaliter ei dominat. vnde cum e contrario ex hoc anima uiatoris indigeat ad phantasmata conuerti q̄ ab eo dependet. relinquit q̄ anima Christi ut pote beata sine conuersione ad phantasmata intellexerit. Ad. 1. Rr. ex dictis. et q̄ similitudo illa tenet quantum ad id in quod uisus et intel

lectus

UVA.BHSC

lectus in suis actibus respiciunt. sed non quantum ad id in quo terminantur quia intellectus cognitio in phantasmatibus non sistit / Ad. 2. ex dictis / Ad. 3. quod sensus dantur homini etiam ad vitam animalem, et Christus dominus poterat etiam si vellet cognoscere sive intelligere se ad phantasmata convertendo.

Ar. 3. Vm hec scientia fuerit collativa?

Et videtur quod non quia Damascenus in 3° lib. non admittit in Christo consilium neque electionem. hec autem non removentur a Christo, nisi in quantum important collationem, et discursum / 2°. quia discursus est necessarius ad cognoscenda, que ignoramus. Christus autem omnia scivit / 3. quia beati qualis fuit Christus angelis conformantur. Matth. 22. in quibus non est discursus. ut habetur. 7. cap. de div. nom.

Sed contra est quod proprium est animae rationali discurrere de uno in aliud.

Dicendum quod in Christo non fuit scientia discursiva quantum ad sui acquisitionem. bene tamen quantum ad ipsius usum alterum ex altero colligendo. ut constat. Matth. 17. ibi ergo liberi sunt filij / Ad. 1. quod a Christo non excluditur usus consiliandi. sed consilium quod est cum dubitatione. et per consequens electio, que in sui ratione tale consilium includit.

^ predicta

^ ut contingit in nobis

UVA.BHSC

cludit / Ad. 2. q procedit de collatio-
ne ad scientiam acquirendam / Ad.
3. q illa conformatio est quantum ad
dona gratiarum.

Ar. 4. Vm hęc scientia in Chri-
sto fuerit maior scientia angelorum

Et videt q non qr perfectio proportionat
perfectibili, at anima Christi quę hac sci-
entia perficit inferior est natura ange-
lica / 2. qr fuit aliquo modo collativa
quod de scientia angelorum non admit-
tit / 3. qr scientia angelorum est imma-
terialior. neqz instrumentis corporis, nè
qz phantasmatibus indigens / ~ // ~ // ~
Sed contra est q hębr. 2 propter solam pas-
sionem, et non in scientia dicit mino-
ratus ab angelis Christus dominus ~
Dicendum q scientia indita animę Chris-
ti secundum id quod habet a causa influe-
te scilicet lumen, certitudinem, et nume-
rum scitorum maior est qz angelorum scientia
est tamen minor secundum illud quod
habet a subiecto recipiente qr anima hu-
mana cognoscit per collationem et dis-
cursum et conversionem ad phantasma-
ta. Et ex his soluunt argumenta ~

Ar. 5. Vm Hæc scientia fuerit ha-
bitualis.

Et videt q non qr maior est perfectio scien-
tiæ existentis in actu qz in potentia. vel ha-

bi

UVA.BHSC

bitu / 2. q. frustra esset eiusmodi scientia cum non posset reduci ad actum respectu multorum scibilium, erat enim infinitorum, quae impossibile est unum post alterum cogitando pertransire / 3. q. eiusmodi scientia esset perfectio animae Christi perfectio autem potior est perfectibili. et sic aliquid creatum esset perfectius quam anima Christi.

Sed contra est q. eiusmodi scientia univoca fuit scientiae nostrae, quae est in genere habitus.

Dicendum q. modus connaturalis animae humanae, est ut quandoque sit intelligens actu, quandoque in potentia. habitus autem medium est inter potentiam et actum. et eiusdem generis est medium et extrema, et sic scientia indita animae Christi fuit habitualis, qua utebatur cum volebat.

Ad. 1. Rr q. in anima Christi fuit duplex cognitio et utraque suo modo perfectissima altera qua vidit dei essentiam et alias res in ipsa: et haec fuit actualis. Alia vero fuit cognitio proportionata humanae cognitioni de qua nunc loquimur / Ad. 2 q. habitus reducitur in actum ad imperium voluntatis iuxta exigentiam negotiorum et temporum. voluntas autem indeterminate se habet ad infinita, ac proinde habitus non est frustra / Ad. 3. q. sunt substantia simpliciter est ens et bona. sic accidens non potest dici simpliciter melior nec scientia animae Christi quam eius anima in cu

ius

UVA.BHSC

bonitatem ipsa scientia cedit

Ar. 6. Vm̄ hęc scientia fuerit distincta per diuersos habitus?

Et uidet q in anima Christi non fuerit nisi unus habitus. qr quanto scientia est perfectior tanto magis unita sicut et in angelis patet / 2. qr fides nostra deriuat a scientia Christi hebr. 12. est autem una fides de omnibus credibilibus / 3. qr omnia sciuit secundum unam rationem scilicet lumenis diuinitus infusi / Sed contra est q Zacharię 3. super lapidem unum id est Christum sunt septē oculi / Dicendum q modus connaturalis animę humanę est q per minus uniuersales et magis multiplicatas species intelligat qz angelus. ita q diuersas naturas specificas per diuersas species cognoscat. ex quo sequitur q in nobis sint diuersi habitus scientiarum qr diuersa scibilium genera. ut dicit in. 1. poster. et ideo scientia indita Christi fuit distincta secundum diuersos habitus.

Ad. 1. Rr q eiusmodi scientia est imperfectior ex parte recipientis / Ad. 2. q Christus est auctor fidei nostrę (quę innititur primę ueritati) per scientiam diuinam quę est simpliciter una / Ad. 3. q procedit de lumine cōmuni. sicut lumen intellectus agentis est in nobis. quod non tollit habituum diuersitates.

Quaestio. 12 De scientia animae Christi acquisita. in. 4. ar. diuā.

UVA.BHSC

Ar

Ar. 1 Vm secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia

Et uidet q non qr Christus non omnia expertus est / 2. qr per sensum acquiritur, non autem omnia fuerunt sensibus Christi pœnia siue subiecta / 3. qr esset hęc scientia ęqualis inditę, immo et beatæ / Sed contra est q fuisset eius modi imperfecta in Christo, si ei alicuius scibilis potuisset fieri additio.

Dicendum q scientia acquisita ponit in anima Christi propter conuenientiam intellectus agentis, quo est omnia facere ut dicit in 3. de anima. sicut indita ob congruentiam intellectus possibilis. ac proinde sciuit omnia, quę possunt sciri per actionem intellectus agentis. Ad 1. Rr q non oportet q omnia in seipsis fuerit expertus. sed uel in simili uel in contrario. uel in causa etc / Ad 2. q intellectus Christi ob sui perfectionē ex paucorum experientia. in multorum notitiam deuenire potuit / Ad 3. q secundum istam scientiam Christus non cognouit omnia, sed illa omnia quę homini per lumen intellectus agentis sunt cognoscibilia.

Ar. 2. Vm Christus in hac scientia profecerit?

Et uidet q non qr secundum hanc scientiam. sicut et secundum beatam et infusam sciuit omnia / 2. qr hęc scientia in Chris

UVA.BHSC

Christo fuit perfecta. ergo in ea non potuit fieri additio / 3. qr Damascenus dicit q qui additamentum sensus suscipientem unionem secundum hypostasim in eo non uenerant)

Sed contra dicit Lucæ. 2. et Ambrosius docet. q proficiebat secundum sapientiam humanam.

Dicendum q habitus scientiæ infusæ quantum ad ipsam essentiam siue habitus ad augmentum non recepit (et multo minus scientia beata. et diuina) bene tamen quantum ad effectum sicut et maiora opera gratiæ et etatis perfectiora demonstrabat. q si non habitum scientiæ acquisitæ ut quibusdam uidet et mihi quandoqz uisum est ~~non~~ admittamus sed solam conuersionem ad phantasmata nulla scientia in eo fuit augmentata secundum essentiam. sed qr habitum scientiæ acquisitæ ponimus in eo (ne ei aliquis modus naturalis cognoscendi desit) hunc secundum essentiam et multiplices species a phantasmatibus abstractas augmentum suscepisse fatemur) Ad. 1. Rr q scientia beata et infusa simul operari omnia, scientia autem acquisita est paulatim ab intellectu agente / Ad 2. q semper hæc scientia etiam fuit perfecta secundum tempus. licet non simpliciter et secundum naturam / Ad. 3. q non intelligit damascenus de augmento scientiæ acquisitæ. hoc enim

dicunt Christum in gratia et sapientia profecisse quasi

in Christo

experientiam per

sunt effectus infinitæ uirtutis potentis

UVA.BHSC

enim prouenit a naturali agente

Ar. 3. Vm Christus aliquid ab homine didicerit?

Et uidet q sic qr lucę 2. interrogans doctores inuenit quod est addiscentis / 2° qr nobilius est acquirere scientiam ab homine docente, qz a rebus a quibus experimentaliter didicit ut dictum est / 3. qr experimentaliter profecit. ergo et audiens de nouo aliquid ab homine profecit / Sed contra est q Isai. 55. datus est omniū doctor et dux / Dicendum q primum ~~mouens in illo genere a nullo mouetur~~ et sic nec Christus primus doctor Ioannis 18 ad perhibendum testimonium ueritati ab ullo hominum fuit edocendus. Ad. 1. Rr cum Origene q interrogabat (sicut et sępe fieri solet) ut doceret respondēdo. et sic stupebant in responsis eius / Ad 2. q qui docet ab homine non accipit immediate scientiam ab speciebus intelligibilibus docentis, sed a uoce quę est signum sapientię ipsius, sunt autem creaturę omnes signa sapientię dei eccli. 1. ac proinde qui a rebus ~~docet~~ scientiam accipit a deo doceri dicit / Ad. 3. q proficiebat in scientia experimentali sicut et in etate. etas autē requirit sicut ad inuentionem. sic et ad disciplinam. Vnde Christus non accomodauit auditum nisi illo tempore, quo per experientiam poterat illum scientię gradū attigisse ut docet Gregorius super ezechiel

Ar. 4. Vm Christus aliquid acceperit ab angelis?

Et

CVA.BHSC

Et videt q ab eis sit edoctus: qr con/
fortatus est ab angelo. Lucę. 22. quod
fit per verba confortatoria docentis. ut
et Iob. 4 / 2. qr Dionisius 4. coeles
tis Hierarch. eumdem dominum sub
Iici deo ait angelicis formationibus /
3. qr corpus eius influentijs superi
orum corporum subdebat. scilicet fri
gori et cęstui ergo et eius mens angeli
co influxui " c. " "
Sed contra est Dionis. 7. coelest. Hier
dicens angelos a Christo domino edo
ceri. " Dicendum. q anima rationa
lis tanqz media inter spirituales sub
stantias et corporeas nata est perfui.
dupliciter scilicet per scientiam acce
ptam a rebus inferioribus sensibilibus
et secundo per scientiam inditam si
ue impressam ex illuminatione spiri
tualium substantiarum et hoc utroqz
modo anima Christi fuit perfecta scili
cet ab influxu non angelorum sed ver
bi. et per scientiam acquisitam a rebus
Ad. 1. Rr q illa confortatio nõ fuit per
modum instructionis. sed ad demons
trandam proprietatem humanę natu
rę propter nos in eo confortatę. et sic ut
dicit Beda in lucam. et angeli ei minis
trant. et eum confortant ad ostentionẽ
utriusqz naturę. / Ad. 2. q Dionisius in
telligit respectu actorum circa Christum ut
fugę in egyptum et similiũ / Ad 3. q pro
bat corpus Christi fuisse passibile. sed nõ /
animam angelis subiectam ~ // ~ // ~ /

UVA.BHSC

Quas

5 Quaestio. 13 De Potentia anj
mae Christi in 4or. art. diua.
Ar. 1. Vm Anima Christi habue
ut omnipotentiam simpliciter?

Et uidet q. sic qr ut Ambrosius dicit super
lucam potentiam, quam dei filius natu
raliter habet, homo erat ex tempore accep
turus. Hoc autem uidet secundum ani
mam, quae est precipua pars hominis / 2o
qr Christus quodam modo habet omnium
scientiam, quorum deus, ergo et potentiam /
3. qr Christus habet omnium scientiam
ergo non solum speculatiuam practicam. Et sciat face
re quae scit

Sed contra est q. omnipotentia est propria
solius dei. exod. 15. anima autem Christi
creatura est

Dicendum q. potentia cuiuslibet rei sequi
t formam ipsius quae forma uel est ipsa rei
natura ut in simplicibus. uel pars eius ut
in compositis, sicut anima rationalis in
homine. cum igit anima Christi sit pars
humanae naturae quae non habet esse incir
cunscriptum, impossibile est q. omnipotē
tiam habeat / Ad. 1. Rr q. tantum probat
esse in Christo omnipotentiam, per unionē
sicut et in eo est deitas / Ad 2. q. licet a
diuinitate cōmunicet scientia animae Chris
ti hoc tamen est admodum recipientis, quā
uis aliquis modus cognoscendi in natura cre
ata potuit uirtutis infinitae / Ad. 3. q. non omni-
um

speculatiuam sedet

UVA.BHSC

um. quorum Christus habuit scientiam speculativam, habuit et practicam. Habuit enim scientiam creandi qualiter deus creat. sed non scientiam creationis factivam.

Ar. 2. Vm Anima Christi habuerit omnipotentiam Respectu immutationis creaturarum.

Et videtur q. sic. qr Matth. ult. dicit ipse data est mihi omnis potestas in coelo, et in terra. id est super omnem creaturam, iuxta illud genes. 1. creavit deus coelum et terram. 2. qr secundum Dionisium 7. cap. coelestis Hierarchie. anima Christi etiam ipsos supremos spiritus movet illuminando eos. 3. qr anima Christi habuit plenissime gratiam miraculorum seu virtutum. sed omnis immutatio creaturarum potest ad gratiam miraculorum pertinere.

Sed contra est q. eiusdem potentie est creaturas immutare. et conservare. hoc autem est solius dei. hebr. 1. portans omnia etc. Dicendum. q. anima Christi secundum propriam naturam et virtutem. ~~[illegible]~~ potentiam habuit ad illos effectus faciendos qui sunt anime convenientes. et ad illuminandum per gratie et scientie plenitudinem omnes creaturas rationales. secundum autem q. est instrumentum verbi sic habuit instrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculosas ordinabiles ad incarnationis finem. immutatio-

UVA.BHSC

tationes uero creaturarum prout sunt uer
tibiles in nihilum. correspondent creatio
ni ex nihilo. et ideo sicut solus deus po
test creare. sic solus potest creaturas in
nihilum redigere, et conseruare. unde
relinquitur quod anima Christi non habet om
nipotentiam respectu immutationis crea
turarum) Ad. 1. Rr quod data est illi omnis
potestas ut dictum est ratione unionis. e
iusmodi autem potestas quae ante resurrec
tionem innotuit angelis. post resurrectio
nem innotuit omnibus hominibus ut Re
migius dicit. et sic tunc dicitur ei specialiter
data cum omnibus innotuit) Ad. 2 quod
quaecunque mutationes quae possunt fieri
per creaturas possunt fieri per animam
Christi, secundum quod est instrumentum Ver
bi. non autem secundum propriam virtu
tem iuxta ea quae dicta sunt) Ad. 3. quod uirtus
miraculorum sanctis ~~hominibus~~ communicatur
a deo. quam Christus excellentissime habuit
et eius animae data est ut non solum ipse mi
racula faceret. sed etiam in alios transfunde
ret. ut habet matth. 10.

cum Hieronimo

dicunt enim res fieri cum innotescunt

non est naturalis hominibus sed

Ar. 3. Vm anima Christi habue
rit omnipotentiam respectu pro-
prij corporis.

Et uidetur quod sic quia Damascenus. 3. lib. di
cit quod omnia naturalia ut sitire. esuri
re etc. fuerunt Christo uoluntaria) 2 quia
in corpore Adae in statu innocentiae nihil
ex subiectione ad animam poterat acci
dere

UVA.BHSC

1. de re contra eius voluntatem / 3. q. ad imaginationem animę corpus immutat. et tanto fortius quanto perfectior est vis animę. quę in Christo fuit perfectissima. ergo

Sed contra dicit hebr. 2. q. debuit pero omnia fratribus assimilari. et precipue in his, quę pertinent ad conditionem naturę humanę ~~[illegible]~~. in qua nutritio. v. g. et fames est imperio voluntatis non subdunt

^ valetudo corporis

Dicendum q. anima secundum propriam virtutem non poterat immutare corpus a naturali dispositione. bene tamen ut instrumentum verbi. eiusmodi tamen actiones tribuerent principali agenti. Ad. 1. Dr q. illud dictum intelligit de voluntate divina ut constat ex capite precedenti ex dictis eiusdem sancti) Ad 2 q. ex vi originalis anima hominis non haberet virtutem transmutandi corpus in quamcunque formam. licet posset conservare ipsum absque omni nocumento et hanc etiam virtutem assumere potuisset Christus si voluisset. Sed voluit de statu culpę assumere necessitatem subiaciendi necessitatibus huius vitę. sicut accepit de statu innocentię immunitatem a peccato. et de statu glorię comprehensionem / Ad. 3. q. ad imaginationem fortem sequitur obedientia corporis quantum ad aliqua. v. g. motum localem et casum de trabe in alto posita. et ad alterationem frigoris aut

^ iustitia

^ 3. de anima /

UVA.BHSC

aut caloris et alias dispositiones quę habent ordinem naturalem ad imaginationem. sed non quantum ad figurā et similia ~

Ar. 4 Vm̄ anima Christi habuerit omnipotentiam respectu executionis suę voluntatis?

Et videt q non qr Marci 7. dicit q ingressus domum neminem voluit scire et non potuit latere / 2. qr quędam pręcepit (ut cęcis sanatis ut tacerent) quę non sunt executioni mandata / 3. qr petijt a patre orando quod ipse fieri volebat Lucę. 6. non petit autem quis ab alio quod ipse facere potest.

Sed contra est August. lib. de qq. veteris et novi testamenti ~

Dicendum q quidquid anima Christi voluit quasi a se implendum potuit, nō tamen quod voluit ut implendum virtute divina. sicut resuscitationem corporis proprij et alia miraculosa opera quę non poterat nisi ut instrumentū divinitatis. Ad 1. Rr. cum Augustino lib. citato q quod factum est hoc dicendus est Christus. vel dicendum q hęc voluntas Christi fuit de eo quod faciendum erat per alios. quod non subiacebat humanę voluntati ipsius ut habet in epistola Agathonis Papę. quę in sexta synodo recepta est / Ad. 2. q cum Gregorio. 19 moral

voluisse

q

UVA.BHSC

q in illo dabat dominus exemplum iustis occultandi proprias uirtutes. et ut ad exemplum aliorum prodant in uiti. uolebat ergo absolute (presertim secundum diuinam uoluntatem ut ob aliorum utilitatem publicaret miraculum factum / Ad 3. q orabat pro implendis a se et a uoluntate diuina qr uirtus et operatio animę christi dependebat a deo. qui operat in nobis uelle et perficere Philipp. 2. Ioan. 8.

Quæstio. 14 de defectibus quos Christus in Humana natura assumpsit quantum ad corpus in quattuor ar. diuisa

Ar. 1 Vm filius dei in humana natura assumere debuerit corporis defectus.

corpus

Et uidet q nō qr sicut et anima unitū est Verbo. ac per consequens sicut et ipsa omnimode perfectum esse debuit / 2° qr ex beatitudine animę redundaret in corpus incorruptionis affluentia sicut et in alijs beatis redundat ut docet Augustinus ad Dioscorum / 3. qr in eo non fuit culpa. ergo neq ullus defectus poenę / 4 qr per eius modi defectus effectus incarnationis et cognitionis christi uidebat impediri, dum homines illi minus credebant. Isai. 5. 3. et absconditus uultus eius / Secundo qr desiderium patrum de

1. Petri. 2

for

UVA.BHSC

fortitudine Christi non impleret. et tertio
qr per fortitudinem facilius diabolus
vinceret, et infirmitas hominis sana
ret. Sed contra est hebr. 2. in eo q pas
sus est et tentatus potens est etc.
Dicendum q decuit Christum defectibus
corporis subiacere ut morti siti et fami
qui ex peccato consequuntur. Primo ob
finem incarnationis ut cum eis pro
homine defectuoso satisfaceret. Secun
do ob fidem incarnationis ut probare
t verus homo sic ut Thomas tangens ex
pertus est. et Tertio ob patientiam exem
plum nobis exhibendum passiones et
defectus humanos fortiter tolerando
ut habet hebr. 12
Ad. 1. Rr q anima Christi fuit perfecta q
uantum ad principium et radicem ha
bituum quibus procedit satisfactio. et cor
pus aptum passionibus quae sunt mate
ria satisfactionis / Ad. 2. q illa redundā
tia gloriae subiacebat divinae voluntati
Christi a qua detinebat ut corpus passi
bile remaneret ut dicit damascenus / Ad
3 q poena sequitur culpam actualem vel
originalem, quandoquidem eius qui
punit, quandoq autem alterius pro
quo ille qui poenas patit satisfacit / Isa
5. / Ad. 4 ex dictis patet / nec antiqui ni
si spiritualem virtutem in Christo expec
tabant.

Ar. 2. Vm Christus necessi
tatem subiacendi his defectibus
assumpserit et

Roman. 5.
Isai. 53
Philipp. 2
Joannis. 20

et q per eius in
firmitates habe
mus accessum
ad Deum Rom. 5.

et videt q non gr isai. 53. dicit obla
tus qr ipse voluit / 2. qr damascenus dicit
in 3. lib. q nihil coactum in Christo
considerat. sed omnia voluntaria)
3. qr necessitas infert ab aliquo po
tentiori, at nulla creatura est poten
tior q̃ anima Christi.
Sed contra habet Rom. 8. q missus est
in similitudinem carnis peccati.
Dicendum q necessitate naturali
quę sequitur materiam sive corpus (si
cut et ratione formę naturale est igni
cale facere) subijt Christus necessita
tem prędictorum defectuum. necessitate
vero coactionis quę contrariat et na
turę et voluntati. secundum q contra
riat naturę corporali sic iterum corpus
Christi necessitati subiacuit et clavis per
forantis. et flagelli percutientis. secun
dum vero q necessitas talis repugnat
voluntati manifestum est q non fuit
in Christo necessitas horum defectuum
neq per respectum ad divinam volun
tatem neq per respectum ad volunta
tem humanam Christi absolute, prout
sequitur rationem deliberantem, sed so
lum secundum naturalem modum vo
luntatis. prout scilicet naturaliter re
fugit mortem. et etiam corporis nocum
ta
Ad. 1. et 2. patet ex dictis / Ad. 3. q licet
anima Christi fuerit potentis absolute
ta

UVA BHSC

tamen quantum ad hunc effectum potest aliquid esse potentius sicut clauus ad perforandum. et hoc prout anima Christi considerat secundum propriam naturam et uirtutem.

Ar. 3 Vm Christus defectus corporales contraxerit?

Et uidet q. sic. qr cum carne trahunt, 2. qr ex principijs naturę humanę causant ergo eas contraxit, 3. qr secundum hos defectus alijs hominibus assimilat hebr. 2. at alij eos contrahunt) Sed contra est q. contrahunt ex peccato ut habet Rom. 5.

Dicendum q. contrahere est cum alio, (scilicet causa sua trahere) huiusmodi autem defectus causant a culpa et sic non contrahunt a Christo, sed uoluntarie assumpti sunt ut docet Augustinus exponens illud Ioannis. 3. qui de sursum uenit (id est de altitudine naturę humanę) super omnes est.

Ad 1. Rr q. Christus naturam et carnē assumpsit sine peccato / Ad. 2. q. causa remota mortis et aliorum corporalium defectuū ~~remota~~ sunt ipsa principia naturę quę impediebant a iustitia originali. proxima uero fuit peccatum, quo Christus caruit. et sic eos uoluntarie assumpsit / Ad. 3 q. Christus in eiusmodi defectibus assimilatus est alijs hominibus quantum ad effectum

nō

UVA.BHSC

non quantum ad causam et sic non contraxit eos, sicut alij ~

Ar. 4 Vm Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit?

Et uidet q sic. qr ut damascenus dicit quod est inassumptibile est incurabile. at uenit omnes nostros defectus curare. ergo omnes assumpsit / 2. qr ex parte animę ad satisfaciendum assumpsit omnē gratię plenitudinem. ergo et ex parte corporis omnes defectus / 3. qr maximum defectuum assumpsit. scilicet mortem. ergo et omnes alios

Sed contraria non possunt simul fieri in eodem. at quędam infirmitates sunt sibi ipsis contrarię. ut pote ex contrarijs principijs causatę.

^ contra. qr

Dicendum q christus illos omnes defectus assumpsit qui cōmuniter sequuntur ex peccato Adæ nisi perfectioni scientię et gratię ipsius repugnent. quales sunt ignorantia. pronitas ad malum. et difficultas ad operandum bonum. defectus uero quosdam qui ex causis particularibus ~~[illegible]~~ quibusdam accidunt uel ex culpa (inordinato v.g. uictu) aut ex defectu uirtutis formatiuę ut lepra et morbus caducus minime christus assumpsit.

(quos naturales et indetractibiles uocat damascenus)

^ non consequuntur totam humanam naturam ob peccatum primi parentis sed

Ad. 1. Rr q cum christus passibilitatem et corruptibilitatem corporis ~~att~~ curauerit (a qua superadditis particularibus causis om-

UVA.BHSC

omnes alij defectus manant) omnes ex consequenti curauit / Ad 2. q. gratia et scientia debebat Christo. sed defectus dispensatiue assumpsit eos nimirum qui sufficiebant ad satisfaciendum pro peccato totius humanæ naturæ / Ad 3. q. mors in omnes homines peruenit ex peccato primi hominis. non autem quidam alij defectus, licet sint mortem minores. unde non est similis ratio.

Quæstio. 15. De Defectibus quos Christus in humana Natura assumpsit quantum ad animam in decem Articulos diuisa.

Ar. 1. Vm in Christo fuerit peccatum? et uidet q. sic q. ex persona Christi dicuntur illa verba (longe a salute mea verba delictorum meorum) in Cruce prolata / 2. q. Roman. 5. dicit q. in Adam omnes peccauerunt. sed in ipso etiam fuit originaliter Christus / 3. q. ut habet hebr. 2. in eo q. Christus tentatus et passus est potens est et his, qui tentantur auxiliari maxime autem indigemus auxilio eius contra peccatum / 4. q. 2. corint. 5. dicit q. eum, qui non nouerat peccatum (scilicet Christum) pro nobis peccatum fecit / 5. q. ut Augustinus dicit in lib. de agone Christi in homine Christo se ad exemplum præbuit filius dei. ergo præbuit exem

psalmi d.d.m. q.m.d.

UVA.BHSC

emplum de poenitentia quae nobis o
mnino necessaria est. Sed hanc habe
re non potuit sine peccato. ergo —
Sed contradicit Joannis 8. quis ex vobis
arguet me de peccato?

Dicendum q. nec originales nec actu
alis peccati Christus defectum assum
psit. ut dicit 1. Petri 2. qr neqz ad satis
factionem pro hominibus neqz ad ostendē
dam veritatem humanae naturae (con
tra quam est peccatum) neqz ad praebē
dum nobis bonorum operum exempl
um conducebat. immo dedecebat ma
gis / Ad 1. Rr q. illa verba intelligū
t de Christo non in se sed in suis mem
bris iuxta regulam Ticonij / Ad 2 cum
August. 10 super genes. q. Christus fuit
in Adam solum secundum materiam
corpulentam scilicet substantiam, nos
vero sumus etiam in illo secundum se
minalem generationem / Ad 3 q. pec
catum potius satisfactionem pro nobis
impediret / Ad 4 q. Christus est pecca
tum. idest ostia pro peccatis. sic enim ac
cipi consueuit. ut Osee 4. et ad idem
est Isai. 53. vel peccatum pro simili
tudine carnis peccati. Roman. 8. / Ad 5
q. si poenitens pro peccato proprio dat ex
emplum poenitentiae. a fortiori Christus qui
pro peccatis aliorum voluit poenam subire

Ad

^ Sumit

UVA.BHSC

Ar. 2. vm in Christo fuerit fomes Peccati.

Et videtur q. sic qr in eo fuit passibilitas et mortalitas quae ab eodem principio procedunt scilicet ex subtractione originalis iustitiae / 2. qr proprium est carni ut concupiscat delectabilia sibi in quo fomes videtur consistere iuxta glossam Rom. 7 / 3. qr Christus habuit fortissimum et victoriosissimum spiritum et maxime dignum corona iuxta caput Apocal. 6. at ratione fomitis peccati est fortissimum certamen carnis adversus spiritum.

Sed contra. Matth. 1. quod in ea natum est de spiritu sancto est.

Dicendum q. cum in Christo fuerit virtus secundum perfectissimum gradum consequens est q. in eo fomes peccati non fuerit. cum etiam iste defectus non sit ordinabilis ad satisfaciendum. immo potius inclinet ad contrarium satisfactionis / Ad. 1. Rr. q. perfectio virtutis quae est secundum rationem rectam. non excludit passibilitatem corporis quod non resistit rationi. excludit tamen fomitem cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem / Ad. 2 q. caro hominis prout animal rationale concupiscit secundum modum. et ordinem rationis. et maxime in Christo domino vt

di

UVA.BHSC

dicit Damascenus lib. 3. / Ad. 3. q. fortitudo aliqualis spiritus ostendit in resistendo. sed omnimoda in totaliter extinguendo et subiugando carnem ut in Christo: qui tamen a mundo et diabolo impugnationes uincens coronam meruit.

Ar. 3. vm in Christo fuerit ignorantia.

Et uidet q. sic qr. ignorantia conuenit humanæ naturæ, et inde Damascenus in. 3. lib. dicit q. ignorantem et seruilem assumpsit naturam / 2. qr. peccatum non nouit. ergo ignorauit / 3. qr. Isai. 8 dicit ante q3 sciat puer uocare patrem suum et matrem. auferet fortitudo Damasci. Sed contra est q. ipse uenit illuminare, et ignorantias pellere.

de Christo

Dicendum q. sicut præ multitudine gratiæ non fuit fomes. sic præ plenitudine scientiæ procul affuit ignorantia ab eo. Ad. 1. Rr. q. procedit de natura humana secundum suam speciem. non ut unita est verbo / Ad. 2. q. peccatum non sciuit per experientiam. sed per simplicem notitiam / Ad. 3. q. procedit de scientia humana patris putatiui Joseph scilicet, et Mariæ matris. prophetia uero impleta est ut ait Augustinus in serm. de epyphania in adoratione magorum. uel Rr. ~~[illegible]~~ ante q3 sciat. idest ostendat se scire

in Christo

ut ex verbis eiusdem sancti sequentibus constat.

sine cognitione

ut exponit ibi glossa Hieronimi

etiam spiritualiter.

Ar

UVA.BHSC

Ar. 4 Vm̃ anima Christi fuerit passibilis?

Et videtur q. non qr nihil potentius aut prestantius ea fuit / 2. qr passiones sunt animę ęgritudines. ut dicit Tullius. in lib. de tuscul. quęstionibus. ergo anima Christi non fuit passibilis / 3. qr passiones animę videntur esse idem cum fomite. ut innuit. Rom. 7. ubi dicuntur passiones peccatorum)

Sed contra est illud psalmi ex persona Christi repleta est malis. (idest doloribus) animam meam.

Dicendum q. anima christi passione corporali compatiebatur corpori qr ipsi erat formaliter unita. patiebatur etiam passione animali ~~proprie~~ sumpta non solum pro intelligere et uelle. sed proprie ut dicitur de passione appetitus sensitiui differenter tamen ac nos ut docet Augustinus. 14 de ciuit. tripliciter. Primo ex parte principij qr passio in eo non preueniebat usum rationis: Secundo ex parte obiecti qr non erat circa illicita. et Tertio ex parte effectus qr non trahebant passiones in eo secum rationem. et sic ut docet Hieronimus in Matthaeum pro passiones uocabant qr erant in eo uoluntarię tam corporales qz animales. et ex hoc R.r ad. 1. Ad. 2. q. Tullius loquitur de passionibus iuxta opinionem stoicorum qui uocabant passiones motus solum inordinatos / Ad. 3. q. passiones peccatorum sunt motus appetitus sensiti.

UVA.BHSC

tiuj in illicita tendentes quę longe sūt a Christo sicut et fomes peccati.

Ar. 5. Vm in Christo fuerit dolor sensibilis

Et uidet q. non. qr Hilarius in. 10. detrinit ait q. Christo uulnus nodus et suspensio afferebant quidem impetum passionis sed dolorem non inferebant / 2°. qr necessitas patiendi dolorem est carnis in peccato conceptae / 3. qr animę christi sume delectabat ex uisione et contemplatione dei quę omnem absorbet dolorem.

Sed contra Isai. 53. uere dolores nostros ipse tulit. Dicendum q. in Christo fuit lęssio corporis. et sensus lęssionis (qr habuit uerum corpus et animam cum potentijs naturalibus) ac proinde nulli dubium esse debet q. in eo fuerit uerus dolor.

Ad. 1. Rr q. Hilarius ut ex verbis ipsius constat non uerum dolorem excludit a Christo. sed necessitatem patiendi quantū ad causam primam scilicet peccatum. accepit enim uoluntarie eiusmodi necessitatem. quantum autem ad causam propinquam horum defectuum, quę est compositio contrariorum. subiacuit Christus necessitati patiendi eos ut dictum est. / Ad 2. q. in Christo solum fuit necessitas patiēdi ex principijs naturalibus. non ex necessitate reatus peccati / Ad 3. q. dispensatiue uirtute diuinitatis beatitudo et delectatio

con-

UVA.BHSC

contemplationis detinebat in anima ut corpus passibile remaneret.

Ar. 6. Vm in Christo fuerit Tristitia.

Et videt q non qr Isai. 42 dicit de eo q non erit tristis, neq turbulentus / 2. qr. pro. 12. dicit q non contristabit iustum quidquid ei acciderit. quod stoici de amissione suorum bonorum sic licet que ad virtutem pertinent intelligebant / 3. qr in. 7. ethic. dicit q omnis tristitia est malum. et fugiendum / 4. qr. sicut August. ait. 14 de ciuit. tristitia est de his que nobis nolentibus accidunt. Christus autem etiam oblatus est qr ipse voluit Isai. 53 / Sed contra est quod dominus dicit Matth. 26. tristis est anima mea usq ad m. et Ambrosius in. 3. de trinit.

Dicendum q cum delectatio diuine contemplationis in anima Christi ad vires sensitiuas non defluxerit, sicut in eo fuit dolor, cuius obiectum est lesio sensu tactus percepta. sic et in eo fuit vera tristitia cuius obiectum et motiuum est nociuum, seu malum interius apprehensum, siue per rationem, siue per imaginationem. aliter tamen q in nobis secundum illa tria, que supra assignata sunt cum communiter de passionibus anime Christi loqueremur /

Ad /

UVA.BHSC

Ad. 1. Rr q. tristitia in Christo non est passio. sed propassio. vnde et cepit contristari, aliud enim ut dicit Hieronimus est contristari. aliud incipere contristari / Ad. 2. cum August. 14 de ciuit. q. in iusto reperit tristitia non solum de malo inhonesto (ut putabant stoici) sed etiam de secundarijs quibusdam malis quæ scilicet pertinent ad ipsum hominis corpus. uel ad exteriores res corpori deseruientes, quantum ad appetitum sensitiuum, non tamen itaq. ista tristitia perturbet rationem. quod præcipue locum habet in Christo. et sic intelligit locus in argumento adductus / Ad 3. cum Augustino. 14 de ciuit. q. tristitia ratione regulata non est morbida nec reprehensibilis aut fugienda / Ad 4 q. bene potest aliquid esse inuoluntarium in se ipso. et uolitum in ordine ad finem ut potio amara ad sanitatem. et passio Christi ad nostram redemptionem.

Ar. 7. Vm in Christo fuerit timor? et uidet q. non qr prox. 28. dicit de iusto q. quasi leo confidens absq. terrore erit / 2. qr. Hilarius. 10. de trinit. timorem in eo uidet non admittere. qui omnem mortis timorem ab Apostolis suis expulit / 3. qr timor non potest esse nisi de malo quod uitari non potest at Christus omne malum

po.

UVA.BHSC

potuit vitare. ergo / Sed contra dicitur
Marci. 14 cepit Iesus pauere et tede
re. ~~Sed contra Marci. 14. cepit Iesus pa
uere et tedere~~ ~//~ //~ //~ //~ //~
Dicendum q tristitia causat ex lessione
apprehensa ut presenti aut iam imminē
ti, timor uero ex lessione apprehensa ut
futura cum incertitudine euentus. et
fuit in Christo ex apprehensione future les
sionis. non tamen quantum ad incertitu
dinem. ut dicit Damascenus lib. 3. ~//~
Ad. 1. Rr q procedit de timore perturbante
iuditium rationis / Ad. 2. q Hilarius ex
cludit timorem quantum ad necessitatē
timendi, non quantum ad probandam ue
ritatem humane nature / Ad. 3. q illa
mala in Christo erant inevitabilia. uel
non de facili vitabilia secundum infir
mitatem carnis.

Ar. 8. Vm in Christo fuerit admira
tio. Et uidet q non qr admiratio pro
cedit ex ignorantia cause alicuius effectus
ut dicit. in. 1. meta / 2. qr ~~timor~~ procedit admiratio
ut dicit Damasc. in. 2. lib ex magna ima
ginatione. et ideo dicit Philosophus. in. 4
ethic. q magnanimus non est admirati
uus. at Christus fuit maxime magnani
mus / 3. qr nullus admirat de eo quod
facere potest. Christus autem omne magnū
poterat / Sed contra. Matth. 8 audiens Iesus
verbum Centurionis miratus est. ~//~
Dicendum q admiratio est de aliquo nouo et
in

UVA.BHSC

insolito. et licet nihil tale potuerit acci
dere Christo secundum scientiam diuinam
beatam, aut inditam, bene tamen secun
dum scientiam experimentalem. et sic
fuit in eo admiratio. non quasi pertur
bati animi signum ut dicit Augustinus
1. super genessim. sed quasi docentis nos
admirari magisterium. / Ad. 1. Rr ex du
tis de scientia experimentali / Ad. 2. q
Christus mirabat de fide centurionis non
qr esset magna quantum ad ipsum, sed
quantum ad alios / Ad. 3. q poterat face
re omnia quantum ad naturam diuinam

Ar. 9. Vm in Christo fuerit ira?

Et uidet q non. qr Iacobi. 1. dicit. ira vsi
iustitiam dei non operat. / 2. qr ira ma
suetudini opponit. at Christus fuit ma
xime mansuetus / 3. qr Gregorius. dicit.
in. 5. moralium. q ira siue per vitium
siue per zelum oculum mentis turbat)
Sed contra est q Ioannis. 2. dicit de eo es
se impletum. quod in psalmo legit zelus
domus tuę comedit me.

ex. 4 et hic

Dicendum ut supra q ira ex tristitia et
appetitu uindictę nascit. in Christo autem
tristitia fuit. et appetitus uindictę non
per vitium. sed per zelum laudabiliter
secundum ordinem iustitię. ac proinde
sic etiam ira in ipso reperta est.

(iuxta ab Augustino ponderata super Ioannem)

Ad. 1. Rr ex gregorio in. 5. moral. q auctoritas
procedit cum ira precedit et secum
trahit iuditium rationis, sed non cum sequi
tur

UVA.BHSC

tur illud / Ad. 2. q non procedit de ira moderata ratione / Ad. 3. q in Christo per moderationem diuinę uirtutis uni cuiq potentię permittebat agere, quod erat ei proprium. non sicut in nobis in quibus potentię animę mutuo se impediunt. itaq cum unius potentię operatio fuerit intensa, alterius operatio debilitet et sic in nobis procedit vis argumenti

Ar. 10. Vm Christus simul fuerit viator et comprehensor

Et uidet q non qr non potest eidem conuenire q simul tendat ad finem, et quiescat in eo / 2. qr beatitudo proprie ad animam pertinet ut Augustinus dicit ad Dioscorum. ergo quantumuis corpus habuerit passibile, fuit mere et pure Beatus / 3. qr modo sancti quorum animę deo fruunt dicunt simpliciter et pure beati, licet eorum corpora iaceant corruptioni subiecta in sepulchris /

Sed contra dicit de eo Hierem 14. qr colonus futurus est in terra. et quasi uiator declinans ad manendum

Dicendum q viator dicit quis ex eo q ad beatitudinem tendit. beatus uero fruitur comprehensor qr iam beatitudinem obtinet. 1. corint. 9. et Philipp. 3. Christus autem ante passionem secundum mentem plene uidebat deum. sed quantum ad alia de erat ei beatitudo. qr et anima eius erat passibilis et corpus passibile et mortale et

Hominis beatitudo perfecta consistit in anima. et corpore. et

ideo

UVA.BHSC

ideo simul erat comprehensor et uiator
Ad. 1. Rr q. procedit secundum idem nō
ratione diuersorum. sic enim dicit quis sciens
respectu eorum, quæ nouit. et non sciens
respectu eorum, quæ non nouit) Ad. 3. q.
animæ sanctorum non sunt passibiles. et eo
rum corpora per passiones non tendunt in
beatitudinem sicut Christus quantum
ad gloriam corporis.

^ Ad. 2. q. beatitudo principaliter consistit in anima et secundum mentē secundario autem et quasi instrumē taliter ad beatitudinem requirunt corporis bona. sicut etiam Philosophus dicit in. 1 ethico.

Quæstio. 16. De His quæ consequunt unionem, quantum ad ea quæ conueniunt Christo secundū esse et fieri. in. 12. art. diuisa.

Ar. 1. Vm hæc sit uera deus est homo!
Et uidet q. non qr est affirmatiua in materia remota / 2. qr in trinitate una persona diuina non prædicat de alia licet magis conueniat cum illa. qz deus cum homine / 3. qr Athanasius dicit q. sicut corpus et anima unus est homo ita deus et homo unus est Christus. sed hæc est falsa anima est corpus. ergo et hæc deus est homo / 4 qr ly homo non est relatiuum sed absolutum. at absoluta quæ prædicant de deo prædicant de tota trinitate. ergo et de patre et spu sancto prædicabit homo.
Sed contra est Philipp. 2. qui cum in forma dei esset. etc.
Dicendum q. ab omnibus christianis prædicta propositio concedit. quidam tamē ut

UVA.BHSC

ut Manichei negant ueritatem na-
turę humanę. Plotinus ueritatem
diuinę. Nestorius ueram unionem
hypostaticam utriusq; naturę. solum
habitationis coniunctionem admit-
tit hominis in deo. et ad hunc etiam
modum errant ponentes in Christo
duas hypostasses. Concedenda tamē
eiusmodi propositio a fidelibus est. ob
ueritatem naturarum et prędicationis
et terminorum proprietatem. Est
enim natura humana hypostatice et
in unitate personę nomina uero cō-
creta prędicant de suppositis naturę
per nomen importatę.

diuinę unita

Ad. 1 Rr q. non procedit quando formę
conueniunt in eodem supposito. qr tunc
propositiones non sunt in materia re-
mota. sed in naturali. aut contingenti
est autem prędicta propositio in materia
naturali. non ratione naturę sed sup-
positi importati in ly Deus / Ad. 2. q.
tres personę distinguunt supposito) Ad.
3. q. anima et caro sunt in abstracto et
sic ad inuicem non prędicant (sicut ne-
q; natura humana de diuina) sed bene
in concreto scilicet animatum et car-
neum / Ad. 4. q. hoc nomen homo prę-
dicat de deo ratione unionis in perso-
na. quę quidem unio relationem impor-
tat, et ideo non sequitur regulam eorum
nominum. quę absolute prędicant de
deo ab ęterno. /

Ar. 2.

UVA.BHSC

Ar. 2 Vm hęc sit uera homo est,

Et uidet q non qr nomen deus est (deus incommunicabile sapientię. 13 / 2. qr quidquid prędicat de prędicato prędicat de subiecto. Sed pater prędicat de deo ergo similiter hęc esset uera homo est pater. aut trinitas / 3. qr in psalmo dicit non erit in te deus recens sed homo est quiddam recens)

Sed contra dicit Rom. 9. secundum carnem deus benedictus in sęcula.

Dicendum supposita ueritate utriusq naturę et hypostatica unione. Sicut hęc est uera deus est homo. ita e conuerso et ista homo est deus.

Ad. 1. Rr q gentiles et idolatrę attribuebant nomen deitatis lapidibus et lignis secundum q in sua natura considerant. nos uero homini secundum suppositum ęternum quod est etiam per unionem suppositum humanę naturę / Ad. 2. q hoc nomen pater prędicat de hoc nomine Deus secundum q hoc nomen deus supponit pro persona patris sic autem non prędicat de persona filij / Ad. 3. q suppositum non est recens sed increatum.

Ar. 3. Vm Christus possit dici homo Dominicus.

Et uidet q sic qr eo nomine uocat eum Augustinus lib. 83. qq / 2. qr sicut dominium competit Christo ratione diuinę naturę. ita et humanitas pertinet ad humanam naturam. ergo quemadmodum

teste

lib. 3. teste Damasceno. dicit deus humanatus poterit dici homo dominicus / 3. quia sicut dominicus denominative dicitur a domino ita diuinus a deo. sed Dionisius uocat Christum diuinissimum Iesum / ergo / sed contra est Augustinus. lib. retract. Dicendum quod sicut supra dictum est cum dicitur homo Christus Iesus designatur suppositum eternum, ac proinde non dominicus denominative, sed dominus appellandus est. quia derogaret ueritati unionis. et humana natura non dicitur dea per essentiam, sed deificata ut patet per Damascenum in 3. libro.

Ad. 1. Rr quod Augustinus retractauit illud / Ad. 2. quod suppositum eternum assumpsit humanam naturam, non autem suppositum humanum diuinam. ac proinde dicitur humanatum. sed non poterit dici homo deificatus uel dominicus / Ad. 3. quod ly diuinum predicatur de eo de quo predicatur ly deus sicut diuina essentia est deus et diuina ob diuersum modum significandi, immo et personam diuinam, sicut et personam Platonis. sed dominicus non predicatur de his de quibus dominus. sed illud quod qualitercunque est domini dominicum dicitur sicut dominica uoluntas, manus, aut passio. aut caro.

dicimus

Ar. 4. Vm ea que conueniunt filio hominis possint predicari de filio dei, et econuerso?

Et uidetur quod non quia que sunt humane nature con-

UVA.BHSC

contrariant his quę sunt propria dei. ut esse creatam. mutabilem. et temporalē / 2. q̄ derogat deo et blasphemum uide t defectus humanę naturę de eo prędicare / 3. q̄ assumi conuenit humanę naturę. et nullo modo deo /

Sed contra est Damascenus. lib. 3. dicens q̄ deus suscepit ea quę sunt carnis idiomata. id est proprietates. —//—

Dicendum cum Cyrillo contra Nestorianos q̄ non solum ea quę competunt Christo ratione utriusq̄ naturę simul. possunt dici indifferenter de filio dei et de filio hominis (concedebant enim Christum natum fuisse de Virgine et fuisse ab ęterno non tamen dicebant uel deum natum de Virgine uel hominem ab ęterno fuisse) sed et ea quę dicunt de Christo siue secū ~~sed~~ diuinam naturam, siue secundum humanam dici posse tam de deo q̄ de homine. et ratio huius est q̄ una et eadem est hypostasis utriusq̄ naturę utraq̄ cum suis proprietatibus distincta et inconfusa manente. quod confirmat Augustinus. in. 1. de trinitate —

Ad 1. Rr q̄ diuersa prędicari de eodem secundum diuersa ~~subiect~~ nihil prohibet /

Ad. 2. q̄ ea quę ad defectum pertinent nō attribuunt deo secundum diuinam naturam. ut in quodam sermone ephessini concilij edocemur / Ad. 3. q̄ assumi cōuenit naturę humanę non ratione suppositi. sed ratione sui ipsius. et sic non cōuenit deo — , — , —

et cal. Lucis

uel diuersas naturas

Ar

UVA.BHSC

60 bis

Ar. 5. Vm̃ ea quę conueniunt filio hominis possint prędicari de diuina natura, et de humana ea quę conueniunt filio dei.

Et uidet q. sic. q. ea quę sunt humanę naturę prędicant de filio dei et de deo at deus est sua natura / 2. q. caro secundum damascenum lib. 3. Athanasium et Cyrillum. dicimus naturam verbi incarnatam esse. ergo et e conuerso etc. 3. q. quę sunt diuinę naturę (sicut cognoscere futura et habere salutiferam virtutem) ergo et quę sunt humanę possunt dici de diuina.

pertinet ad naturam humanam et

conueniunt humanę naturę

Sed contra est Damascenus libro tertio non enim dicimus deitatem passibilem uel creabilem. deitas autem diuina natura est.

Dicendum q. ea quę sunt propria unius non possunt uere de alio prędicari. nisi de eo, quod est idem illi. in misterio autem incarnationis non est eadem natura diuina et humana. sed eadem est hypostasis utriusq. naturę. et ideo ea quę sunt unius naturę non possunt de alia prędicari secundum q. in abstracto significat secus si in concreto. siue nomen significet utramq. naturam. ut ly Christus. siue solum diuinam. ut ly deus: siue solum humanam ut ly homo. uel Iesus. ut docet leo papa in epistola ad Palestinos. 1. Ad. 1. Rr q. in diuinis est idem realiter persona cum natura et ratione huius identitatis

UVA.BHSC

tis natura diuina prędicat de filio dej non tamen est idem modus significandi. et ideo quędam dicunt de filio dej quę non de diuina natura) Ad. 2 q. incarnatio magis importat unionem ad carnem, q̃z carnis proprietatem et sic etiam humana natura dicit deificata) Ad. 3. q. ea quę sunt diuinę naturæ dicunt de humana. non secundum q. essentialiter competunt diuinę naturę sed secundum participatiue deriuant ad humanam. vnde ea quę participari nõ possunt ab ea sicut esse increatum aut omnipotentem nullo modo de ea dicunt. diuina autem natura nihil participatiue recipit ab humana. et ideo ea quę sunt humanę nullo modo possunt dici de diuina. " = " = " = "

Ar. 6 Vm̃ Hęc sit uera filius dej factus est homo?

Videt q. non q. fieri hominem est fieri simpliciter) 2. q. est mutari. contra dictum malach. 3. ego deus et non mutor) 3. q. hęc est falsa deus factus est persona filij dej. at homo eam personam supponit) sed contra Joannis. 1. verbum caro factum est. idest homo ut dicit Athanasius in epist. ad epytectum —

Dicendum q. dicta propositio est uerâ nõ q. deo conueniat esse hominem ab ęterno sed ex tempore per assumptionem humanę naturę) Ad. 1. Rr q. fieri simplici

q̂ unum quod q̃z dicit esse factum illud. quod de nouo incipit prędicari de ipso

hominem est.

UVA.BHSC

pliciter in omnibus his in quibus humana natura incipit esse in supposito de novo creato / Ad. 2. quod in relativis bene potest aliquid de novo predicari de alio sine sui mutatione. facta mutatione in altero. sicut homo fit dexter ex mutatione columnae. esse autem hominem convenit deo ratione unionis quae est relatio quaedam / Ad. 3. quod homo supponit personam filij dei non nudam. sed prout subsistit in humana natura. et ideo quamvis haec sit falsa deus factus est persona filij dei. haec tamen est vera deus factus est homo ex eo quod est unius humanae naturae.

Ar. 7. Vm haec sit vera homo factus est Deus?

Et videtur quod sic quia Rom. 1. dicit, factus est ei ex semine David secundum carnem / 2. quia August. in. 1. de trinit. dicit quod illa susceptio et deum hominem fecit. et hominem deum / 3. quia gregorius Nazianzenus in epistola ad Nidonium ait. quod deus humanatus est. Homo autem deificatus humanatus autem dicit quia factus homo ergo e converso homo deificatus quia factus deus. 4 quia cum dicit deus factus homo subiectum factionis vel mutationis est ipsa humana natura. ergo multo magis cum dicit homo factus est deus —

de filio suo qui

Sed contra damascenus in. 3. lib. non hominem deificatum dicimus. sed deum humana

tum

UVA.BHSC

tum) Dicendum q̄ prędicta proposi
tio tripliciter potest intelligi . primo sic
q̄ ly factus, determinet uel subiectum
uel prędicatum et in hoc sensu est falsa
et similiter est falsa hęc . deus factus est
homo . Secundo taliter q̄ ly factus de
terminet compositionem . et in hoc sen
su utraq̄ est uera . Tertio modo et pro
prie et ad propositum intelligitur secū
dum q̄ participium factus, ponit fieri
in homine in respectu ad deum sicut
ad terminum factionis . et in hoc sen
su (supposita unitate personę et hypos
tasis in Christo) dicta propositio est falsa
et hęc similiter hic homo incepit esse
deus . uel fit deus . " "
Ad . 1 . Rr q̄ ly . Qui non debet sumi ex
parte prędicati ut obiectio intendit . sed
ex parte subiecti ut glossa exponit / Ad
2 . q̄ illud verbum Augustini intelligē
dum est iuxta secundum sensum as
signatum . in quo ambę locutiones sunt
uerę . et similiter Rr ad 3 . nam de ifica
ri idem est . q̄ fieri deum . / Ad . 4 q̄ cum
dicit deus factus est homo factio termi
nat ad humanam naturam . cum ue
ro dicit homo factus est deus terminat
factio ad ipsum suppositum . terminus
enim ex parte subiecti tenet materia
liter id est pro supposito . positus uero in
prędicato tenetur formaliter . id est pro
natura significata .

Ar . 8 . Vm hęc sit uera Christus
est creatura ? et

UVA.BHSC

Fuidet q sic. qr leo dicit q deus fit creatura / 2. qr proprietates utriusq naturę prędicantur de supposito eis cōmuni. at proprietas humanę naturę est q sit creatura / 3. qr Christus ratione corporis quod de virgine traxit simpliciter dicit natus de virgine, ergo ratione animę principalioris partis a deo creatę potest dici creatura.

Sed contra est Ambrosius. lib. de trinit Dicendum cum Hieronimo q ex verbis inordinate prolatis incurrit hęresis ac proinde cum potest generari suspicio conveniendi cum hęretici caute loquendum est. qr ergo Arriani et secundum ~~[illegible]~~ humanā naturam et divinam personam Christum ~~et~~ Minorem patrem mentiti sunt ideo neganda est prędicta propositio, illę tamen admittendę simpliciter in quibus constat prędicata conveniri ratione humanę naturę. ut q christus fuerit passus. sicut et in humanis et corporalibus. ę tyops albus secundum dentes. non dicit simpliciter albus. et homo capillos habens crispos simpliciter appellat crispus.

non conveniri personę secundum se ipsam sed —

Ad. 1. q sancti doctores quandoq brevitatis causa determinatione omissa christum vocant creaturam / Ad 2 q quę habent dubitationem non sunt sine addito proferenda ut damascenus ait. 3. lib. ū de qr Manicheus negavit in christo verum corpus. et vere passum fuisse. non est dicendum sine determinatione q sit in /

UVA.BHSC

incorporeus uel impassibilis. sed cum determinatione. scilicet secundū deitatem / Ad. 3. q. de natiuitate ex Virgine nulla potest esse dubitatio.

Ar. 9. Vm hęc sit uera iste homo demonstrato Christo cępit esse?

Et uidet q. sic qr non erat prius q̄ mūdus sicut nec nos. ut dicit August. in Joā 2. qr incępit esse homo. ergo simpliciter 3. qr non semper fuit suppositum humanę naturę / sed contra habet hębr ultimo q. fuit heri, hodie et in sęcula / Dicendum q. prędicta propositio sine addito non est concedenda. qr signat suppositum ęternum. et dato esset uera non tamen esset ea utendum absq̄ determinatione. ad euitandam hęressim Arrij dicentis ipsum incępisse.

Ad 1m. Rr q. auctoritas intelligit cum addito scilicet secundum humanitatem / Ad. 2. q. cum hoc verbo incipit non sequit ab inferiori ad superius. non enim sequit hoc incipit esse album, ergo incipit esse coloratum. esse autem simpliciter est superius ad esse hominem / Ad. 3. q. qr subiectum tenet pro supposito. et prędicatum refert ad naturam ideo hęc est falsa homo Christus esse incępit / sed hęc est uera Christus incępit esse homo.

Ar. 10. Vm hęc sit uera Christus secundum q. homo est creatura?

et

UVA.BHSC

6

Et videt q non. qr nihil in christo incepit esse nisi humana natura. at hec est falsa Christus secundum q homo est humana natura / 2. qr predicatum magis predicat de termino in reduplicatione posito q̃ de subiecto. sed hec non conceditur absolute. homo christus est creatura. ergo neq̃ hec. Christus secundum q homo est creatura.

Sed contra est q hec est falsa Christus secundum q homo est creator

Dicendum q si ly homo resumat in predicta reduplicatione ratione suppositi est falsa propositio. Si autem ratione humane naturę est concedenda. et sic accomodatius accipi debet. qr predicatum habet rationem formę et tenet formaliter. nisi adderet aliquid per quod traheret ad suppositum. puta si diceret Christus secundum q hic homo est creatura.

Ad. 1 Rr. q sufficit habeat humanam naturam. nam et de concreto dicimus. q homo est creatura / Ad. 2. q homo a parte subiecti magis respicit suppositum prout autem ponit in reduplicatione magis respicit naturam / Ad. 3. q procedit de homine qui sit suppositum solius humanę naturę.

Ar. 11. Vm̃ hec sit vera Christus secundum q homo est deus.

Et videt q sic qr Christus est deus per gratiam unionis. sed Christus secundum q homo

UVA.BHSC

mo habet gratiam unionis / 2 qr dimittere peccata est proprium dei ut dicit Isai 43. sed etiam ut homo dimittit peccata matth. 9 / 3. qr est iste homo in quo includit suppositum æternum.
Sed contra est q sic quilibet homo esset deus / Dicendum q si ly homo reduplicet quantum ad naturam propositio est falsa. si quantum ad suppositum concedenda. Sed qr proprius reduplicat naturam. magis est neganda qr concedenda
Ad. 1. Rr. q aliud est moueri ad aliquid quod conuenit ratione materiæ. uel subiecti. et aliud esse illud in actu. qr hoc conuenit ratione formæ. et ideo hæc est uera Christus secundum q homo habet gratiam unionis non tamen ista Christus secundum q homo est deus / Ad. 2. q filius hominis habet potestatem dimittendi peccata virtute diuinæ naturæ. non humanæ nisi instrumentaliter. ut exponit Chrisost. super matth. eum ponderans illud in terra / Ad. 3. q ly iste trahit ly homo ad suppositum. ac proinde ista magis est uera Christus secundum q iste homo est deus.

qr secundum humanam naturam ad unionem ordinat.

Ar. 12. Vm hæc sit uera Christus secundum q homo est hypostasis vel persona?

Et uidet q sic qr omnis homo est persona. et Christus ut dicit Philipp. 2. in similitudinem hominum factus est / 2. qr ut sic est rationalis naturæ indi

ui

UVA.BHSC

uidua substantia) 2. qr ut si est res hu
manę naturę. et hypostasis et suppo
situm eiusdem naturę)
Sed contra est q ut sic non est persona ęter
na ut constat nec temporalis qr hoc mo
do essent duę personę
Dicendum q sr ly homo reduplicet sup
positum concedenda est dicta propositio
Si autem reduplicet naturam taliter q
ipsa sit in supposito adhuc concedenda
est. Si autem sit sensus q naturę humā
nę debeat in Christo propria personalitas
omnino neganda.
Ad. 1. Rr q proprium est homini Christo
q persona subsistens in humana natu
ra eius non sit causata ex principijs hu
manę naturę. et ideo uno modo est per
sona secundum q homo. alio modo non
sicut dictum est / Ad 2. q in definitio
ne personę substantia indiuidua im
portat substantiam completam per se
subsistentem separatim ab alijs / Ad
3. q sicut persona significat quid com
pletum. et per se subsistens in natura
rationali ita hypostasis et res naturę
in genere substantię significant quid
per se subsistens.

Quaestio. 17. de His quę perti
nent ad unitatem in Christo
quantum ad se in. 2 art. diuā.
Ar. 1. vm Christus sit unum
uel Duo?

et

UVA.BHSC

Et videtur q. duo qr August. in. 1. de trin
loquens de forma dei et hominis utrumq
nominat. utrumq vero. duo dicit
2°. qr secundum August. in enchiridio
est aliud et aliud / 3. qr. non est tantum
homo ergo homo, et aliud / 4 qr est ali
quid quod est pater. et aliquid quod non
est pater / 5. qr non obstante pluralita
te personarum ob unitatem naturę pater
et filius sunt unum Joannis. 10. ergo
non obstante unitate personę ob duali
tatem naturarum Christus est duo / 6. qr
ex. 3. physicorum. unum et duo de nomi
natiue dicunt. sed christus habet duali
tatem naturarum. ergo est duo / 7
qr in eo sunt duę formę substantiales
quę non alterum. sed aliud et aliud fa
ciunt / Sed contra est Boetius lib. de dua
bus. dicens q omne quod est in quantum
est unum est. Christum autem esse con
fitemur

Dicendum q de Christo sive filio dei deitas
dicit in concreto et in abstracto ob iden
titatem cum diuino supposito. sed natu
ra humana solum in concreto. et cum
in Christo nec duo hypostases sint cum una
persona ut quidam. neq minus duę
sint personę ut mentiti sunt Nestoriani
sed unum suppositum et una persona
nec duo neutraliter, nec duo masculi
ne sed unus et unum neutraliter di
cendus est / Ad. 1. Rr q ly utrumq su
mit

decepti putauerunt

UVA.BHSC

mit non ex parte predicati. sed ex parte subiecti. pro duabus nominibus significantibus naturam in concreto) Ad. 2. q. idem est ac si dicat habens aliam et aliam naturam ut dicit August contra felicianum. et gregorius nazianzenus in epist. ad elidonium) Ad. 3. q. hec est falsa Christus est tantum homo. non tamen sequitur q. sit aliquid aliud quam homo) Ad 4. q. cum dicit Christus est aliquid quod est pater ly aliquid tenet pro natura diuina. sed cum dicit aliquid quod non est pater ly aliquid sumit pro ipsa natura humana non prout significat in abstracto. sed in concreto non quidem suppositum distinctum. sed indistinctum prout scilicet substat naturae non autem proprietatibus indiuiduantibus Ad. 5. q. in misterio incarnationis non predicant duae naturae in abstracto de Christo. sicut natura diuina de tribus personis) Ad. 6. q. Christus non habet dualitatem suppositorum et sic non potest dici duo) Ad. 7. q. alterum importat diuersitatem accidentis aliud uero diuersitatem substantiae non ut cunque sed suppositi. ex. 5 metaphys.

Ar. 2. Vm in Christo sit tantum unum esse?

Et uidet q. duo. qr damascenus dicit in 3. lib. q. ea quae consequuntur naturas in Christo duplicant) 2 qr esse filij dei est

UVA.BHSC

est ipsa natura diuina. esse autem
hominis est esse temporale) 3. qr in
trinitate propter unitatem naturę
est unum esse. ergo in Christo ob duas
naturas duo) 4 qr in Christo anima
dat ei aliquod esse et non diuinum)
Sed contra est q ens et unum conuer
tunt. ergo si essent in illo duo esse nō
esset unum. " " " "
Dicendum q esse conuenit hypostha
si tanqz habenti illud formę uerotā
qz ei quo aliquid est. quę si aduenerit
accidentaliter supposito potest mul
tiplicari. aliud enim est esse album et
esse dulce ab esse substantiali subiecti.
esse autem corporeum capitatum et
huius modi non sunt plura esse eti
am si de nouo aduenient. sed solum
relatio quędam ad huiusmodi. iam
igit cum humana natura coniunga
t filio dei hypostatice et non accidē
taliter consequens est. q secundum
dum humanam naturam non adue
niat sibi nouum esse personale. sed so
la habitudo esse personalis pręexisten
tis ad naturam humanam
Ad. 1. Rr q esse consequit naturam
non sicut habentem esse. sed sicut qua
aliquid est. et ideo magis retinet unita
tem secundum unitatem hypostasis quę
bet esse. qz dualitatem secundum dua

aut ocula
tum

G

litatem naturę / Ad. 2. q illud esse ęternum sit esse Dominis per assumptionē naturę) Ad. 3. q in diuinis non est aliud esse personę et esse naturę et ideo tres personę non habent nisi unicum esse). Ad. 4. q anima in Christo dat esse corpori in quantum facit ipsum actu animatum in complemento speciei; esse autem est personę subsistentis secundumq habet habitudinem ad naturam ex animā et corpore constantem, cuius habitudinis causa est anima in quantum perfuit humanam naturam informando corpus.

Quæstio. 18. De His quę pertinēt ad vnitatem Christi quantum ad voluntatem in. 6 art. diuā,

Ar. 1. vm in Christo sint duę uolūtates?

Et uidet q non q uoluntas est primum mouens et imperans. hoc autem unum est in Christo diuina voluntas) 2. q humanitas in Christo erat instrumentum. instrumentum autem non mouet propria uoluntate / 3. q in Christo solum uident multiplicari quę sunt naturalia et ex necessitate. non uoluntaria / 4. q dicit Damascenus. lib. 3. q aliqualiter uelle est intelligentię personalis at in Christo est una tantum persona /. " "

Sed

UVA.BHSC

Sed contradicit dominus Lucę. 22. non mea sed tua voluntas fiat quod explicat ad propositum Ambrosius ad Gratianum Imperatorem) et super Lucam.

Dicendum q Apolinaris unam voluntatem posuit in Christo dicens q verbum erat ibi loco animę et intellectus. et eutiches similiter/ et omnes qui posuerunt unam naturam compositam in Christo cogunt ponere unam voluntatem in eo. quin et Nestorius affirmavit unionem dei et hominis esse factam solum secundum affectum et voluntatem. Postmodum vero Macharius Patriarcha Antiochenus cum duabus naturis unam tantum admisserunt voluntatem. et ideo contrarium oportuit definiri in sexta synodo apud Constantinopolim celebrata. fuit enim in Christo perfecta humana natura ac ex consequenti propria voluntate prędita.

Ad. 1. q Christus secundum voluntatem humanam sequebat divinam ut ibi Augustinus dicit contra Maximinum et habet in psalmo. ut facerem voluntatem tuam deus meus volui. / Ad. 2. q instrumentum animatum anima sensitiva. ut equus movet per appetitum sensitivum et humanitas Christi per propriam voluntatem / Ad. 3. q voluntas ipsa naturalis est (sicut et ratio in qua est ex. 3 ethicorum) actus tamen ipsius vel motus quandoq; quidem est naturalis. et ne-

ces

et alij

a principali agente

UVA.BHSC

cessarius pictarespectu felicitatis quan-
doq; ex libero arbitrio rationis proueniens
et isto utroq; modo ponit in Christo / Ad. 4
q; aliqualiter uelle designat determina
tum modum uolendi in natura non ab
solute sed prout est in tali hypostasi scilicet
secundum nutum diuinę uoluntatis ~

Ar. 2. Vm in Christo fuerit aliqua uoluntas sensualitatis? ~ pręter voluntatē rationis?

Et uidet q; non q; in 3. de anima dicit quo
luntas in ratione est / 2. q; sensualitas
significat per serpentem. teste August. 12 de
trinit. at nihil serpentinum aut ueneno
sum fuit in Christo / 3 q; in eo non fuit nisi
una natura pręter diuinam. ergo neq; nisi
una uoluntas humana ~

Sed contra dicit Ambros. in 2. ad Gratianū
q; tristitia quę fuit in Christo ad sensua
litatem pertinet ~

Dicendum q; cum humana natura in
Christo habuerit appetitum sensitiuum
qui ei conuenit ex parte animali et ex gene
re. qui sensualitas appellat sine dubio hęc
fuit in Christo. dicit autem rationalis per
participationem. quatenus in homine na
ta est obedire rationi. ut dicit in 1. ethico ~
et hoc modo appellat uoluntas / Ad. 1. Rr
q; procedit de uoluntate essentialiter / Ad. 2 q;
~~q; procedit quatenus per serpentem significat~~
~~ca~~

^ repręsentat per
serpentem non
quantum ad ipsā
sensualitatis na
turā sed quantū
ad

UVA.BHSC

ad corruptionem fomitis.

~~corrupti fomitis~~ / Ad. 3. q. ubi unum est propter aliud est unum tantum. et sic q. appetitus sive sensualitas ~~est~~ dicit per participationem voluntas. sola una voluntas est in humana natura.

Ar 3. vm in Christo fuerint due voluntates quantum ad rationem et videt q. sic dicit enim damasc. lib. 2 q. in homine est duplex voluntas scilicet naturalis que dicit thelisis. et rationalis que appellat bulisis. ergo et in Christo / 2 q. sicut secundum differentiam apprehensionis sensitive scilicet et intellective ponunt in homine appetitus sensitivus et intellectivus similiter quantum ad apprehensionem hominis ponit ratio et intellectus. et ad eas debet poni duplex voluntas / 3. q. a quibusdam in Christo ponit voluntas pietatis ~

Sed contra est q. Christus est unus homo in quo ut sic debet esse unum primum movens. Dicendum q. voluntas ut dicit potentiam una est essentialiter in Christo. ut autem nominat actum est duplex scilicet thelissis. idest naturalis. et hec est simplex voluntas finis. et bulisis ^ p. electionis et consultationes. qua volumus media ad finem / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. intellectus et ratio non sunt due potentie. Ad. 3. q. voluntas illa pietatis est voluntas naturalis in quantum refugit alienam

^ idest ratio

ma

UVA.BHSC

lum absolute consideratum))

Ar. 4 vm in Christo fuerit liberum arbitrium?

Et videt q non qr secundum Damascenum lib. 3. in Christo, nec gnomi: idest sententia vel mens vel excogitatio, nec prohieresis. idest electio admittenda est / 2 qr. secundum Philosophum in 3. ethico electio est appetitus preconsiliati. sed consilium non videt habere locum in Christo qui omnia certitudinaliter novit / 3. qr liberum arbitrium est ad utrumq3 Christus autem determinatus ad bonum qui nec peccare potuit) Sed contra Isai. 7 ut sciat reprobare malum et eligere bonum:

Dicendum q, cum in Christo ponat voluntas non solum ut natura (quo pacto est voliti propter se scilicet finis) sed etiam ut ratio. (quo pacto est electio eorum que sunt ad finem) sine dubio ponendum est in Christo liberum arbitrium cuius actus est electio.

Ad. 1. Rr q, Damascenus excludit electionem a Christo secundum q, importat dubitationem in natura ignorante. alias etiam in deo est electio iuxta illud ephes 1° elegit nos in ipso / Ad. 2. q, ad electionē sufficit determinatio iuditij. sine eo q, precedat inquisitio aut dubitatio / Ad. 4. q, vo

lun

UVA.BHSC

luntas Christi est determinata ad bonum sed non ad hoc uel illud bonum. et ideo pertinet ad Christum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono sicut et ad beatos.

Ar. 5. Vm̃ humana uoluntas Christi fuerit omnino conformis uoluntati diuinę in volito.

et uidet q. sic qr in psalmo ex eius persona dicit ut facerem uoluntatem tuam deus meus uolui / 2. qr anima Christi habuit perfectissimam charitatem. ephes 3. sed charitas et amicitia est facere idẽ quod amicus uult. ex. 9. ethicorum ~ 3. qr beati nihil aliud uolunt qz deus uult. at Christus est beatus. ergo)

Sed contra est Augustinus contra Maximinum. super illud non quod ego uolo sed quod tu. ~ 11 ~

Dicendum q. Christus ante passionem ex quadam dispensatione permittebat carni, et omnibus uiribus animę agere quæ eis sunt propria. sensualitas autem dolores et afflictiones refugit. et similiter uoluntas ut natura est repudiat quę sunt naturę contraria, quamuis nõ ut est ratio, et in ordine ad finem nostrę salutis, quo pacto ratio appetit potionem amaram quam appetitus et natura refugiunt / Ad. 1. Rr q. procedit de uoluntate rationali non de sensualitate. quę us

UVA.BHSC

q ad diuinam uoluntatem non pertin
git. neq de uoluntate ut natura. que
fert in aliqua obiecta absolute consi
derata. et non in ordine ad diuinam
uoluntatem / Ad. 2 similiter q proce
dit de uoluntate rationali / Ad. 3. q q
Christus erat comprehensor et uiator
ideo poterat ex parte carnis aliquid ac
cidere ei quod et sensualitas. et uoluntas
ut natura refugeret.

Ar. 6. Vm in Christo fuerit con
trarietas voluntatum?

Et uidet q sic q Christus contraria uole
bat scilicet mori. et non mori. ergo cum
obiecta essent contraria et uoluntates,
sicut et motus a terminis ex. 5. physicorum /
quod innuit Athanasius in lib. aduer
sus Apollinarium / 2. q caro concupis
cit aduersus spiritum et spiritus aduer
sus carnem. galat. 5. et per rationalem
uoluntatem oblatus est passioni q ipse
uoluit, quam sensualitas formidabat /
3. q Luce. 22. in agonia prolixius ora
bat. sed agonia importare uidet quan
dam compugnationem animi in contra
ria tendentis / Sed contrarium deter
minat in sexta synodo tanq catholicum /
Dicendum q contrarietas debet esse secun
dum idem uolitum. et modum uolendi et
preterea secundum eamdem uoluntatem
unde consanguineus Latonis quem uult
Rex suspendi. non contrariat uoluntati re
gis

ob commune bonum

UVA.BHSC

gis volens illum non suspendi propter a
morem priuatum. nisi adeo extendat hoc
uelle ut sit contra commune bonum. et
similiter cum homo uult aliquid secundum
appetitum sensitiuum. et aliud secundum
appetitum rationis non est contrarietas
uoluntatum. nisi appetitus nimis distra
hat uoluntatem. Sic ergo dicendum est
q licet uoluntas ut natura. et sensua
litas in Christo. aliud uoluerint quam uolun
tas diuina et uoluntas rationis non er
at ibi contrarietas uoluntatum, quia etiam
uoluntas absoluta in Christo uolebat sa
lutem humani generis. sed eius non erat
uelle hoc in ordine ad alterum. motus ue
ro sensualitatis ad hoc se extendere non ua
lebat. et secundo quia nulla uoluntatum
impediebat aut retardabat aliam quo
minus uellet id quod sibi conueniebat
immo diuinæ uoluntati et rationali place
bat motus sensualitatis et naturæ sibi
conueniens. et ab ipsa procedebat) et
ex hoc Rr ad Primum / Ad 2. q in nobis
per carnem retardat motus spiritus non in
Christo / Ad. 3. q in Christo non fuit agonia
secundum uoluntatem rationis sed se
cundum partem sensitiuam, prout impor
tat timorem infortunij imminentis, ut
dicit Damascenus lib. 3.

diuina uolun
tate

Quæstio. 19 De his quæ pertinet
ad unitatem Christi quantum
ad operationem. in 4 ar. diu

Ar

UVA.BHSC

Ar. 1 Vm in Christo sit una tantum operatio diuinitatis et humanitatis?

Et uidet q una qr Dionisius. 2. cap. de diu. nom. theandricam Christi operationem uocat. idest deiuirilem tanquam una / 2° qr humana natura in Christo est instrumentum. at eadem est actio instrumenti. et principalis agentis / 3° qr operationes sunt suppositorum, in Christo autem est una hypostasis siue persona / 4. qr propter unitatem hypostasis in Christo est unum esse, ergo et una operatio / 5. qr in operationibus Christi erat idem operatum. N. g. sanatio cęci uel claudi. ergo et una et eadem operatio / " " "

Sed contra est Ambros. lib. 2. ad Gratianum imperatorem — " —

Dicendum q licet hęretici damnati in sexta synodo in Christo unam operationem tantum admisserint cum pluribus operatis. dicentes q operationes humanę naturę et uirium eius. et corporis licet sint operationes. sunt magis operata a primo agente scilicet diuinitate. cum eadem tamen sancta synodo et Leone in epistola ad Flauianum indubitanter tenendum est in Christo domino secundum duas naturas duas esse ope

perationes quando enim id quod moue
t ab alio habet propriam formam per quã
agit. habet etiam propriam actionem ad
quam sequitur effectus sicut serra quam
uis non secet nisi mota ab artifice ad
incisionem tamen propria actione cõ
curit ratione formæ quam habet nõ
tamen ~~[illegible]~~ habet actionem propriam
ad faciendum scamnum. quia sic solum
habet moueri ab agente principali. Et
simili modo dicendum est in actionibus
diuinitatis et humanitatis Christi do
mini. quia quamuis humana natura a
diuina moueretur. habebat tamen in se
formam ad operandum. et sic humanã
et diuinam operationem in ipso debe
mus admittere ——————
Ad. 1. Rr quia ibi non intendit dionisius ope
rationes confundere. sed dicere quod deus et
homo operabatur. non secundum deum di
uina faciens. non humana secundum
hominem. sed deo homine facto noua qua
dam dei et hominis operatione. quod
autem duas intellexerit operationes ex
2. cap. constat / Ad. 2. quia actio instrume
ti ut instrumentum est non est alia ab
actione principalis agentis. Non est
enim alia saluatio qua saluat huma
nitas Christi et diuinitas eius. sed potest ut res
habere aliam actionem si habeat propriã | quædam est
formam respondentem illi / Ad 3. quia ope
ra

rationes sunt suppositorum sed secundū formas a quibus operationum sumitur species. quamuis ab unitate hypostasis sint unitæ secundum numerum quantum ad operationem speciei. sunt ergo in Christo differentes operationes secundum eius duas naturas. quælibet tamen operationū est una numero in Christo semel facta sicut una ambulatio et una sanatio. Ad. 2. q. esse pertinet ad ipsam constitutionem personæ operari vero est quidam effectus. cuius pluralitas secundum diuersas formas non præiudicat unitati personali / Ad. 5. q. aliud est proprium operationis diuinæ. et aliud humanæ in Christo. sicut operatum proprium diuinæ operationis est sanatio leprosi. operatum vero proprium humanæ operationis vel naturæ est eius contactus.

Ar. 2. Vm̄ in Christo sint plures operationes humanæ?

Et videt q. sic. q̄ communicat cum plātis. animalibus. ~~hominibus~~ et angelis. sicut et cæteri homines. ergo habet operationes conformes eis / 2. q. potentiæ et habitus distinguunt secundum actus. at in anima Christi fuerunt distinctæ potentiæ et habitus / 3. q. instrumenta debent esse proportionata operationibus. sed in Christo fuerunt diuersa instrumenta ergo / Sed contra est q. ut damascenus ait

ut homo

in

UVA.BHSC

in . 3 . lib . operatio sequitur naturam . et in Christo non fuit nisi una natura humana . Dicendum q. qr homo est id quod est secundum rationem . illa operatio proprie dicitur humana quæ a ratione per voluntatem procedit in quo actiones sensitivæ ~~appetitus~~ prout rationem participant comprehendunt . et sic in homine ~~et precipue in Christo~~ non est nisi una operatio humana . aliæ enim actiones magis dicunt ei convenire secundum aliquam sui partem et dicunt actiones hominis, ut quod secundum corpus deorsum moveat . secundum vegetativam crescat . et secundum sensitivam videat imaginet et irascat . in homine autem Iesu Christo nullus erat motus sensitivæ partis . qui non esset ordinatus a ratione, quin et ipsæ operationes naturales et corporales aliqualiter ad eius voluntatem pertinebant . et ideo multo magis est una operatio in Christo qz in quocunqz alio homine et hoc loquendo ex parte principij et non operatorum per diversas animæ operationes, quæ in homine reperiuntur . / Ad . 1 . Rr ex dictis / Ad . 2 . q. hic loquimur de operatione una prout procedit ab uno principio activo ut dictum est . / unde patet etiam responsio ad Tertium .

Ar . 3 . Vm actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria ?

Et videtur q. nō qr comprehensoris non est

me

elementale

UVA.BHSC

mereri / 2 qr nullus meret sibi debitū
quale erat gloria filio dei / 3. qr Christus
habuit gloriam animę ex qua ut ait Au
gustinus ad Dioscorum sequitur gloria ad
corpus. ergo neqz hanc meruit / 4. qr ma
nifestatio suę altitudinis magis est pre
mium eorum quibus eam manifestat iux
ta illud Ioannis. 14. Si quis diligit me etc
et ego manifestabo ei me ipsum. ergo et
hanc potius alijs qz sibi meruit. —//—
Sed contra est Philipp. 2. factus est obe
diens usqz ad mortem. propter quod et de
us exaltavit illum
Dicendum q excellentius est habere aliq-
uod bonum per se, qz per aliud ut habetur
in. 8 physicorum causa autem primaria et
per se omnis boni est deus. Secundaria
vero et per modum meriti est etiam ho
mo ac proinde cum non sit denegandū
Christo quod in homine est dignitatis te
nendum est q et ipse sibi meruit ea quo
rum carentia non derogaret magis dig
nitati ipsius qz accresceret ex merito. et
ita meruit gloriam corporis et ea quę
ad eius exteriorem excellentiam pertinet
sicut est ascensio. veneratio et similia.
non tamen gratiam. scientiam. beatitu
dinem animę nec divinitatem. istis enim
caruisse magis diminueret dignitatem
Christi qz auxisset meritum. —//—
Ad 1. Rr q Christus nec meruit charitatē
fruitionis nec per charitatem ut erat cha
ri

1. corint. 4

UVA.BHSC

ritatem ut erat charitas comprehensoris/
Ad. 2. q. Christo ut deo et dei filio per natu
ram debet gloria diuina et dominium ho
minum sicut primo et supremo domino
nihilominus tamen debet ei gloria sicut ho
mini beato iuxta dicta/ Ad. 3. q. gloria cor
poris ~~est~~ ex redundantia animae est ex
diuina ordinatione secundum congruen
tiam humanorum meritorum quę ab
anima exercent in corpore ut innuit
Roman. 8. viuificabit corpora nostra etc.
Ad. 4 q. illa manifestatio etiam pertinet
ad bonum Christi secundum esse quod ha
bet in notitia aliorum. licet magis pertineat
ad alios secundum esse quod habent in se
ipsis. sed etiam hoc refert ad Christum in
quantum sunt membra eius.

Ar. 4. Vm Christus alijs me
reri Potuerit?

Et uidet q. non. qr ezech. 18. dicit q.
anima quę peccauerit ipsa moriet
ergo et quę meret ipsa remunerabit/
2. qr de plenitudine gratię Christi o-
mnes accipiunt, et tamen iusti habi
tes gratiam Christi non possunt alijs me
reri. ut habet ezech. 14 ipsi animas
suas liberabunt/ 3 qr merces debet
ex iustitia. Rom. 4 ergo iniuriam fa
ceret deus eis, quos non saluat
Sed contra Rom. 5. sicut per unius de
lictum etc. ita et per unius iustitiam
etc./ Dicendum q. cum in Christo
fue

UVA.BHSC

fuerit gratia non solum ut in singulari persona sed ut in capite influente in omnia membra omnibus meruit in quantum sunt membra ipsius.

Ad 1. Rr q. etiam peccatum Adę quatenus caput se extendit ad posteros (licet non peccatum singularis personę) et multo magis gratia Christi / Ad 2. q. alij accipiunt de plenitudine Christi non fontem gratię sed gratiam particularem / Ad 3. q. sicut peccatum Adę non derivat ad alios nisi per carnalem generationem. sic nec gratia sive meritum Christi nisi per generationem spiritualem. quę fit in baptismo ad galat. 3.

Quæstio 20 De his quę conveniunt Christo secundum subiectionem eius ad Patrem. in duos art divisa

Ar. 1. Vm dicendum sit Christum esse subiectum Patri

Et videt q. non qr esset creatura in trinitate enim nihil est serviens neq. subiectum ut dicit in lib. de eccles. dogmat / 2. qr esset dominio patris serviens hoc autem humanę naturę Christi non convenit. ut innuit damasc. lib. 3. / 3°. qr 1. corint. 15. tunc subiciet patri cum ipse ei subiecerit omnia sed hoc nondum factum est. ut dicit hebr. 2 / Sed contra /

dicit

UVA.BHSC

dicit dominus Ioan. 14. pater maior me est. et Augustinus in. 1. de trinitate. Dicendum q. cuilibet habenti aliquam naturam conueniunt ea quę sunt propria illi naturę, conuenit autem humanę naturę quam assumpsit verbum triplex subiectio ad deum. scilicet bonitatis ^ ~~participatę~~. Potestatis ~~[illegible]~~ qua disponit. et obedientiam quantum ad suos actus. quam triplicem subiectionem de se ipso ad patrem Christus confitet. Matth. 19 ~~[illegible]~~ ut explicat Hieronimus. et. 4. cap. coelest. Hierarchię docemur et sapientię. 16. et Philipp. 2. et Ioannis 8.

^ secundum ^ quam participat

Ad. 1. Rr. q. non est intelligendum q. Christus sit subiectus patri nisi secundum humanam naturam. et conuenit hoc addere cum concedit propositio ad errorem Arrij uitandum sicut de creatura dictum est / Ad. 2. q. licet natura non dicat domina uel serua, potest tamen dici hypostasis domina uel serua secundum hanc uel illam naturam / Ad. 3. cum Augustino in. 1. de trinit. q. cum Christus perduxerit suos ad gloriam. tunc tradet regnum deo et patri. et erit ei in se et in suis plene subiectus. et ipsi etiam Christo omnia subiecta per finalem impletionem suę uoluntatis de eis. quamuis et nunc sint omnia eius potestati subdita. ut constat Matth. ultimo.

^ qr gubernari sicut et gubernare est suppositorum

Ar. 2. Vm Christus subiectus sit sibi ipsi?

et

UVA.BHSC

Et videt q. non. qr sic videt sentire Cyrillus in epistola recepta in synodo ephessina. Et Damascenus lib. 3 / 2. qr relatio servitutis non potest esse eiusdem ad seipsum. sicut nec similitudinis. ut dicit Hilarius. lib. 3 de trinit / 3. qr sicut anima rationalis et caro unus est homo ita deus et homo unus est Christus. at non dicit quis sibi subiectus. aut seipso minor. qr corpus subiectum est animae ergo nec humanitatis ratione etc. Sed contra est Augustinus. in. 1. de trinit / Secundo qr in Christo est natura servi cum forma dei quae est dominus ut idem sanctus arguit / 3. qr Christus dicit ascendo ad patrem meum et pat. v. deum meum et deum vestrum. at quicunque est servus patris est etiam servus filij /.

Dicendum q. cum nomen Christi sit nomen personae sicut et hoc nomen filius. illa absolute possunt dici de eo. quae conveniunt ei ratione personae quae est aeterna; ut q. sit maximus. praesidens et dominus. quae vero ei conveniunt secundum humanam naturam concedenda sunt cum determinatione et addito ipsius ut q. sit subiectus. servus aut minor. scilicet secundum humanam naturam aut suppositum in ea. alias daret intelligi pluralitas hypostasum. et sic sancti admittunt. et negant filium seipso minorem. aut sibi subiectum.

Ad. 1. et 2 patet ex dictis. Ad. 3. qe etiam in homine secundum diversas suas partes

est

UVA.BHSC

est eiusdem ad se ipsum iustitia in quantum una est inferior et altera superior ut dicit in 5. ethicorum et per hunc modum potest idem homo diuisibi subiectus —
Ad alia argumenta patet responsio ex dictis qr procedunt de subiectione uel seruitute secundum humanam naturam)

Quæstio 21. De oratione Christi in quattuor artic. diuisa.

Ar. 1. Vm Christo competat orare?

Et uidet q non qr oratio ut dicit damasc est petitio decentium a deo. at Christus per se omnia poterat / 2 qr neq pro necessario scimus futura ut quod sol oriat, neq pro nullo modo futuris oramus. Christus ue: 2 circa omnia sciebat quid esset futurum / 3. qr damasc. lib. 3 dicit q oratio est ascensus intellectus in deum. intellectus autem Christi. hypostatice et beatifice erat unitus deo ne quo ascenderet habebat / Sed contradicit. Lucę. 6. exijt in montem orare —

Dicendum q oratio est explicatio propriæ uoluntatis ad deum ut eam impleat. hoc autem bene potest esse et de facto fuit in Christo domino ratione diuinę uoluntatis ad diuinam. ac proinde ut homini competit ei orare.

Ad 1. Rr q poterat omnia ut deus. sed orauit ut homo non se sed patrem Primo ut ab eo se missum ostenderet ut dicit Joan 11. et ait Hilar. 10. de trinit. Secundo ut nobis orandi præberet exemplum. ut docet

UVA.BHSC

7 cet Ambrosius super lucam. et August in Joannem / Ad. 2. q. deus inter futura cognouit quedam per suam orationē fienda / Ad. 3. q. motus ut dicit in. 3. de anima non solum dicit actus existentis in potentia et imperfecti. sed et ipse actus intellectus. qualis fuit in Christo quo contemplabatur deum ut supra se existentem.

Ar. 2. Vm Christo conueniat orare secundum suam sensualitatem?

Et uidet q. sic qr ex persona ipsius dicit in psalmo. cor meum. et caro mea exultauerunt in deum viuum. sed sensualitas dicit appetitus carnis / 2 qr eius est orare cuius est desiderare. at sensualitas desiderauit ut transiret calix ille ergo / 3 qr magis est uniri deo in unitatem personae. qz orare. sed illud (sicut et ceteris partibus humanae naturae) competit sensualitati Christi. ergo et orare " " —

Sed contra est quod Philipp. 2. in similitudinem dicit hominum factus. qui non orauit secundum sensualitatem.

Dicendum q. Christus non orauit (sicut nec nos) secundum sensualitatem quasi oratio ipsius fuerit sensualitatis actus. qr ipsa nec sensibilia transcendit, neqz aliquid ad deum ordinat sed ratio. orauit tamen secundum sensualitatem proponendo deo id quod sensualitas affectabat. et hoc ut ostenderet ueritatem humanae naturae. et ut manifestaret licitum esse homi

ni

UVA.BHSC

ni secundum naturalem affectum uel
le aliquid, quod deus non uult et tertio
ut doceat homines proprium affectum
diuinę uoluntati subiicere. ut Augusti
nus in enchiridione propalat.
Ad 1 Rr q caro et sensualitas exultat
in deum per redundantiam ab actu cor
dis siue animæ. / Ad 2. ex dictis / Ad 3
q unio in persona est secundum esse per
sonale, sed ascensus orationis est per ac
tum qui non conuenit nisi rationi.

Ar. 3. Vm conueniens fuerit Chr istum pro se orare?

et uidet q non qr Hilar. 10 de trinit di
cit q oratio sibi non proficiebat. ergo ne
q3 pro se orabat / 2 qr ut ait August. 26
contra Faustum Christus omnia quę pa
tiebat uolebat. ergo si illa habuit qr uolu
it non orauit ut a deo implenda nec pro
se / 3. qr dicit Ciprianus lib. de oratione domi
nica q Christus non pro se priuatim orabat
sed contradicit Christus Ioannis 17 cla
rifica filium tuum.
Dicendum q Christus orauit pro se non so
lum secundum sensualitatem seu ~~qui~~
~~[illegible]~~ uoluntatem simplicem ut natu
ra est. sed etiam exponendo actum uolun
tatis deliberatę ad patrem / agendo grati
as pro beneficijs habitis et postulans non
dum habita iuxta superius dicta de meri
to. in quo deutro q nobis prębuit exemplū
Ad 1. Rr q Hilarius loquit de oratione
uocali quę Christo pro se non erat necessaria
cum et desiderium pauperum exaudiat do
mi

UVA.BHSC

minus. Sed erat necessaria ad nostrum / profectum ut ipse dicit Ioannis 11 / Ad 2 / q. Christus volebat quidem illa pro illo tempore pati. Sed expectabat gloriam corporis etc. et eam a patre petebat / Ad 3. q. etiam cum orabat pro gloria et resurrectione corporis suj pro alijs orabat quatenus eius resurrectio erat ad iustificationem nostram et sic ~~cum et~~ iustus qui bonum postulat non solum sibi, sed et alijs profuturum pro illis dicitur etiam orare. "

Ar. 4. Vni oratio Christi semper fuerit exaudita.

Et videtur q. non qr Matth. 26 petijt, ut removeret a se calix passionis / 2 qr oravit ut peccatum crucifigentium se eis dimitteret pro quo tamen iudei sunt puniti / 3. qr oravit pro his qui erant credituri per verbum Apostolorum. ut unum essent cum ipso. et tamen non omnes ad hoc perveniunt / 4. qr in persona Christi dicitur in psalmo clamabo per diem et non exaudies. ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~

Sed contra hebr. 5. exauditus est pro sua reverentia

Dicendum q. oratio est quodammodo interpretativa voluntatis humanae. Sensualitas autem vel voluntas ut natura magis dicenda est velleitas quam voluntas absoluta qr appetit aliquid nisi aliud obsistat rationi consonum. cum igitur omnis voluntas Christi absoluta etiam humana fuerit impleta ex consequenti omnis eius oratio fuit exaudita iuxta doctrinam Apostoli Roman. 8 /. qr deo conformis

Ad.

UVA.BHSC

Ad 1. Rv. cum Hilario q. postulauit ut passio sua alijs comunicet sic q. sine dolore pro ipso patiant. uel cum Dionisio Alexandrino ~~leuiter [illegible] fla~~ ~~[illegible]~~ q. passio non multum duret. uel cum Hieronimo q. transeat calix ille iudęorum qui ignorantiam non poterant prętendere ob prophetas. uel cum Ambrosio q. illum non tangat passio et hoc quasi homo naturali uoluntate mortem recusans. circa prędicta exauditus est in his quę rationali uoluntate petijt quę erat ueluti sensualitatis aduocata

Ad. 2. q. Christus non orauit pro omnibus crucifixoribus aut credentibus. sed pro prędestinatis. et ad. 3. et 4. patet ex dictis)

Quaestio. 22. de sacerdotio Christi. in sex articulos diuisa

Ar. 1. Vm Christo conueniat esse sacerdotem?

Et uidet q. non qr sacerdos uidet minorā gelis siquidem Zachar. 3. stat coram angelo. Christus autem maior est. hębr. 1. 2. qr quę fuerunt in lege sunt umbra futurorum coloss. 2. sed Christus non traxit originem ex sacerdotibus. sed ex tribu Iuda hębr. 7. 3. qr in eadem lege uęteri non fuit idem legislator. et sacerdos. sed ille moyses hic Aaron. exod. 28. sed contra habetur hębr. 4. Dicendum q. sacerdoti maxime conuenit diuina populo tradere. et prę ces

UVA.BHSC

ces pro populo ad deum fundere quasi mediator inter deum et homines. hoc autem est proprium Christi ac proinde sine dubio fuit eximius sacerdos quae omnia et singula. Malach. 2. hebr. 5 2. Petri. 1. et coloss. 2 continent expresse / Ad. 1. R. q. licet secundum passibilitatem carnis fuerit angelis minoratus hebr. 2 secundum tamen ordinem sacerdotij (nedum secundum naturam divinam) accesserunt angeli et ministrabant ei Matthei. 4 / Ad. 2. cum damascen. lib. 3. q. noluit Christus ex sacerdotibus veteribus nasci, ut ostenderet aliud esse verum sacerdotium a figurali / Ad. 3. q. in Christo fuit plenitudo gratiarum quae in inferioribus sunt dispersae. ac proinde fuit simul Rex, legifer, et sacerdos.

^ in natura humana

Ar. 2. Vm Christus simul fuerit hostia et sacerdos.

Et videtur q. non. qr sacerdotis est hostiam occidere. Christus autem se ipsum non occidit / 2. qr sacerdotium Christi non assimilatur gentilium sacerdotio, qui homines sacrificabant / 3. qr hostia ex eo sanctificatur qr offertur. at humanitas Christi ante sacrificium erat sanctificata / Sed contradicit ad ephes. 5. tradidit semet ipsum pro nobis oblationem, et hostiam deo in odorem suavitatis.

Dicendum cum August. 10. de civit. q. omne sacrificium visibile invisibilis sacrificij

UVA.BHSC

cij quo spiritus deo unitur sacramentum est. est autem sacrificium necessarium ob tria scilicet ad remissionem peccatorum ad conseruandam gratiam et ad uniendum perfecte cum deo unde in lege erat sacrificium pro peccato. pro gratiarum actione. et holocaustum. quae omnia Christo perfectissime conueniunt ut patet. hebr. 5. Leuit. 3. et Rom. 4 ac proinde fuit simul hostia et sacerdos

Ad. 1. R. q. Christus non occidit semetipsum sed obtulit se passioni. Isai. 53 / Ad. 2 q occissio Christi relata ad uoluntatem occidentium assimilabat sacrificijs gentilium et non habebat ut sic rationem sacrificij sed in comparatione ad Christi uoluntatem / Ad. 3. q humanitas Christi cum in passione oblata est acquisiuit actualem hostię sanctificationem. ex antiqua charitate et gratia unionis sanctificante eandem absolute

Ar. 3. Vm effectus sacerdotij Christi sit expiatio peccatorum?

Et uidet q non. qr solius dei est peccata delere Isai. 43. at Christus non est sacerdos ut deus / 2. qr hebr. 10. dicit Apostolus de sacrificijs ueteris legis q si essent perfecta cessassent offerri. at in noua lege sacrificium non cessat etiam offerri / 3. qr in ueteri lege immolabat Hircus pro peccato Principis. Vitulus pro sacerdote et capra pro priuato homine. Leuit. 4. sed nullus horum animalium comparat Christus

et facerent perfectos

UVA.BHSC

tus sed agno. ergo) Sed contra est Apos
tolus hebr. 9 (Dicendum q ad perfec
tam emundationem duo requiruntur sci
licet ablatio maculae et reatus poenae peccati
~~quae sunt duo repetita in peccata~~. Primum
autem Eorum fecit sacrificium Christi
conferendo gratiam iustificantem per
suum sanguinem Rom. 3. et secundum
plene pro nobis satisfaciendo qui lango
res nostros ipse tulit. ex quo constat q sa
cerdotium Christi plenam vim habet ex
piandi peccata.

sine expiatione

Ad. 1. Rr q quamvis non esset sacerdos ut
deus. unus tamen fuit sacerdos et deus
ut definit in ephessina synodo. Unde Au
gustinus ait in 4 de trinit. q Christus unus
offerens cum eo cui offerebat. uniebat sibi
pro quibus offerebat. unus existens offerens
et quod offerebat / Ad. 2. q peccata non
commemorantur in nova lege ob defectum
ipsius sacrificij sed ob defectum nolentium
credere. vel conteri. Sacrificium autem
quod quotidie offert in ecclesia ut dicit
August. in 10. de civit. non est aliud ab
eo, quod Christus obtulit sed commemoratio
ipsius / Ad. 3. cum origine in Joannem,
q ut constat numer. 28 iugiter quotidie mane et vespere
in lege immolabat agnus. de quo dicitur figurans eum
Joannis 1. ecce agnus dei etc.

Ar. 4. Vm effectus sacerdotij Chris
ti non solum ad alios sed ad ipsum
Pertinuerit?

Et videt q sic qr officium sacerdotis est pro
populo orare. 2. machab. 1. at Christus pro
alijs et pro se etiam oravit. et constat hebr.
5. 12. qr Christus in passione seipsum sacri
fi

UVA.BHSC

ficium obtulit at per passionem suam etiam sibi meruit ut dictum est / 3. q. sacerdos figurativus leuit. 16. non solū pro populo. sed etiam et pro seipso orabat. ergo et Christus similiter.

Sed contra omnino decernit in ephessina synodo.

Dicendum q. Primo agenti in quolibet genere non conuenit in illo genere recipere. sed in alios influere. Christus autem in genere sacerdotij est Primus non indigens medio ad accedendum ad deum ut habet. hebr. 7. quem figurabant sacerdotes veteres. et in cuius persona offerunt nouę legis ministri. 2. cor 2. ac proinde ei non competit effectum sacerdotij recipere.

Ad. 1. posset Responderi q. oratio non est actus proprius sacerdotis. nam Iacobi ult° dicit orate pro inuicem ut saluemini; sed melius uidet q. oratio ad eius sacerdotium pertinebat ut innuit hebr. 5. ac proinde R^r q. sacerdotes participant de suis sacrificijs non ut sacerdotes sed ut peccatores. Christus autem non sic sed quātum ad passibilitatem carnis quod est participare, non simpliciter sed secundum quid / Ad. 2. q. Christus participauit ex passione non ut a sacrificio sacerdotis per modum satisfactionis, sed ex ipsa deuotione, qua secundum charitatē passionem sustinuit / Ad. 3. q. figura nō potest adęquare ueritatem et sic sacerdos figuralis satisfactione indiguit, non Christus.

UVA.BHSC

Ar-

Ar. 5 Vm sacerdotium Christi permaneat in æternum?

Et videt q non qr effectu sacerdotij indigent qui habent infirmitatem peccati. at hæc in sanctis non manet in æternum. in peccatoribus autem inexpiabilis erit / 2 sacerdotium Christi manifestatum est in eius passione. quæ iam transijt ut hebr. 9. et Rom. 6. constat iam enim non morit / 3. qr est sacerdos secundum q homo. et in triduo mortis homo non fuit.

Sed contra dicit in psalm tues sacerdos in æternum.

Dicendum q in sacrificio Christi ipsa oblatio transijt sed manet in æternum finis et consumatio eius scilicet æterna bona per ipsum provenientia. hebr. 9. quæ præfiguriabant levit. 16 intrabat enim semel in anno in sancta sacerdos cum sanguine hirci et vitulj qui extra sancta immolabant.

Ad 1. Rr q sancti in gloria non indigebunt expiarj sed consumari in expiatione per Christum / Ad. 2. q si non manet in se manet in virtute / Ad 3. ex dictis, deficiebat tamen figura a figurato et sic quotannis ingrediebat sacerdos in sancta.

Ar. 6 Vm sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem melchisedech

Et videt q non qr Christus est principalis sacerdos et fons omnis sacerdotij ergo non sequit ordinem alterius / 2. qr potius deberet dici secundum sacerdotium legale quod tanqz propinquius expressiore

UVA.BHSC

repræsentabat sacerdotium suum, quod se
cundum Melchisedech. quod fuit ante
legem / 3. qr hebr. 7. dicit Rex pacis sine
patre sine matre sine genealogia etc
quæ soli filio dei conueniunt. ergo secun
dum ordinem sui ipsius debet potius ap
pellari sacerdos
Sed contra in psalmo. tu es sac. 1 q. 5 a. m
Dicendum q. sacerdotium legale fuit figu
ra sacerdotij Christi multum tamen de
ficiens qr nec mundabat. neq; erat æter
num. Sacerdotium uero Melchisedech
præ se ferebat excellentiam respectu le
uitici sacerdotij. cum decimas sumpserit
ab Abraham in cuius lumbis decimatus
est quodam modo ipse legalis sacerdos.
et sic præfigurabat excellentiam sacer
dotij Christi. per quod Rr ad Primum.
Ad. 2. q. quantum ad ipsam oblationem
per sanguinis effusionem factam expres
sius figurabat per sacerdotium legale, sacer
dotium Christi. sed non quantum ad parti
cipationem et unitatem. et res oblatas
scilicet panem et uinum ut ait Augusti
nus / Ad. 3. q. Melchisedech dicit sine pa
tre matre genealogia. sine principio et
fine dierum. non qr non habuerit sed qr
de eo scriptura non loquitur. et sic assimila
t filio dei sine matre in coelo. sine patre
in terra. cuius generationem nullus enar
rabit. Isai 53. et sine principio et fine etc

Ad 2

Quæstio. 23. An adoptio Christo conueniat. in 4. art. diuª.

Ar. 1. vm̃ deo conueniat filios adoptare.

Et uidet q̃ non q̃r adoptari ut dicunt iuristę conuenit extraneis. at nulla persona est extranea a deo omnium creatore / 2. q̃r introducta est adoptio in defectum filiationis naturalis. at hęc in deo reperit / 3. q̃r adoptat quis ut succedat. in decedentis hęreditatem. sed deus nunq̃ decedit. ergo

Sed contra Ephess. 1. prędestinauit nos in adoptionem filiorum dei

Dicendum q̃ adoptatio est actus alicuius ex sua bonitate alterum ad hęreditatē suorum bonorum admittentis. deus autem infinitę bonus ad diuitias glorię suę (in hoc enim diues est seipso fruendo) admittit creaturas rationales. dans simul capacitatem ad possidendum et acquirendum eas. quod homo adoptans facere non potest.

hęreditatem et

Ar. 2. vm̃ adoptare conueniat toti Trinitati?

Et uidet q̃ non q̃r adoptatio spiritualis dicit ad similitudinem in humanis. in quibus ille solus potest adoptare. qui potest filios generare. ergo soli patri conuenit / 2. q̃r per adoptionem efficimur fratres Christi. ut

cons

UVA.BHSC

constat Rom. 8. ergo solus pater adoptat. unde ipse dicit Ioan. 20. ascendo ad patrem meum et patrem vestrum / 3° q. galat. 4 dicit misit deum filium suum ut adoptionem filiorum reciperemus et spiritus filij sui clamat in cordibus nostris Abba pater. ergo solius habentis filium et spiritum sanctum est adoptare — Sed contra est q. cum clamamus Abba pater totam trinitatem interpellamus. Dicendum q. filius dei naturalis proprie dicit genitus. adoptivus vero factus. ut Ioan. 1. dedit eis potestatem filios dei fieri (quamvis et genitus per spiritualem regenerationem dicat Iacob. 1. ibi voluntarie genuit nos) cum ergo facere toti trinitati comune sit eidem convenit filios adoptare unica virtute et unica operatione.

Ad. 1. R. q. non omnes personę humanę sunt unius numero naturę et virtutis / Ad. 2. q. differenter sumus filij dei ac Christus nos enim voluntarie. unde signanter Ioannis. 20. dicit patrem meum et patrem vestrum. non enim ipse est filius totius trinitatis sicut nos / Ad 3. q. licet adoptio sit comunis toti trinitati. appropriat tamen Patri ut actori, filio ut exemplari et spiritui sancto ut imprimenti in nobis huius similitudinem exemplaris. Ar. 3. Vm adoptari sit proprium Rationalis creaturę. et

UVA.BHSC

Videtur quod non quia deus non dicitur pater creaturae nisi per adoptionem. dicitur autem etiam pluviae pater. Job: 38. / 2. quia per adoptionem dicitur quis filius dei. dicuntur autem filij eius etiam angeli Job. 1. ergo et ipsi adoptant / 3. quia si esset proprium rationalis naturae conveniret omni habenti illam naturam. sicut risibile homini. Sed contra est quod adoptati sunt in haeredes Rom. 8. hoc autem est rationalis creaturae / Dicendum quod cum adoptio dicat ad similitudinem filiationis naturalis verbi dei. hoc non intelligitur de similitudine ad formam qua in eo cuncta praeexistunt ut secundum suas naturas producant. neque quoad intellectualitatem ipsius formae. nam et sic omnis creatura rationalis assimilat ipsi secundum naturam. Sed quantum ad unitatem quam cum patre habet; quod in creatura rationali fit per gratiam et charitatem. Joannis. 7 sint unum in nobis / per spiritum sanctum Rom 5. et ideo spiritus sanctus dicitur spiritus adoptionis Roman. 8.

Ad. 1. Rr ex dictis / Ad 2. quod angeli dicuntur adoptivi quia primi adoptionem receperunt / Ad. 3. quod non est proprium consequens ipsam naturam.

Ar. 4. Vm Christus sit filius dei adoptivus?

Videtur quod sic quia dicit Hilarius de eo loquens

pro

UVA:BHSC

potestatis dignitas non amittit dum car
nis humanitas adoptat / 2 qz August
lib de prędestinatione sanctorum dicit. q
eadem gratia ille homo est Christus. qua
ab initio fidei quilibet homo est Christia
nus / 3. qz secundum q homo est servus
dignius autem est esse filium adoptivum
q̄ servum.
Sed contra est Ambrosius lib de incar
natione iuxta illud. 1. Joannis ultimo
ut simus in vero filio eius Iesu Christo.
Dicendum q cum filiatio conveniat hypos
tasi sive personę. et sit proprietas perso
nalis, et in Christo non sit nisi una hypos
tasis non est nisi una filiatio naturalis, ^ [illegible]
non enim recipit q aliquid quod perse
dicit dicat participative. Secundum au
tem illos qui male ponunt in Christo duas perso
nas vel hypostases nihil prohiberet Chris
tum hominem dici filium dei adoptivum
Ad. 1. Rr q sicut filiatio proprie non conve
nit naturę sic nec adoptatio. et ideo illa
est impropria locutio. et sumit adopta
tio pro unione humanitatis ad personam
filij / Ad. 2. q illa similitudo est intelli
genda quantum ad principium. qz sine
meritis habuit ille homo ut esset Christus:
gratia autem habitualis in eo non facit
de non filio filium adoptivum. sed est
quidam effectus filiationis naturalis ut
constat Joannis. 1 / Ad. 3. q esse creaturā
et servitus respicit non solum personam sed
et naturam.

Quaestio 24 De Prędestinatio ne Christi in. 4. artic. divi^a

UVA.BHSC

Ar

Ar. 1 vm Christo conueniat esse Predestinatum?

Et uidet q, non qr terminus predestinationis uidet esse adoptio. iuxta illud ephes 1. predestinauit nos in adoptionem filiorum dei / 2. qr ~~natura~~ humana natura non est filius dei ~~[illegible]~~. persona autem non habet ex gratia q, sit filius dei. ergo nullo modo potest dici Christus predestinatus filius dei / 3. qr ex eo q, Christus semper fuit filius dei et deus. non dicit proprie q, ille homo factus fuerit filius dei. ergo nec debet dici predestinatus qr etiam predestinatio antecessionem quamdam importat. Sed contradicit de ipso Roman. 1. qui predestinatus est filius dei in virtute Dicendum q, cum ipsa unio naturarum in Christo fuerit maximum opus gratie in tempore factum; et ab eterno a deo preordinatum ut fieret cadit sub diuina predestinatione. Et ratione huius Christus dicit esse predestinatus.

Ad. 1. R. q, loquitur de nostra predestinatione. Christus enim filius dei naturalis singulari modo predestinatus est / Ad. 2 q, predestinatio non terminat ut quidam dixerunt ad naturam humanam. qr debet terminari ad personam. et natura humana non est filius dei. terminat ergo ad personam Christi non secundum se. uel secundum q, subsistit in natura diuina. Sed secundum q, subsistit in natura humana per gratiam unionis / Ad. 3. dicit Origenes. q, cy predestinatus cadit sup totum illud. filius dei in uirtute. et sic non dicit

UVA.BHSC

cit antecessionem. Alij uero antecessionē designant in hoc participio Prędestinatus sed referunt illud ad eius manifestationē, melius tamen Rr. q illa antecessionē refert ad personam secundum seipsam sed ratione humanę naturę. ut innuit expresse August. in lib. de prędestin. sanctorum quamuis autem ly factus etiam importet antecessionem aliter tamen. qr fieri pertinet ad rem prout in seipsa est. Prędestinari autem pertinet ad aliquem prout est in apprehensione prędestinantis. Et proinde magis hęc est uera. Christus est prędestinatus filius dei. qz ista Christus est factus filius dei.

Ar. 2. Vm Hæc sit falsa Christus secundum q homo est prędestinatus esse filius dei.

Et uidet q sic qr hoc est aliquis secundū aliquod tempus. quod est prędestinatus ergo Christus est filius dei secundum q homo. Hoc autem est falsum. / 2. qr si secundum q homo ei conuenit. ergo conuenit omni homini / 3. qr hoc ab ęterno prędestinat quod est futurum in tempore. ergo magis hęc erit uera Christus secundum q ~~q homo prędestinatus est esse~~ filius dei prędestinatus est esse homo.

Sed contra est Augustinus in lib. de prędestin. sanctorum:

Dicendum q prędestinatio tam ex parte actus prędestinantis. qui dicit antecessionem

qz

UVA.BHSC

q̄ ex parte effectus temporalis qui ex ea
sequitur conuenit Christo ratione huma
nę naturę ut docet Augustinus lib. de
prędesti. sanctorum. Et ideo dicendum est q. Chri
stus secundum q. homo prędestinatus est
esse filius dei.
Ad. 1. Rr q. illa determinatio secundū
q. homo potest referri [redacted] ad id quod materia
liter cadit sub prędestinatione et sic est
falsa. vel ad ipsam rationem actus prout
scilicet prędestinatio in sui ratione importat
antecessionem. et effectum gratuitum. et hoc
modo conuenit Christo ratione humanę na
turę ut dictum est / Ad. 2. q. conuenit Chris
to ratione humanę naturę. non q. huma
na natura illius prędestinationis sit cau
sa, sed q. prędestinatio refert ad exaltatio
nem humanę naturę in Christo / Ad 3. cum
Augustino lib. de prędestinatione sanctorum
q. est omnino mirabilis illa humanę natu
rę a verbo dei gratuita susceptio. quę sine
dubio sub prędestinatione cadit et licet pos
sit dici q. Christus secundum q. filius dei prę
destinatus est esse homo. magis tamen pro
prie dicitur q. Christus secundum q. homo est prę
destinatus esse filius dei. q. gratia non est
facta filio dei. sed humanę naturę.

Ar. 3. vm Prędestinatio Christi sit nostrę prędestinationis exemplar.

Et videtur q. non q. exemplar prę existit ex
emplato. prędestinatio autem nostra est ęter
na quam nil antecedere potest / 2. q. exem
plar

UVA.BHSC

plar ducit in cognitionem exemplati
deus autem non ducit ex aliquo in cogni
tionem alterius . immo Rom . 8 quos prę
sciuit prędestinauit / 3 . qr exemplatū
est eiusdem rationis cum exemplari . at
nos prędestinamur in filios adoptiuos . et
Christus in filium naturalem —
Sed contra est August . lib . de prędestina
tione sanctorum . uocans Christum lumen
prędestinationis . et gratię .
Dicendum q prędestinatio Christi quan
tum ad ipsum actum non est exemplar nos
trę prędestinationis qr est unus et idem
actus . sed quantum ad terminum siue
effectum ad quod prędestinatio tendit . et
hoc tam ex parte boni ad quod prędestina
mur quę est participata similitudo filia
tionis Christi naturalis . quam ex parte
modi consequendi istud bonum per gra
tiam . nam natura humana nullis prę
cedentibus meritis unita est filio dei . et de
plenitudine gratię ipsius nos omnes ac
cepimus ut dicit Ioannis 1 . —
Ad . 1 . et 2 . Rr q procedunt de actu ipsius
prędestinantis / Ad . 3 . q exemplatum
non debet omnimode exemplari esse
conforme .

Ar . 4 Vm Prędestinatio Christi
— sit causa nostrę prędestinationis
et videt q non qr prędestinatio nostra —
est

UVA.BHSC

est ęterna. ęternum autem non ha-
bet causam) 2. qr prędestinatio pendet
ex simplici dei uoluntate. ut constat ep
hes. 1. sed uoluntas dei nullam habet
causam. ergo / 3. qr remota causa remo
uet effectus. at etiam si Christus non prę
destinaret prędestinaremur nos. qr eti
am si non incarnaret verbum non deerat
deo alius modus redimendi hominem
ut dicit Augustinus. lib. de trinit. ~
Sed contra dicit ephess. 1. prędestinauit
nos per Iesum Christum ~
Dicendum q. quantum ad ipsum prędes
tinationis actum prędestinatio Christi
non est causa nostrę prędestinationis. sed
quantum ad terminum. prę ordinauit
enim deus prędestinationem nostram
impleri per Christum. sub prędestinatio
ne enim ęterna non solum cadit quod
est fiendum in tempore. sed et modus et
ordo adimpletionis.
Ad. 1. et. 2. Rr q. procedunt de ipso prędes
tinantis actu / Ad. 3 deo non defuit alius
modus. sed de facto prę ordinauit ut prędes-
tinatio Christi esset nostrę prędestinationis
causa.

Quæstio. 25. De adoratione Christi in. 6. articul. diuisa

Ar. 1. Vm diuinitas et Humanitas
Christi eadem adoratione adoranda

UVA.BHSC

(sit

Fuidet q non qr diuinitas Christi adora
t qr est cōmunis patri et filio . Ioannis
5 . humanitas uero eis cōmunis non est /
2 qr honor proprie debet uirtuti . 4 et hic
virtus uero meret per actum . non est au
tem idem actus diuinitatis et humani
tatis / 3 . qr anima Christi licet non esset
unita verbo ob excellentiam suę scientię
et gratię deberet specialis adoratio
Sed contrarium sub anathemate decer
nit in sexta synodo generali .
Dicendum q Christus unica adoratione a
dorat ex parte rei adoratę . adorat enim
semper per se res subsistens . manus enim
et pes aut etiam uestis ob personam ue
nerant . sed secundum causas possunt
admitti plures adorationes in eo . alio
enim honore honorat propter sapienti
am increatam . et alio propter creatam
Si autem in Christo essent plures hypostha
ses essent plures adorationes . et hoc in sy
nodis reprobat et habet in capitulis Cyril
G / Ad . 1 . Rr q in trinitate sunt tres qui
honorant sed una causa honoris ; in miste
rio autem incarnationis est e conuerso /
Ad . 2 . q probat in Christo duas adoratio
nis causas / Ad . 3 . q anima Christi adora
t cum Christo unica adoratione . qr eius
excellentia propria sequit eximiam et
super excedentem personę dignitatem . licet
et ipsa secundum se digna esset honore

excellentię

Ar

UVA.BHSC

Ar. 2 Vm Humanitas Christi sit adoranda adoratione Latriæ?

Et videtur q, non qr glossa in illud psalmi adorate scabellum pedum eius. dicit q, caro Christi non est adoranda ea latria quæ soli creatori debet. at caro Christi pars est humanitatis eius / 2. qr humanitas Christi est creatura ex hoc autem reprehendunt gentiles Rom. 1. q creaturas sic colebant / 3. qr Latria debet deo in recognitionem maximi dominij. at Christus ut homo minor est deo patre / Sed contra est Damascenus Lib 3. et glossa super locum psalmi citatum / Dicendum q, adoratio humanitatis Christi ut rei adoratæ est Latria. sic enim adorare carnem eius est adorare verbum incarnatum sicut adorare vestem Regis est adorare Regem vestitum. adoratio tamen quæ fit ratione humanitatis est dulia. ita q, una et eadem persona Christi ob divinitatem adorat Latria. et ob perfectionem humanitatis dulia. nec mirum quoniam et deus pater propter dominiū adorat dulia. et id docet glossa in illud psalmi domine deus meus in te speravi. Ad. 1. Rr q, glossa intelligit de adoratione carnis ut seorsum a verbo cui ut sic debet excellens dulia. quæ hyperdulia dicit / Et ex hoc patet Responsio ad. 2. et. 3

Ar

UVA.BHSC

Ar. 3. Vm̄ imago Christi sit adoranda adoratione Latriæ?

Et videt q non qr exod 20. dicit non facies tibi sculptile, neq omnem similitudinem / 2. qr in hoc cōmunicaremus cum gentibus quos ob id reprehendit Apostolus Rom. 1. qui cōmutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem corruptibilis hominis. / 3. qr imagini diuinitatis impressę in animatio minus non debet adoratio latrię. ergo neq imagini corporali humanitatis ipsius / 4. qr 1. corinth. 11. ego accepi a domino quod et tradidi uobis, sed nulla est traditio de imaginum adoratione. ergo / Sed contra est Damascenus inducens Basilium dicentem. Imaginis honor ad prototypum. id est exemplar peruenit. Dicendum q cum duplex sit motus in imaginem ut dicit in lib. de memoria et reminiscentia. scilicet ut res quędā est. uel ut imago prototypum repręsentans. Hoc secundo modo idem est motus in imaginem et exemplar siue rem imaginatam. ac proinde licet imagini Christi. N. g. picturę aut sculpturę ut res ita non debeat adoratio. debet tamen ei ut imago est eadem adoratio scilicet latrię quę ipsi Christo domino

Ad 1. Rr q ibi prohibentur dij alieni et ex consequenti eorum imaginum adoratio. dei autem ueri anteq fieret homo nō

pote

^ Christi

^ id ex traditione Apostolorum colligeret iux illud

UVA.BHSC

poterat ~~eius~~ esse aliqua corporea imago/
Ad 2. q. Apostolus prohibet comunicare
operibus infructuosis gentilium quale
erat adorare imagines ut res quedam e
rant ob responsa que demones in eis da
bant. et adorare cas ut imagines falsorum de
orum/ Ad 3. q. anima de se est capax ho
noris ac proinde daret erroris occasio
si adoraret adoratione latrie. imago ue
ro sculpture aut picture. non est capax
in se alicuius honoris, sed ut imago est./
Ad 4. q. non omnes Apostolorum tradi
tiones in scripto relicte sunt, sed quedam
sermone tantum sunt conseruate ut
2. thesal. 2. innuit. et inter has est
de imaginum adoratione. Vnde et bea
tus Lucas dicit depinxisse imaginem
Christi que Romae habetur.

alicuius

Ar 4 Vm crux Christi adoranda sit adoratione latriae.

Et uidet q. non qr magis horrere deberet fi
lius flagellum quo pater turpissime de
honestatus est, sicut in cruce dominus sa
pie 2/ 2° qr humanitas Christi ideo ado
rat latria, qr unita est filio dei in persona
quod cruci minime conuenit/ 3. qr simili
ter claui, lancea, et corona fuerunt instrume
ta passionis domini, que tamen latria no
adoramus/
Sed contra est q. in cruce ponimus spem salu
tis ut cantat ecclesia o crux aue spes unica
donare is ueniam etc. ergo latria adorari de
bet

UVA.BHSC

Dicendum q[illegible] rationali naturę debet honor per se, insensibili autem ratione rationalis. et hoc dupliciter. uno modo qr eâ repręsentat. alio modo qr ei coniungit et eam tangit. Primo modo uenerant homines Regem. secundo eius uestimentum et hoc eadem ueneratione qua Regem ipsum sic ergo crux Christi utroq; modo adoranda est latria qr Christum expansum repręsentat et eum tetigit cuius et sanguine perfusa est. crucem uero in alia quauis materia ob solam repręsentationem adoramus latria sicut et ipsius imaginem. " "

^ utrumq;

Ad. 1. Rr q procedit quantum ad intentionem. et opinionem infidelium. sed non quantum ad virtutem et effectum crucis in nobis. ut colos. 2. et 1. corint. 1. monstratur / Ad. 2. q sufficit repręsentatio crucis et contactus ad Christi membra / Ad. 3. q secundum rationem contactus quęcunq; pertinent ad Christum adoramus latria ut docet Damascenus lib. 4.

Ar. 5. Vm mater Christi sit adoranda latria? / Et uidet q sic qr mater Regis sic ut rex honorat. 2. reg. 2. et ad id alludit August serm. de assumptione / 2. qr Damasc. libro. 4 dicit q honor matris refert ad filium / 3. qr coniunctior fuit filio q; crux / sed contra est q est pura creatura / Dicendum q nulli purę creaturę (qualis est mater Christi debet tamen ei qr mater domini est excellens dulia quę hyperdulia dicit / Ad 1. Rr q auctoritates in

^ debet latria qr secundum se est honoris capax –

UVA.BHSC

8

inductae tantum probant consimilem ho
norem deberi matri non eumdem / Ad 2
q refert ad filium, sed non ut imago de se
ut res est honoris incapax / Ad 3. similiter
q crux de se nullius est honoris capax sed ra
tione Christi et sic tanq signum ipsius de
quo matth. 24 ipsam alloquimur et inter
pellamus.

Ar. 6. Vm Reliquiae sanctorum sint adorandae.

et videt q non q in hoc imitaremur genti
les qui mortuis hominibus honorem im
pendebant / 2. q stultum est reliquias aut
res insensibiles venerari / 3. q corpus
mortuum non est eiusdem speciei cum cor
pore vivo. ergo neq videt esse idem nume
ro / Sed contrarium definit in lib. de ec
clessiast. dogmat. contra eugnominianos
et Vigilantianos

Dicendum iuxta doctrinam Augustini lib
de civit dei. q qui habet affectum ad ali
quem similiter habet et ad ea quae de
ipso post mortem relinquunt sive sint
partes corporis, sive exteriora ut vestes et
similia. et sic sanctorum reliquias venera
ri debemus q fuerunt Christi membra, a
mici dei et filii intercessores nostri corpori
Christi configurandi per gloriosam resur
rectionem / Ad 1. Rr cum Hieronimo ad Ri
parium contra Vigilantium q gentiles ho
minibus mortuis latriae cultum exhibebat

nos

UVA.BHSC

nos uero non sic. sed honoramus seruos ut eorum honor redundet in dominum / Ad 2. q corpus iam insensibile nõ adoramus propter se ipsum. sed propter animam quæ fuit ei unita. et fruit deo et propter deum cui ministrauit / Ad 3 q illud corpus est idem numero ratione materiæ. quæ iterum eidem formæ est uniendæ

Quæstio. 26. De Hoc q Christus dicit. Dei. et hominum mediator in duos articul. diuisa

Ar. 1. vm esse sic mediatorem sit Proprium Christo?

Et uidet q non qr conuenit sacerdotibus et prophetis ut deuter. 5. constat. esse autem sacerdotem et prophetam non est proprium Christo / 2. qr conuenit angelis bonis ut dicit. dionys. 4. cap. de diu. nomin. et etiam malis angelis. qr habent cum deo immortalitatem et cum hominibus esse animo passibiles / 3° qr spiritus sanctus ut dicit. Rom. 8. interpellat pro nobis ad deum. ergo non est proprium Christo / Sed contra dicit. 1. ad Timot. 2 unus est mediator dei et hominum homo Christus Iesus / Dicendum q ad mediatorem pertinet extrema unire. ad Christum autem perfecte pertinet homines deo unire et ipsi eos reconciliare. 2. corint. 5. dando semet ipsum in redemptionem. nihil tamen prohibet alios

etiam

UVA.BHSC

etiam ministerialiter et dispositiue me
diatores appellarj — Ad. 1 Rr q prophetę
et sacerdotes ueteris legis erant mediatores
dispositiue ad perfectum mediatorem uentu
rum. Sacerdotes autem nouę legis ministe
rialiter / Ad. 2. q boni angeli ratione suę
naturę dicunt medij inter deum et homines
et dicunt mediatores ministerialiter. et dis
positiue. mali autem angeli ratione adduc
ta in argumento dicunt mali mediatores
sicut qui amicos separant. sed Christus dominus
habens cum deo communem beatitudinem. et
cum hominibus mortalitatem est perfectus et
excellens mediator / Ad. 3. q spiritus sanctus
dicitur interpellare pro nobis. qr nos interpella
re facit. medius autem uel mediator non
dicitur qr est per omnia deo ęqualis ut dicit glos
sa galat. 3.

Ar. 2 Vm Christus secundum q homo
sit mediator dei et hominum?

et uidet q non qr non est dei et hominis fi
lius secundum q homo sed simul secun
dum q deus et homo, ergo nec mediator / 2
qr inquantum est deus non est mediator
cum sit ęqualis patri et spiritui sancto. er
go nec inquantum homo ob conuenienti
am quam habet cum hominibus / 3. qr est
mediator inquantum reconciliauit nos
deo auferendo peccata quod ei ut deus est
conuenit / Sed contra est August. lib. 9 de
ciuit. / Dicendum q in mediatore sunt duo

alte

UVA.BHSC

alterum q sit medius distans ab utro
q extremo. alterum quod deferat id quod
est unius ad alterum extremorum. quorum
utrumque Christo domino competit inquan
tum homo (et non ut deus) qr sic distat
in natura a Patre et spiritu sancto et in
dignitate gratię et glorię distat ab homi
nibus. quos deo coniungit pręcepta et do
na dei hominibus exhibendo. deo satisfa
ciendo et ipsum interpellando. et ideo ve
rissime dicit mediator secundum q homo / Ad 1. Rr q sublata divina natu
ra a Christo non remaneret in eo pleni
tudo singularis gratię super omnes ho
mines / Ad 2. q etiam in humana natu
ra excedit alios homines / Ad. 3. q aucto
ritative tollit peccatum ut deus. satis
facit tamen ut homo et sic est mediator

coniungat illa et

Quaestio 27 De Sanctificatio
ne Virginis in 6. Artic. divi.

Ar. 1 Vm Beata Virgo fuerit sancti
ficata ante nativitatē ex utero.
et videt q non qr prius est quod animale
et naturale. 1. corint. 15. q3 quod spiritu
ale ergo prior est nativitas naturalis q3
spiritualis per gratiam / 2. qr ut Augus
tinus dicit ad Dardanum Sanctificatio
renatorum est / 3 qr sic potuisset si in
ute

id est prius na
torum

utero moreret. tanq̃ iam ab originali
libera ianuam regni coelestis intrare
ante passionem Christi. et eius sangui-
nem fusum. quod videt dissonare a dicto
Apostoli. hebr. 10 / 4°. qr peccatum ori-
ginale contrahit ex origine, ergo quem
admodum durante actu peccati non po-
test tolli peccatum actuale, sic nec origi-
nale origine durante
Sed contra est q ecclesia celebrat nativita-
tem Virginis. ergo cum nascebat iam erat
sancta /
Dicendum q sicut Augustinus (licet in-
scriptura canonica nihil de hoc determine-
t) rationabiliter in quodam sermone de
assumptione concludit Virginem in cor-
pore fuisse in coelum assumptam. Sic
similiter tenendum est ante nativita-
tem ex utero fuisse sanctificatam. et
merito dignius hoc privilegio gaudere si
quidem et Hieremiae. 1. et [redacted] Lucae
1. Hieremiae. et Ioanni legit esse conces-
sum. Ad. 1. Rr q prius fuit secundum
carnem concepta / Ad. 2. q Augustinus lo-
quit secluso dei privilegio / Ad. 3. q fuit
sanctificata quantum ad maculam. sed
non quantum ad reatum, quo tota natu-
ra tenebat obnoxia sicut dicit de sanctis
Patribus antiquis qui per ostium scilicet Ch-
ristum beatitudinem sunt ingressi / Ad
4

UVA.BHSC

Ad. 4 q originale contrahit ex origi
ne inquantum per eam comunicatur
humana natura in ipsa conceptione

Ar. 2. vm Beata Virgo fuerit sanc
tificata ante animationem?

Et videt q sic qr hoc videt dici de Hieremia
primo capite anteqz te formarem in utero
novi te. et de Baptista dicit Ambrosius sup
Lucam. nondum inerat ei spiritus vitę. etiã
inerat spiritus gratię / 2. qr decuit ut ea pu
ritate interet (ut ait Anselmus) qua ma
ior sub deo nequit intelligi. et cant. 4. tota
pulchra nominat. ergo sine originali concep
ta est et sancta eius caro anteqz animaretur /
3. qr quidam celebrant conceptionem eius
ergo in ipsa sua conceptione fuit sancta / 4
qr Roman. 11. dicit si Radix sancta et Ra
mi. ergo potuit Virgo in suis parentibus sancti
ficari

Sed contra est q post omnia impleta sive per
fecta gloria domini impleuit tabernaculum
ut habet exod. 6. tabernaculum autem Vir
ginem prefigurabat. ut ex psalmis edocemur
Dicendum q sanctificatio de qua loquimur
est emundatio a peccato originali per gratiã.
Sola autem creatura rationalem habens ani
mam est capax culpę. et susceptiua emundã
tis gratię. Si autem beata Virgo ante animatio
nem sanctificata fuisset et nunqz originali ma
cula fuisset infecta. non indiguisset Redemp
tione facta per Christum. nec esset saluator o
mnium quod est inconueniens. / Ad.

UVA.BHSC

Ad 1. Rr q. Hieremiam nouit dominus noti tia predestinationis in utero. et sanctifica uit illum non ante formationem sed ante q3 exiret de ventre. ut dicit textus sacer / Ad 2 q. si virgo originale peccatum non contra xisset derogaret dignitati Christi secundum quam est saluator vniuersalis omnium ab eo tamen mundata est in utero. ut innuit Lib. 3. de ortu surgentis auroræ cuius sancti tas maxima sub Christo fuit / Ad 3. q. Roma na ecclesia tolerat consuetudinem quarum dam ecclesiarum illud festum celebrantium qr ig norat tempus sanctificationis eius conceptio ni proximum. et sic sanctificatio conceptionis nomine celebrat / Ad 4. q. sanctificatio perso nalis parentum non transit in filios et sic nō transijt in virginem sed peccatum naturæ sic qr concupiscibiliter fuit genita —//—

Ambrosius autē intelligit spiritū uitæ in Joanne quā tum ad manifestas uitæ operationes uel spiritum extra uterum respirandi

Ar. 3. vm̄ fomes per sanctificatio nem fuerit totaliter sublatus.

Et uidet q. non qr nec mors neq3 alij de fectus a culpa manantes ipsi sunt ablati / 2. qr. ut dicit. 2. corint. 12. virtus in in firmitate (scilicet fomitis de quo ibi loqui t) perficit / 3 qr ut ait Damascenus spiri tus sanctus superueniens purgauit eam ante conceptionem filij.

Sed contra dicit cant. 4. tota pulchra a m, Dicendum q. quidam totaliter fomitem in sanctificatione ablatum dixerunt, alij quantum ad pronitatem ad malum. sed nō quoad difficultatem operandi bonum. alij quan

(Licet qui est inordina ta concupiscen tia sensibilis ap petitus habitualis tamen —

UVA.BHSC

quantum ad corruptionem personæ nõ
naturæ qua transfundit peccatum origi-
nale) convenientius asserit post sanc-
tificationem mansisse fomitem, quan-
tum ad essentiam, ligatum tamen
et postea in conceptione filij totaliter virgi-
ni fuisse sublatum ~~postmodum ve-~~
~~ro in ipsa filij conceptione fuit totaliter~~
~~ablatus~~. quod Ezechiel. 43. innuitur
cum dicit q gloria dei ingrediebat per
viam orientalem. id est Virginem.
Ad. 1. Rr q mors et eiusmodi poenalitates de
se non inclinant ad peccatum / Ad. 2. q infir-
mitas fomitis in sanctis est virtutis occasio.
non tamen sine qua perfectio haberi nõ possit.
Ad. 3. q in Virgine spiritus sanctus duplicem
purgationem fecit alteram præparatoriam
ad Christi conceptionem, quæ non fuit ab alij
qua impuritate culpæ vel fomitis. Sicut et
angeli purgari dicunt. in. 6. cap. coelest. Hie-
rarchiæ. Alteram in ipsa filij conceptione q
ea mediante, quæ est spiritus sancti opus &c.
Secundum hoc potest dici q purgavit eam to-
taliter a fomite.

Primam — non per actum rationis sicut in viris sanctis qr in utero nõ habuit rationis usum. qr hoc enim est speciale privilegium Christi sed per abundantiã gratiæ

Ar. 4. Vm Per eiusmodi sanctifi-
cationem fuerit consecuta ut nũ
q3 peccaret?

Et videt q non qr mansit in ea fomes, mo-
tus autem fomitis etiamsi rationem præ-
veniat est peccatum veniale q3 vis levis-
simum. ut dicit August. lib. de trinit. 2
qr August. sup illud Lucæ. 2. tuam ipsius a-
mi

UVA.BHSC

nimam pertransibit gladius. ~~dicit~~ innuit in lib
quest. vet et novit testamenti q. virgo in morte domini
stupore quodam in fide dubitavit / 3. qr
Chrisosthomus super matth. in illud ecce
mater tua et fratres tui. et Joannis. 2 in
illud, vinum non habent vanam gloriâ
in virgine admittere videt /
Sed contra est Augustinus in lib. de nat.
et gratia. dicens. cum de peccatis agitur
nullam prorsus de Maria volumus ha
beri mentionem.
Dicendum q. cum deus daturus aliquod
ministerium ad digne suscipiendum dis
ponat. 2. corint. 3. / beatam virginem qu
am filij sui matrem elegit sic idoneam red
didit ut gratiam invenerit apud semet
ipsum talem ac tantam q. nullum pecca
tum actuale nec mortale nec veniale comis
serit. tum qr gloria filiorum patres eorum
prov. 17. et ignominia matris ad filium
redundaret. tum qr singularem affinita
tem habuit ad Christum. et quae conventio
Christi ad Belial. 2. corint. 6. Tum qr sin
gulari modo dei filius. qui est dei sapientia
in ea habitavit. quae non inhabitat in corpo
re subdito peccatis. neq; in malevolam in
trat animam. Sapie. 1. / Ac proinde tota es
pulchra. cant. 4.
Ad. 1 Rr q. fomes mansit ligatus ut non solu
ex gratia. sed ex divina providentia nullus
inordinatus motus insurgeret praeveniens ra
tionem / Ad. 2. q. per gladium Symeonis secun
dum

illa quae sola non sufficeret. sic enim fomitem non habe ret

UVA.BHSC

dum origenem intelligit dolor passionis secundum Ambrosium prudentia Marię non ignara mysterij / secundum alios ut Basilium genus quoddam dubitationis non in fide sed per admirationem / Ad 3. q. in illis verbis Chrisosth excessit nec dominus in virgine cohibui inanis glorię motum. sed qui ab alijs posset existimari.

Ar. 5. Vm virgo per eiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

Et videtq. non qr hoc videt privilegium proprium Christi. Ioannis. 1 / 2. qr in gratia creuit tum in filij conceptione tum in sui assumptione ad coelum. at ei quod plenum est ex. 3. phys. nihil addipot est / 3. qr non legit docuisse. aut miracula patrasse. ergo nec sapientiam neq alias gratias gratis datas habuit. ne dicamus in ea sine actibus fuisse superfluas / Sed contra lucę. 1. dicit gratia plena et ibi Hi. id exponens in sermone de assumptione

Dicendum q. cum Beata Virgo magis propinqua fuerit principio influenti gratiam scilicet Christo domino secundum humanitatem. pręcęteris debuit ab eo maiorem gratię plenitudinem obtinere iuxta doctrinam quarti cap. de coelest Hier-

^ est q

Hierarchiæ / Ad 1. Rr q. plenitudo gratiæ in virgine non adequat eam quæ est in Christo. licet ex propinquitate ad ipsum qr ipsum peperit quodam modo etiam gratiam ad omnes deriuauerit / Ad. 2. q. sicut in rebus naturalibus est triplex perfectio scilicet dispositionis, formæ et finis cum res in suo loco naturali quiescit. sic et beata virgo triplicem habuit perfectionem gratiæ scilicet dispositionis ad filij conceptionem qua liberata est a culpa originali. Secundam ex præsentia filij dei in utero incarnati qua totaliter fuit a fomite mundata. et Tertiam perfectionis finis qua in assumptione liberata est ab omni miseria. quarum secunda excedit primam. et tertia secundam ut patet. et qr in prima accepit gratiam inclinantem ad bonum. in secunda gratiam confirmantem in bono. et in tertia accepit gratiam perficientem in fruitione omnis boni / Ad. 3. q. licet omnes gratias habuerit non tamen omnes usus earum sed prout congruebat statui suo. miracula autem Christo docenti et discipulis ipsius doctrinæ baiulis pro illo tempore reseruabat. vnde et Baptista. ut dicit Ioannis. 10. signum fecit nullum. prophetauit autē virgo sanctissima in suo cantico. Lucæ. 1.

Primam

Ar. 6. vm̄ sic sanctificari fuerit proprium virgini beatæ

et

UVA.BHSC

Et videtur q. soli ei competat post Christum
qr ex eo fuit sanctificata ut redderetur
idonea mater dei quod ipsi soli conue
nit / 2. qr Christus dicitur filius dauid et
isaias de eo prophetauit. et Apostoli si
militer ei propinquiores fuerunt. ergo
potius prędicti qz Hieremias aut Ioan
nes in utero dicuntur sanctificati / 3. qr
Iob. 31. dicit de se q. ab infantia creuit
secum miseratio et de utero matris e
gressa est secum. nec tamen eum in ute
ro sanctificatum dicimus.

Sed contra dicitur de Hieremia. 1. capite
et de Baptista Lucę. 1.

Dicendum q. ut ex locis modo citatis col
ligitur expresse et ex his quę Augustinus
ad Dardanum docet. Hieremias et Ioan
nes Baptista in utero sanctificati sunt
non accelerato rationis usu. sicut neq
accelerat in pueris recenter per baptis
mum iustificatis. Et quamuis iudicio
rum dei non possint exacte causę de
signari. dici potest q. prędicti sic sanctifi
cati sunt qr specialius sanctificationem
per Christum faciendam prefigurarunt
Hieremias quidem in passione de qua
locutus est. Et in passionibus quas est
perpessus. Bap Ioannes uero in baptismo
quo a peccatis similiter iustificamur
1. ad corint. 6.

Ad. 1. Rr q. beatę Virgini copiosior sancti
ficatio communicata est. adeo ut nec ueni

a

qua Christus per suum san guinem nos e mundauit. hę brę. ultimo.

UVA.BHSC

aliter peccaret / Ad. 2 q. licet alij quantum ad alia fuerint Christo coniunctiores. non tamen quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius ut dictum est / Ad. 3. q. miseratio de qua loquit ibi Job non significat virtutem infusam. sed quamdam inclinationem naturalem ad actum huius virtutis.

Quæstio 28. de Virginitate beatæ mariæ in. 4. art. diu.

Ar. 1. vm fuerit virgo in concipiendo? et videt q. non qr lucæ. 2 dicit erant pater eius et mater mirantes et infra ecce pater tuus et ego dolentes. q. te / 2. qr matth. 1. probat Christus filius dauid qr est filius Joseph / 3. qr galat. 3. dicit factus ex muliere. mulier autem consueto modo loquendi dicit quæ est viro cognita / 4 qr Christus est eiusdem speciei cum alijs hominibus philipp. 2. ergo sicut et alij non ex Virgine conceptus / 5 qr semen maris et foeminæ est materia determinata ad formam humanam qualem Christus habuit / Sed contra isai. 7. ecce virgo concipiet. Dicendum contra Ebion et Cherintum ~~mul~~ dicentes Christum esse purum hominem nec de Virgine natum. q. decuit Mariam Virginem extitisse in ipsius conceptione. Primo ob dignitatem patris æterni

UVA.BHSC

ni ne ad alium transferret. 2° ob puritatem verbi sine corruptione ab ęterno ~~genti~~ concepti cui caro erat unienda. Tertio ob immunitatem naturę humanę sine originali concipiendę, quę peccatum uenerat deletura. et quarto ob finem ipsius incarnationis scilicet hominum iustificationem et salutem iuxta illud Joannis. 1. ecce agnus dei. qui tollit. p. m. de quo Augustinus lib. de nuptijs et concupiscentijs. et de sancta Virginitate,

Ad. 1. R. cum Beda super Lucam contra Photinianos. et cum Augustino in lib. de bono coniug. q. Joseph non uerus sed putatiuus et existimatus fuit Christi pater ad famam Virginis conseruandam et sic Lucę. 3. dicit putabat filius Joseph / Ad 2. cum Hieronimo super Matheum et Augustino lib. de nuptijs. et concup. q. non erat consuetudinis scripturarum ut per mulieres generationis ordo texeret deinde qr ex una tribu fuit Joseph et Maria. vnde et lege eam accipere cogebat ut propinquam / Ad. 3. q. more hębręorum mulierem pro foemina posuit / Ad. 4. q. procedit de his quę perueniunt in esse ~~[illegible]~~ per uiam naturę quę sicut determinat ad unum effectum sic et ad unum modum producendi illum sed deus non sic qui et primum hominem de limo terrę formauit / Ad. 5. cum Arist. lib. de generatione animalium. q. semen maris

UVA.BHSC

ris non est sicut materia sed sicut agens
vnde ex eo q tale semen defuerit in concep
tione corporis Christi non sequitur q defue
rit ei debita materia. et uirtus diuina po
test quamcunqz materiam in quamcun
qz formam transmutare.

Ar. 2. Vm mater dei fuerit Vir
go in Partu.

Et uidet q non qr Ambrosius dicit sup
lucam q qui uulnam sanctificauit ali
enam ut nasceret propheta. Sic aperuit
matris suę uulnam ut immaculatus
exiret. apertio autem uulnę virginita
tem excludit / 2. qr per claustra transire
uideret esse corporis phantastici / 3. qr ut
gregor. dicit in Homilia octauarum Paschę
q ianuis clausis fuerit dominus ingressus
processit ex gloria corporis. non erat au-
tem gloriosum cum nascebat

Sed contra est auctoritas ephessini conci
lij in quodam sermone

Dicendum sine dubio Virginem in partu
extitisse. qr propheta ecce (inquit) Virgo
concipiet et pariet. et hoc propter tria
Primo ob congruentiam ad ipsam concep
tionem et generationem incorruptam ver
bi etiam in nobis. Secundo ob effectum
incarnationis qui erat tollere corruptio
nem nostram ut ait Augustinus in serm
de natiuitate. et tertio ob dignitatem ma
tris quam cęteris filius prę ferre decebat
Ad. 1. q sanctus loquitur communi modo. no
ta

ut dicit in quo
dam serm. ephes
sinę synodi

tamen corruptionem Virginis significans, sed solum exitum prolis de utero matris / Ad. 2 q. Christus miscuit mirabilibus nascens ex foemina ut ostenderet homo. et ex Virgine ut ostenderet deus ut ponderat Ambrosius in Hymno nativitatis / Ad. 3. q. non ut quidam volunt assumpsit corpus Christi subtilitatis dotē in sua nativitate, immo animæ gloria retenta permittebat corpori pati propria miraculose igitur illud factum est ut dicit Augustinus super Joannem. et Dionisius in quadam epistola afferens exemplum de aqua instabili terrenorum pedum eius sustinente gravitatem.

Ar. 3. Vm mater Dei permanserit Virgo Post Partum?

Et videtur q. non q. Matth. 1. dicit ante quam convenirent inventa est habens de spiritu sancto. non dicit autem ante quam convenirent de non conventuris / 2. q. ibidem subdit noli timere accipere Mariam coniugem tuam. sed coniugium dicitur confirmatis per carnalem copulam / 3. q. ibidem subdit et non cognovit eam donec peperit filium suum primogenitum. ex quo videtur sequi q. postea cognoverit / 4 q. Primogenitus matris dicit Christus ergo post eum peperit alios filios. Primogenitus enim non dicit nisi ubi multi fratres ut constat Rom. 8 / 5. q. Joan. 5. dicit q. Christus descendit Capharnaum. et mater eius

UVA.BHSC

eius et fratres eius / 6. qr. Matth. 27. dicit et erat ibi Maria Iacobi et Ioseph mater. hęc autem Maria uidet esse mater / Christi. quę Ioannis. 20 dicit stare iuxta crucem / Sed contra dicit Ezechiel 44 de porta clausa iuxta expositionem Augustini in quodam sermone.

Dicendum contra Helbidium damnatum q sine omni dubio Virgo sanctissima semper post partum Virgo permansit nec genuit alios filios. et hoc Primo ob perfectionem filij qui sicut est primo genitus Patris sic et matris / 2. qr uterus virginalis fuit sacrarium spiritus sancti ~~sum~~ purissimi / 3. qr de ingratitudine tanti filij a se geniti Virgo posset redarguj et reprehendi / et 4. qr ad maximam presumptionem Ioseph cederet si ad impollutissimam accedere non uereret. Maria ergo Virgo concepit, peperit, et in ęternum permansit /

Ad. 1. Rr cum Hieronimo contra Helbidium q scriptura quid non factum sit ostendit. in illo ante / sicut cum quis dicit antequam prandere in portu Nauigauj / Ad. 2 cum Augustino. lib. de nup. et concup. et Ambrosio super Lucam. q coniux dicit ex prima desponsationis fide / Ad. 3. cum Chrisost q non cognouit excellentiam Virtutis eius / ante partum sed postea: Alij q ante partum Virginis facies pręnimio splendore celabat

Lo

UVA.BHSC

Ioseph. sicut et facies Moysi filijs Isra
el ~~pręminio splendore~~ / Sed Hieronimus
dicit q. usq3, et donec. aliquando signi
ficant certum tempus. ut galat. 3 donec
ueniret semen cui promisserat. quando
q3 uero infinitum tempus secundum
illud psalmi oculi nostri ad dom. d. n. do
nec misereat nostri. qr et post misericor
diam erunt ad dominum. et sic in propo
sito. immo intelligit multo minus esse
cognitam post partum / Ad. 4 q. more
scripturę primogeniturę priuilegio gau
det qui secundum non habet / Ad. 5. cu
Hieronimo q. fratres non sunt filij Ios
eph de alia uxore. sed frater dicit inscr
iptura quadrupliciter. nimirum natura
gente, cognatione, et affectu, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ / Ad. 6
q. illa Maria est uxor Alphei cuius filius
est Iacobus minor frater domini appellatus

Ar. 4 vm mater des Virginita tem uouerit?

Et uidet q. non qr deuter. 7. dicit none
rit apud te sterilis utriusq3 sexus sed illa
lex adhuc illo tempore durabat / 2. qr
1. cor. 7. de Virginibus non pręceptum do
mini habet. sed ab Apostolo consilium
dat. perfectionis autem consilium a Chr
isto incipere debuit / 3. qr. 1. ad Timot. 5.
uouentibus castitatem non solum nube
re. sed et uelle nubere damnabile est /

Sed

UVA.BHSC

Sed contra est Augustinus lib. de sancta virginit. super illud quoniam virum non cognosco

Dicendum q. cum opera perfectionis ex voto sint gratiora. sic putandum est in virginitate Mariæ contigisse. quam absolute (licet eam in desiderio habuerit) non vovit antequam desponsaret. quia in illo statu generationi homines vacabant mexiam expectantes. Sed post desponsationem cum Joseph de communi consensu illam vovit. antequam ab angelo salutaret. Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. perfectio consiliorum consummata in Christo, incepit quodammodo in matre eius. sicut et plenitudo gratiæ / Ad. 3. q. Apostolus intelligendus est de illis. qui absolute castitatem vovent

sed sub conditione si deo placeret

cognoscens placere deo

Quæstio. 29 De Desponsatione matris dei. in. 2. art. diu. Ar. 1. Vm Christus nasci debuerit de Virgine desponsata?

Et videtur q. non quia desponsatio ad carnalem copulam ordinatur / 2. quia q. Christus de virgine nasceret fuit miraculum mirabile et singulare ut dicit Augustinus ad Volusianum. miracula autem utpote ad confirmationem fidei facta non debent obumbrari. sicut hoc per desponsationem / 3. quia Ignacius martir ut dicit Hie-

ro

UVA.BHSC

desponsata

ronimus. ideo de Virgine Christum na
tum ait ut partus eius celaret diabolo
quae ratio nulla esse videt, tum quia quae
corporaliter fiunt diabolus perspicacissi
me cognoscit, tum quia postea cognovit
Christum esse sanctum dei Marci. 1. /4
quia ratio quam assignat Hieronimus ne
scilicet lapidaret a Iudaeis etiam nulla
esse videt quia si non esset desponsata non
posset de adulterio condemnari. ||
Sed contra dicit. Matth. 1. et Luc. 1. ad
Mariam Virginem desponsatam Ioseph.
Dicendum quod maxime decuit Christum de
desponsata nasci. Primo propter ipsum Christum scilicet
legitimandum apud homines, ~~tum~~ et ce
landum diabolo. idest tuendum a per
secutionibus Iudaeorum. quod id ait ignatius
in ratione assignata. et nutriendum a
Ioseph. Secundo propter Virginem sive ex
parte virginis. ut redderet immunis a
poena. et ab infamia liberaret. et a Io
sepho ei ministerium exhiberet. et Ter
tio ex parte nostra quia comprobatum ha
bemus testimonio Ioseph Christum ex Vir
gine natum. et Virginis verba suam
virginitatem asserentis magis credibi
lia reddunt. et tollit occasio Virginibus
quae ob suam incautelam non vitant in
famiam. et per hoc significat universa
ecclesia quae cum virgo sit desponsata ta
men est univiro Christo. et tandem ut in
una Virgine Virginitas et matrimonium

ho

UVA.BHSC

honoraret contra hęretticos alteri eorum
detrahentes. quę expresse et eleganter
docent Ambrosius super Lucam. et Hie
ronimus. et Augustinus de sancta Virgin^te
Ad. 1. R^r q. desponsata est certissima de di
uino auxilio q. virginitas minime lęde
ret / Ad. 2 cum Ambrosio q. maluit do
minus de suo ortu q̄z de matris pudore du
bitare miracula autem quę creduntur
debent esse occulta. ut partus Virginis. re
surrectionis domini et sacramenti alta
ris. quę autem sunt ad fidei confirmatio
nem debent esse manifesta / Ad. 3. cum
Augustino. lib. 3. de trinit. q. dęmones pro
hibent scire multa quę per spicacitatem suę
naturę cognoscere possent et hoc factum
est circa infantiam Christi quando non-
dum pati disposuerat ut dicit leo sermo-
ne de epyphania. uel cum Ambrosio
super Lucam q. partus celabat diabolo
idest membris ipsius / Ad. 4. cum Hie
ronimo q. intelligit de lapidatione in
famię. uel q. iuditio adulterarum la
pidabat secundum legem etiam illa qua
in domo patris custodiebat ut Virgo quan
doq̄z nuptura deuter. 22. uel dici po-
test secundum quosdam. q. beata Virgo
erat de stirpe Aaron unde et cognata di
cit elisabeth Lucę. 1. Virgo autem de
genere sacerdotali propter Auprum occi
debat. Leuit. 21.

Ar. 2. Vm inter mariam et Ios
eph fuerit uerum matrimonium?

UVA.BHSC et

tialem concubitum / Ad. 3. cum Chri
sostomo super Matheum q non suffici
enter esset provisum famę beatę Virgi
nis per hoc q fuit desponsata, nisi etiam
fuisset domi habita. fuit enim consu
etudo Dei tribus desposatas multo tres
in domo habere sic et illud, Traducere, non
est in domum adducere sed diffamare in
publicum. Licet alij dicant q nondum e
rat ad domum adducta ~ // ~ // ~ // ~

Quæstio. 30 De Annunciatio ne Virginis. in 4 art. diuª

Ar. 1 Vm necessarium fuerit an nunciari beatę Virgini quod in ea erat gerendum?

Et videt q non qr annunciatio require
bat ad consensum Virginis prestandum
sic autem non erat necessarius qr con
ceptus Virginis prenunciatus erat pro
phetia predestinationis / 2. qr Virgo
fidem certissimam habebat de filij in
carnatione. quę necessaria erat ut dici
t Roman. 3. / 3. qr nec concipientibus
Christum spiritualiter (iuxta illud ga
lat. 3. quos iterum parturio) annunci
at) Sed contra Lucę. 1. ecce concipies
in utero et paries filium.
Dicendum q annunciatio Virginis fuit ne
cessaria Primo ut mens ipsius de misterio
ins

quæsine nostro
complet arbi
trio ut dicit quę
dam glossa Mat
thej. 1.

UVA.BHSC

instrueret in ipsa dignius q̃ carne verbum concipiens ut dicit August. lib. de virginitate. Secundo ut posset iam instructa certior esse testis huius sacramenti. Tertio ut voluntaria sui obsequij munera deo offerret. Unde dixit ecce ancilla domini. Quarto ut ostenderet esse quoddam spirituale matrimoniũ inter filium dei. & humanam naturam. cuius nomine virgo erat prestitura consensum.

Ad. 1. Rr q̃ prophetia predestinationis completur ~~ut dicit glossa~~ sine nostro arbitrio causante. sed non sine eo consentiente / Ad. 2. q̃ virgo habebat expressã fidem incarnationis futurę. sed cum esset humilis non alta de se sapiebat et sic fuit instruenda / Ad. 3. q̃ et spiritualem conceptionem quę est per fidẽ precedit annunciatio quę est per fidei predicationem. secundum q̃ fides est ex auditu Roman. 10.

Ar. 2. vm̃ Annunciatio beatę virgini debuerit fieri per Angelũ

Et videt q̃ non. q̃ ut dicit. 7. cap. coel. Hierarch. supremis angelis fit immediate revelatio a deo. ergo multo magis beatę virgini / 2 q̃ divina mulieribus per viros sunt tradenda ut dicitur 1. corint. 14 / 3. q̃ etiam supremi ange

Christi

ge

UVA.BHSC

geli misterium incarnationis igno
rabant. ut in. 7. cap. coelest. Hierar.
exponit illud Isai. 63. quis est iste?
q. v. de edon? / 4 qr maiora qua
le est misterium incarnationis per
supremum angelum. et non per Ar
changelum qualis fuit gabriel de
buit annunciari.
Sed contra Lucę. 1. missus est angelus
gabriel etc.
Dicendum q. conueniens fuit q. anni
unciatio fieret per angelum. Primo
ex parte diuinę ordinationis. qua di
uina ad homines per angelos deferun
t ut dicit. in 4. cap. coelest. Hierar.
Secundo ex parte reparationis humanę
ut ponderat Beda in quadam ho
milia. qr et serpens a malo angelo
missus est ad mulierem. et Tertio
ex parte Virginitatis Marię ut docet
Hieronimus in serm. assumptionis
qr est angelis cognata Virginitas.
Ad. 1. Rr q. ratione status inferior
erat Virgo q3 angeli. sicut et Christus
ratione naturę passibilis ^ et sic potuit ab eis instrui
) Ad. 2. cum
Augustino in serm. de assumpt. q. bea
ta Virgo uera estimatione a quibus
dam generalibus excipit. ac proinde de
misterio prius est instructa q3 Ioseph. ^ ab eis minora tus est licet non instructus
Ad. 3. ex eadem auctoritate Rr q. ange

li

UVA.BHSC

Li misterium incarnationis cog
nouerunt sed tamen interrogabat
a christo perfectius scire cupientes modum
ut ait Maximus / Ad. 4. quidam — ettj
summum angelorum ex gregorio ga
brielem fuisse affirmant. Sed ipse
summum ~~archangelorum~~ de ordine
scilicet archangelorum intelligit
et ita ecclesia eum archangelum
nominat et ad idem est idem gre
gorius in homilia de centum ouibus

Ar. 3. vm Angelus annuncias
debuerit Virgini in visione cor
porali apparere?

Et uidet q non qr intellectualis no
bilior est. et ex consequenti debita vir
gini / 2. qr similiter imaginaria est /
dignior in qua matth. 1. et. 2 appa
ruit Angelus Joseph / 3. qr in visione
corporali rei spiritualis causat tur
batio. quę a virgine deberet propul
sari / Sed contra est Augustinus in
quodam sermone Virginem alloquens.
Dicendum q oportuit Angelum in vi
sione corporali apparere. Primo qr con
gruebat rei quę annunciabat scilicet
verbo inuisibili in carne apparituro /
Secundo congruebat Virgini qui ipsum
men

visio
ut dic
Aug. 12
sup gen

mente et utero gestatura erat. et
tertio certitudini ipsius misterij et
rej annunciatę. qr sensus exteriores
certiorant magis de rebus.
Ad. 1. Rr q. est nobilior visio intellec
tualis cum est sola. sed non cum est si
mul cum corporea. in virgine autem
ratione status uię non poterat esse vi
sio angeli spiritualis per essentiam)
Ad. 2. q. imaginaria est dignior sed
minus certa / Ad. 3. q. ad bonas turba
tiones in similibus eventibus pręveniun
t homines a deo et in earum fine qui
escunt ut ait Antonius Abbas. et Orige
nes in Matth. Vel ut alij dicunt Ma
ria quę assueta erat visionibus ange
lorum. non in angeli visione. sed in
sermone eius. (his scilicet quę ei ab ipso
dicebant) turbata est.

Ar. 4. Vm Annunciatio fue
rit conuenienti ordine perfecta?
Et uidet q. non qr causa dignior est qr
effectus qui ab ea perfectionem sumit
ergo prius angelus debuit verbi incar
nandi dignitatem. quam Marię pro
ponere eam salutando / 2. qr in dubijs
pręmitti debet probatio. quam tamen
angelus post qm dixit Maria. quomodo fi
et istud? ponit exemplo Elisabeth. et
ex dei omnipotentia / 3. qr maius non
pro

et conceptum

UVA.BHSC

probat per minus ergo nec partus virginis per partum uetulę Helisabeth.

Sed contra Roman. 13. quę a deo sunt ordinata sunt.

Dicendum salutatio conuenienter est perfecta per angelum. Quia tria intendebat circa Virginem. Primo quidem reddere mentem eius attentam ad tantę rei considerationem. Secundo instruere eam de misterio incarnationis circa eam implendo ab inde ecce concipies. Tertio inducere animum ipsius ad consensum ab inde. et ecce Helisabeth. exemplo senioris. et omnipotentię dei. Ad. 1. Rr quod animo humilis nil est mirabilius. et quod magis reddat attentum quam auditus proprię excellentię. Ad. 2. cum Ambrosio super lucam quod Virgo non dubitauit. sicut sacerdos qui respondit unde hoc sciam. uel cum Augustino in lib. qq. ueteris et noui testamenti quod dubitauit non incredulitate, sed admiratione. Ad. 3. cum Ambrosio in exameron quod multę steriles pręuenerunt ut ob hoc partus credat Virginis. et sic inducit conceptus sterilis Helisabeth. non quasi sufficiens argumentum. sed quasi figurale exemplum. ad cuius confirmationem sumit efficax argumentum ex diuina

quod fecit per salutationem

UVA.BHSC

omnipotentia ~ // ~ // ~ // ~ // ~ //

Quaestio 31 De conceptione Saluatoris quantum ad materiam de qua corpus Christi conceptum est. in 8. ar. diu.

Ar. 1. Vm caro Christi fuerit de Adam sumpta?

Et uidet q. non. qr. 1 corint. 15. dicit Primus homo de terra terrenus. Et secundus de coelo coelestis. / 2. qr. conceptio corporis Christi fuit maxime miraculosa, at maius miraculum est formare corpus humanum ex limo terrae quam ex massa ab Adam / 3. qr. si Christi corpus ab Adam sumptum fuisset. etiam ipse in eo peccasset in eo, cum alijs ut dicit Rom. 5.

aut aliunde

esset cum peccauit &

Sed contra est hebrae. 2. q. filius dei semen Abrahae apprehendit.

Dicendum q. verbum assumpsit naturam purgandam. non autem indigebat purgatione. nisi prout ab Adam originem trahebat.

a corruptione

Ad. 1. R. q. dicit coelestis uel quantum ad virtutem formatiuam corporis. uel quantum ad ipsam diuinitatem / Ad. 2. q. conceptio Christi est quid miraculosum ut articulus fidei. non ut confirmanti

UVA.BHSC

trium ipsius fidei ac proinde non re
quirit quid sit maius miraculum
sed quid sit diuinę sapientię conue
nientius et magis expediens huma
nę saluti. uel R. q. in hoc misterio
non solum attendit miraculum ex
materia conceptus. sed magis ex mo
do conceptionis partus. qr scilicet vir
go concepit et peperit. / Ad. 3. q. corpus
Christi fuit in Adam secundum corpu
lentam substantiam. et non secundum
seminalem rationem et sic originale
peccatum non contraxit.

Ar. 2 Vm caro Christi sumpta
fuerit de Dauid? ~

Et uidetq. non qr Matthaeus usq. ad
Ioseph genealogiam Christi protendit
qui non fuit pater ipsius / 2. qr Aaron
fuit de tribu leui et similiter uidet
beata virgo ut cognata Helisabeth de
tribu leui ut dicit Luce. 1. / 3. qr per
Iechoniam serus generationis texit
de quo dicit Hierem. 22. scribe uirum
istum sterilem. ~ ||

Sed contra Roman. 1. qui factus est
ei ex semine dauid secundum carnem.
Dicendum q. Christus specialiter duo
rum antiquorum patrum dicit filius
scilicet Abrahę. et dauid. Matth. 1. Pri
mo qr ad hos de Christo specialiter promis
sio

fuisse

neq. erit de se-
mine eius qui se
deat super domum
dauid. quod tamen
isai 9. dicit de
Christo super soli
um dauid. s. etc.

ut patet

UVA.BHSC

sio facta est ut genes. 22. et galat. 3
patet et in psalmis. et matth. 21
ossanna filio dauid / 2° qr Christus fu
turus erat Rex, propheta et sacerdos.
Abraham autem sacerdos fuit qui vac
ca triennis iubet immolare gen. 15.
et fuit propheta gen. 20. propheta est
et orabit pro te. dauid autem Rex fuit
et propheta. Tertio qr in Abraham cę
pit circuncisio et in dauid manifesta
ta dei electio circa gentiles. 1. reg. 13
elegit sibi dominus virum iuxta cor
suum " " " "
Ad. 1. Rr cum Augustino 23 contra Fa
ustum. q Maria fuit de semine dauid
sicut et Joseph per quem ordo generatio
nis perducitur / Ad. 2 cum gregorio Nazi
anzeno. et cum Augustino. 26 contra
Faustum q in aliquibus progenitoribus
Marię utraq tribus regia nimirum
et sacerdotalis concurrit. Vnde et Aa
ron primus sacerdos duxit Helisabeth
filiam Aminadab de tribu Iuda / Ad
3. cum Ambrosio super lucam q in il
la auctoritate non negat ex semine
Iechonię posteros nasciturus. et q regna
uit Christus non contra prophetiam est
non enim sęculari honore regnauit ip
se enim dixit regnum meum non est
de hoc mundo.

Ar. 3. vm Genealogia Christi ab
Euangelistis conuenienter texat.

UVA.BHSC

videtur

Et videt q non qr esse contra illud Isa
53. generationem eius quis enarra
bit / 2. qr impossibile est unum ho
minem duos patres habere. ergo in
convenienter Mattheus dicit q Ja
cob genuit Joseph. virum Mariæ. et
Lucas dicit Joseph filium Heli / 3
qr Mattheus ab Abraham usq ad
Joseph quadraginta duas generatio
nes enumerat. Lucas vero incipiens
a Christo ascendendo ad deum septua
ginta septem utroq extremo computa
to / 4 qr Mattheus tres Reges præter
mittit intermedios inter Joram et
Ochoziam

Oziam scilicet Joas et Amasiam ~~[illegible]~~
quod constat 4. reg. 8 / 5. qr omnes qui
in Christi generatione scribuntur matres
habuerunt et plurimi ex eis fratres ha
buerunt. et tamen Mattheus tres tan
tum enumerat matres scilicet Thamar
Ruth et uxorem Uriæ. fratres autem so
lum Judæ et Lechoniæ. et iterum Pha
res et Zaram. quorum nil posuit Lucas.
Sed ~~in contrarium~~ est auctoritas scripturæ
Dicendum. q sicut dicit. 2. ad Timot. 3. o
mnis scriptura sacra est divinitus inspira
ta. et quæ a deo sunt ordinatissimi sunt.
Rom. 13.
Ad. 1. Rx cum Hieronimo q Isaias loquitur
de generatione æterna. Mattheus vero no
quidem explicans modum ineffabilem in
carnationis patres enumerat ex quibus Ch
ristus processit / Ad. 2. vel q Jacob et He
li

UVA.BHSC

li idem est uir binomius. ut Nazian
zenus ex quibusdam refert / uel ut alij
dicunt q. Matthaeus enumerat patres car
nales Lucas uero spirituales ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~. uel q. Christus potest dici filius Heli immo et superiorum
sicut et Ioseph filius nuncupat / uel
Rr cum Augustino. in lib. de quaestion e
uangel. q. alter erat pater Ioseph natu
ralis. alter adoptiuus. uel alter patrem euangelista
nominauit legalem alter naturalem
uel q. alter patrem immediatum. alter
auum aut superiorem decognatis / Ad
3. cum Augustino de consensu euangel
q. Matthaeus stirpem regiam prosequitur
in qua ostendit nostrorum susceptio pec
catorum. Lucas uero stirpem sacerdotalem in qua
eorumdem peccatorum ostendit emun
datio. Vnde Matthaeus descendit. Lucas ue
ro usq. ad deum ascendit narrationem in
cipiens post baptismum Christi / Ad praesen
tem autem uitam significandam fuit
numerus quadragenarius ob quattuor
mundi partes. posset etiam denarius ad
decalogum referri. et quaternarius ad
euangelia. et sic Matthaeus regiam perso
nam Christi commendans 40 personas posuit
ipso excepto. Sed hoc intelligendum est si
sit idem Iechonias. qui ponit in fine secun
di quaterdenarij. et in principio tertij ut
Augustinus uult. nam si sint duo Iechoniae
ut uult Hieronimus enumerant 42 per
sonae. qui numerus ex senario qui laborem
suis

mater
num

UVA.BHSC

huius uite significat) per septenariū
qui significat quietem uitę futurę con
surgit. / Numerus autem .77. persona
rum a luca inductarū. quatenus consur
git ex transgressione denarij (qui signi
ficat legis perfectionem) scilicet ex un
denario septies repetito transgressionē omniū
peccatorū per Christum tollendam denū
ciat / Ad .4. cum Hieronimo q stirpes lo
ram tollit usq ad quartam generationē
(iuxta premissa exod. 20) qr immiscuit
se generi impię Iezabelis / Ad .5. cum Hi
eronimo q mulieres peccatrices enume
rat Mattheus ut ostendat Christum ex
peccatoribus nascentem omnium pecca
ta deleturum. Lucas uero qr expiationē
peccatorū intendebat illas peccatrices nō
nominauit. neq expressit. expressi sunt
autem omnes fratres iudę qr omnes ad po
pulum dei pertinuerunt. non sicut Isma
el et Esau. In Phares autem et Zara gemi
na exprimit uita populorū ut ait Amb
rosius. fratres autem Iechonię ponunt
qr omnes regnauerunt diuersis tempori
bus. quod in alijs regibus non acciderat. uel
qr eorum similis fuit iniquitas et mi
seria.

Art. 4. vm decuerit Christū
nasci de Foemina?

Et uidet q non qr dignior producto sue
formatio esset de viro. sicut et eua de cos
ta viri sumpta est. / 2. qr ex foemina cō
cep

Ꝑ illorum triū intermediorū continuauit impietas

UVA.BHSC

ceptus in utero arctat et et includitur
quod est contra immensitatem dei cœ
lum et terram implentis Hierem. 23/
3. qr ex foemina concepti immundici
am patiunt. unde Iob. 25. dicit num
quid apparere potest mundus natus de
muliere!
Sed contra est. galat. 4 factum ex mu
liere/ Dicendum q licet filius dei potue
rit carnem humanam assumere de qua
cunq materia voluisset convenientissi
mum tamen fuit ut de foemina conci-
peret. Primo ut tota natura humana no
bilitaret sicut dicit Augustinus. lib. 83.
qq. dum virum ex foemina suscepit/ 2
ut ostenderet veritas incarnationis qr
ut ait Ambrosius. secundum naturam de
foemina et in utero foeminæ fuit. Sed supra
naturam de virgine concipit et nascit
ut etiam ponderat Augustinus ad Volusi
anum/ Tertio qr per hunc modum diver
sitas generationis complet dum primus
de limo terræ sine viro et foemina forma
t. eva de viro sine foemina. alij homines
de viro sine foemina. et Christus de foe
mina sine viro.
Ad. 1. Rr. ex dictis cum Augustino de
Agone Christiano/ Ad. 2 cum eodem 23
contra Faustum. et in epistola ad Volu-
sian. q filius dei non est in utero inclusus
sic ut extra non esset in omnibus/ Ad. 3
q in conceptione ex foemina non est aliq

uid

UVA.BHSC

quid immundum quatenus ibi est opus dei, nec Radius solaris desiccans cloacas ab ipsis inficit ut dicit August lib. contra quinque hęress.

Ar. 5. Vm corpus Christi de Purissimis sanguinibus Virginis formatum fuerit?

Et videt q non qr in collecta dicit q deus filium suum de Virgine carnem sumere voluit. sed caro differt a sanguine virginis / 2 qr nec mulier quę miraculose formata est de viro de sanguine ipsius. sed de carne et ossibus formata dicit genes. 2 / 3. qr corpus Christi est iusdem speciei cum corporibus aliorum hominum. quę non formant ex purissimo sanguine. sed ex semine et sanguine menstruo /

Sed contra est Damascenus. lib. 3. Dicendum q cum in Christo ut diximus naturale sit q natus fuerit ex foemina. quę materiam ministrat generationi viro activę concurrente in generatione naturali ex ex sanguine perducto ad quamdam pleniorem digestionem per virtutem generativam matris ut dicit lib. de generat. animalium. similis esse debuit materia ministranda ad corpus Christi in utero virginis non ex viro sed ex spiritu sancto concipiendum

Ad. 1. Rr nullam diminutionem aut corruptionem in Virgine erat causaturus et propterea non ex ossibus et carne Virginis

quę

UVA.BHSC

quę sunt actu partes totius. sed ex san/
guine qui est in potentia ~~pars~~ de toto/
formari debuit corpus ipsius/ Ad. 2 q.
in corpore Adę erat aliquid superfluum
sinon naturę cuius ipse erat principi
um, personę tamen. sed in virgine ni
hil tale/ Ad. 3. q. semen foeminę est
quid imperfectum in ratione principij
generativi. nec omnino ad generatio
nem necessarium. et concupiscibiliter
admiscet. quod longe abesse debuit a ver
bi purissima conceptione. quin et immū
dus sanguis menstruus tanquam superflu
us a natura extra emissus ut de cocti
or sanguis generationi aptet. quę ad
aptatio spiritus sancti virtute superna
turali effecta est ~ //.

caro et pars in potentia

Ar. 6. Vm corpus Christi in an/
tiquis Patribus fuerit secun
dum aliquid significatū?/

Et videt q. sic qr dicit August. 10. su
per genes. q. fuit in Adam et Abrahā
secundum corpulentam substantiā/
2. qr Rom. 2 dicit q. factus est ex semine
David secundum carnem. sed semē //
David fuit aliquid significatum in
ipso/ 3. qr sic nullam maiorem
affinitatem haberet ad carnem Adā,
unde descendit, quam ad alias res –
Sed contra est Augustinus 10. super
ge

UVA.BHSC

gen̄ dicens q. quocunq; modo Chris
tus fuit in Adam. Abraham et in alijs
patribus fuerunt et alij homines. sed
non conuertit. at alij homines nō
fuerunt in antiquis patribus secun
dum aliquam materiam significa
tam. sed secundum originem tantū
ut. in. 1. p. habitum est.
Dicendum q. cum materia corporis Ch
risti non fuerit caro et os beatę Virginis
neq; aliquid quod fuerit pars corporis
eius. et ipse habeat relationem ad an
tiquos patres mediante ipsius Virginis corpore
sequitur q. in ipsis non fuerit secundū
aliquam determinatam partem sig
nificatam. sed tantum secundum ori
ginem. Ad. 1. Rn̄ q. fuit Christus in A
dam secundum corpulentam substanti
am. quasi fuerit Christus in Adam quę
dam corpulenta substantia. sed q. ma
teria quam sumpsit ex Virgine fuit in
Adam sicut in principio activo non au
tem sicut in materiali principio aut
quasi materia illa ad corpus Christi pię
parata aut formata fuerit per virtutē
seminis ab Adam deriuatam / Ad. 2
q. corpus Virginis ex semine maris con
ceptum fuit in Adam et in alijs patri
bus secundum rationem seminalem /
et sic Christus dicit ex semine dauid per
modum originis / Ad. 3 q. ad affinitatem
Christi cum alijs hominibus et identita
tem

actu

in qua quidquid fuit a parentibus acceptum fuit actu pars corporis eius.

sicut corpus matris eius et aliorum hominum corpus

determinata a qua formaret corpus eius

UVA.BHSC

tem in specie sufficit q, corpus eius formatum fuerit ex puris sanguinibus beatę virginis.

Ar. 7. Vm̄ caro Christi in antiquis patribus fuerit obnoxia pecca, et videt q, non qr sapię. 7. dicit q in (to) divinam sapientiam nil coinquinatū incurrit / 2. qr damascenus. lib. 3. ait q, Christus primicias nostrę naturę assumpsit at in primo statu natura humana nō fuit peccato infecta / 3. qr August. 10. sup genes ait q, natura humana semper habuit cum vulnere vulneris medicinam. eius modi autem medicina non videt esse aliud qz aliquid non infectum ex quo est post modum formatum corpus Christi

Sed contra est q, corpus Virginis fuit in peccato originali conceptum. ergo et corpus Christi in patribus fuit peccato obnoxium ad quos habet relationem mediante Virginis corpore.

Dicendum q, cum dicimus Christum secundum carnem fuisse in Adam et in alijs patribus non est sensus q, in Adam peccavit. neqz q, in Adam fuerit aliqua pars aut in alijs patribus non obnoxia peccato ex qua Christi corpus formatum fuerit sed q, tota ~~enim~~ caro antiquorum patrum extitit obnoxia peccato.

Ad. 1. Rr q, Christus non habuit neqz assumpsit carnem peccato infectam / Ad. 2. q, assumpsit primitias quantum ad similitudinem conditionis illius status / Ad. 3. q, in humana natura ante adventum Christi erat peccatum originale in actu. medicina vero in virtute

UVA.BHSC

originis carnis Christi ab illis patribus propagandæ.

Ar. 8. Vm Christus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

Videtur q. sic qr hebr. 7. ex eo probat Apostolus levi fuisse decimatum in lumbis Abrahæ qr in eis erat cum decimas dedit melchisedecho. at sic erat et Christus / 2. qr beata Virgo ibi fuit etiam decimata / 3 qr caro Christi in Abraham fuit obnoxia peccato. et curatione indigens / quæ est ratio decimationis. ut dicit Augustinus. 10 super gen. / 4° qr non derogat dignitati Christi. bene enim stat q. Pater summi Pontificis offerat decimas simplici sacerdoti. et sic decimet in patre quo est longe superior / Sed contra est August. 10. super genes. Dicendum q. Apostolus loco citato ex eo probat levi decimatum fuisse in lumbis Abrahæ qr indigebat curatione et in eo non solum continebat quantum ad originem corpulentæ substantiæ. sed quantum ad seminalem rationem quod in decimatione ostendit in qua decima quæ perfectionis est et terminus numeri perfectiori offert Christus autem perfectissimus fuit et in Melchisedecho figuratus. in lumbis autem Abrahæ continebat non ut indigens curatione. sed

ut

UVA.BHSC

ut vulneris medicina / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. similiter q. beata virgo fuit in lumbis Abrahae secundum seminalem rationem / Ad. 3. q. caro Christi non indiguit curatione nec fuit obnoxia peccato, nisi secundum conditionem quam habuit in suis parentibus. Ad 4. q. sacerdotium leviticum secundum carnis originem derivabat. unde non minus fuit in Abraham, q3 in levi sacerdotium autem Christi non sequitur carnis originem sed gratiam spiritualem

Quaestio 32. De conceptione Christi quantum ad principium activum in 4 art. divi.

Ar. 1. Vm spiritus sanctus fuerit Principium activum conceptionis Christi:

Et videt q. non q. opera trinitatis sunt indivisa ut dicit August. 1. de trinit / 2° q. galat. 4. Pater missit filium suum missio autem et incarnatio sunt idem / 3. q. prov. 9. Sapientia (id est filius) aedificavit sibi domum scilicet templum corporis sui / Sed contra dicit Lucae 1 spiritus sanctus superveniet in te. Dicendum q. licet tota trinitas conceptionem corporis Christi fuerit operata specialiter tamen attribuit spiritui sancto ob tria. Primo ex parte dei. q. est

op9-
ex

UVA.BHSC

eximij amoris eius. Secundo ex parte naturę assumptę ut ostendat quod non fuit ex meritis ipsius. sed ex gratia dei. Tertio ex parte termini incarnationis qui est. quod homo iste conceptus sit sanctus et filius dei. quę omnia et singula edocemur. Ioannis. 3. 1. corint. 12 galat 4. et Roman. 1.

Ad 1. Rr quod opus hoc commune toti trinitati secundum aliquem modum attribuit non solum spiritui sancto. sed et singulis personis. scilicet Patri auctoritas. filio ipsa carnis assumptio, et spiritui sancto formatio corporis: quod innuit Luc. 1. ubi nominat spiritus sanctus et virtus obumbrans (scilicet lux filij cum corpore ut dicit gregor. 18 moralium) et altissimus scilicet pater) Ad 2. quod missio et assumptio sunt idem subiecto sed differunt ratione. quia missio refertur ad personam assumentem. conceptio vero ad corpus assumptum) Ad. 3. quod locus ut dicit August. lib. de quęst. vet et nou. testamenti potest intelligi etiam de ecclesia. si tamen de corpore Christi Rr quod factum spiritus sancti factum filij dei est propter naturę et voluntatis unitatem.

Ar. 2. Vm Christus debeat dici conceptus de spiritu sancto?

Et videtur quod non quia non formavit [illegible] spiritus sanctus

subs

substantia sua / In hoc enim differt ly. de, a ly ex. iuxta Augustinum super illud Rom. 2. ex ipso sunt omnia / 2. qr principium activum in generatione habet se sicut semen. quod non potest spiritui sancto convenire / 3 qr corpus formatum est de virgine maria. non posset autem simul et de spiritu sancto. nisi esset eiusdem cum virgine comistio.

Sed contra Matth. 1. inventa est ante qz convenirent habens de spiritu sancto. Dicendum q̂ ly. de dicit consubstantialitatem ad verbum et efficientiam ad carnem (sicut cum Petrus dicit de suo patre conceptus) ac proinde verissima est propositio / Ad. 1. Rr cum Ambrosio q secundum dicta. corpus Christi dicit ex spiritu sancto conceptum ^ ~~non~~ de spiritu sancto. qr non est ipsi consubstantiale. Ad. 2. cum Chrisostomo et Damasceno q spiritus sanctus potest dici pro semine in quantum divinitas fuit activa virtus conceptionis. sed non quantum ad corporeum seminis. ut negat Hieronimus / Ad. 3. cum August in Enchirid. q de virgine fuit materialiter conceptus. non sic de spiritu sancto. unde hic non habet locum comistio

^ cum ~~Corpus Christi~~ ~~[illegible]~~ Christus ipse ratione corporis dicit conceptus de spiritu sancto

^ sed non proprie

Ar. 3. Vm spiritus sanctus debeat dici Pater Christi secundū carnē?

et

UVA.BHSC

Fuidet q sic qr Virgo dicit mater Christi qr ministrauit materiam. ergo et spiritus sanctus dicet pater qr dat principium actiuum in generatione qr hoc consonat Philosopho lib. de generatione animalium) 2. qr sancti ob formationem mentium spiritualium dicunt filij totius trinitatis. et per consequens spiritus sancti. ergo etc 3. qr deuter. 32. deus dicit pater noster qr fecit et formauit nos. ergo a simili. nunc etc

Sed contra est August. in enchiridio Dicendum q nomina paternitatis maternitatis et filiationis consequunt generationem. non quamlibet sed diuentium et precipue animalium et in similitudinem generantis. Vnde ut ait Augustinus nec capillus dicit filius hominis. nec homo filius leminis. et per consequens ~~ad~~ si sit perfecta ~~gen~~ similitudo erit perfecta filiatio sin minus imperfecta sicut in homine ad deum generantem per creationem et regenerantem per gratiam. illud autem quod dicit de aliquo secundum rationem perfectam non potest dici de eo secundum imperfectam rationem ac proinde Christus filius dei secundum perfectam rationem filiationis neq secundum creationem humanę naturę

ne

UVA.BHSC

neq; secundum iustificationem po-
test dici filius spiritus sancti aut to-
tius trinitatis.
Ad 1. Rr q. Christus conceptus est de
spiritu sancto sicut de activo principio
non tamen secundum similitudinē
speciei / Ad 2. q. ibi in sanctorum for
mationibus est similitudo imperfecta /
et similiter Rr ad 4m. /-

Ar. 4 Vm Beata Virgo aliquid active egerit ad conceptionē corporis Christi.

Et videt q. sic. qr Damascenus in. lib
3. ait q. spiritus sanctus tribuit virgi-
ni virtutem generativam, sed passi
vam habebat a natura, sicut et quęli
bet foemina ergo data est ei activa //
2. qr omnes virtutes animę vegeta
bilis teste comentatore in. 2. de animā
sunt activę. sed potentia generativa
tam in mari, qz in foemina pertinet
ad animam vegetabilem. ergo / 3. qr
foemina ad conceptionem materiam
ministrat, ex qua naturaliter corpus
prolis formatur. at natura est princi-
pium motus intrinsecum. ergo activū
Sed contra est q. corpus Christi non est for
matum secundum aliquam rationem
seminalem humanam ut ponderat Au
gust. 10. super genes
Dicendum q. cum beata Virgo non accepe
rit

UVA.BHSC

rit ut sit pater Christi sed mater conse
quens est q, non acceperit potentiam ac
tiuam (neq; naturalem ex parte mate
rie ministrate neq; supernaturalem ob
defectum seminis resoluti quod ibi no
fuit) ut quidam putauerunt, sed solam
materiam ad ipsius conceptionem mi
nistrauit. operata tamen est aliquid
actiue ante conceptionem preparando
materiam ut esset apta conceptui
Ad 1. Rr q, damascenus explicat ibi
tria priuilegia huius conceptionis Pri
mum q, fuerit sine peccato originali:
Secundum q, non fuerit puri hominis.
sed dei et hominis. et Tertium q, fuerit
virginis et hoc est quod spiritus sanctus
dedit ei virtutem generatiuam non
quidem actiuam sed passiuam manē
do cum virginitate / Ad. 2 q, sicut dicit
in. 2. phys. ars inferior disponit mate
riam et superior inducit formam. et
sic uirtus generatiua foemine preparat
materiam. virtus autem actiua maris
format materiam preparatam / Ad. 3
q, ad hoc ut transmutatio sit naturalis
non requirit q, in materia sit principiū
actiuum. sed sufficit passiuum -/~//.

Quaestio. 33. De modo et ordine
conceptionis christi in 4 ar. diui
Ar 1. vm corpus christi fuerit for
matum in primo instanti concep
tionis.

UVA.BHSC

et videtur q. non. qr August. 4. de trin. et lib. 83. qq. illum numerum 46 annorum quibus templum edificatum dicit Ioan. 2. ad dies formationis corporis domini applicat / 2. qr delatio sanguinis sive materie ad locum generationis fit per motum localem et per consequens in tempore / 3 qr in transmutatione de sanguine que est materia ad carnem sunt duo instantia inter que est tempus / 4 qr virtus generativa sicut et augmentativa requirit tempus in suo actu qr utraq est naturalis /

Sed contra est Gregorius in. 18. moral

Dicendum q. ad formationem corporis Christi in ipso generationis loco precedit delatio materie. et subsequitur augmentum formati corporis. et hec duo fiunt in tempore qr fiunt cum motu. sed ipsa corporis formatio ex materia iam in debito loco constituta fit in instanti. Primo qr fit a virtute infinita spiritus sancti. Secundo qr alias tota conceptio non attribueret persone filij si ante perfectam formationem aliquod tempus conceptionis precessisset.

Ad. 1. Rr q. Augustinus intelligit conceptionem cum augmento. et sic illud tempus congruit novem mensibus quibus Christus fuit in utero matris / Ad. 2. patet. ex dictis / Ad. 3. q. primum instans esse carnis est terminus precedentis temporis et transmutationis / Ad 4 q. hic virtus generativa est super

UVA.BHSC

pernaturalis et infinita scilicet spiritus sancti. augmentatiua uero est uirtus finita et naturalis animę Christi.

Ar. 2. Vm Christi corpus fuerit animatum in primo instanti suae conceptionis?

Et uidet q non qr leo papa dicit ad Julianum q caro Christi non erat alterius naturę qz nostrę. nostra autem non animatur in primo instanti) 2. qr anima requirit determinatam quantitatem ad sui infusionem. quę paulatim acquirit) 3. qr prius est in generatione hominis esse viuum. et deinde esse animal. et tandem esse hominem ut dicit in lib. de gener. animalium) Sed contra dicit Damascenus lib. 3. Dicendum q cum Christus conceptus fuerit de spiritu sancto, dum corpus concipiebatur erat a deo assumptum. assumptum autem est mediante anima ac proinde in primo conceptionis instanti animatum.

Ad. 1. Rr q licet anima non fuerit infusa in corpus Christi nisi dispositum iam et formatum ut in aliis hominibus accidit. corpus tamen Christi prius tempore qz alia corpora formatum est. / Ad 2 q illa quantitas habet latitudinem secundum q nascituri homines sunt futuri

ma

UVA.BHSC

10 maiores corpore aut minores. et in Christo fuit quę ad animationem suffecit et sufficeret homini parvo / Ad 3. q. dictum Philosophi procedit in alijs hominibus in quibus materia corporis paulatim perficitur et formatur.

Ar 3. Vm corpus Christi in Primo instanti suę conceptionis fuerit a verbo assumptū?

Et videtur q. non quia caro Christi post conceptionem esse incepit / 2 quia caro in termino conceptionis fuit concepta ergo in alio postmodum termino assumptionis fuit assumpta / 3. quia in omni generato prius tempore est id quod est imperfectum eo quod est perfectum. ergo et conceptio quam assumptio Sed contra omnino est August. lib de fide ad Petrum / Dicendum q. est contra fidem asserere carnem Christi prius fuisse conceptam, quam a verbo assumptam. quia sic ex consequenti concedendum esset q. assumpsisset hypostasim existentem. / Ad 1 Rr q. ibi simul fuit concipi et conceptum esse per verbi incarnationē ut ait Augustinus loco citato, et per hoc Rr ad 2 / Ad 3. q. in misterio incarnationis non consideratur ascensus quasi alicuius pręexistentis proficientis ad unionis dignitatem ut dixit Photinus, sed potius con-

UVA.BHSC

considerat ibi descensus secundumq perfectum dei verbum. imperfectionem naturę nostrę sibi assumpsit. iuxta illud Ioannis. 6. descendit de coelo.

Ar. 4. Vm conceptio Christi fuerit naturalis vel miraculosa?

Et videt q naturalis qr secundum conceptionem carnis Christus dicit verus et naturalis filius hominis / 2. qr virgo quę est pura et naturalis creatura ipsum concepit / 3. qr ad transmutationem naturalem sufficit ut dictum est principium passiuum naturale ~

Sed contra est Dionisius in epistola ad Gaium monachum. " " "

cum Ambrosio lib. de incarnatione

Dicendum q quamuis secundum quid scilicet ex parte materię possit dici hęc conceptio naturalis. simpliciter tamen est supernaturalis scilicet ex parte actiui principij quod se habet ad modum formę. et agens dignius est passo.

Ad. 1. Rr. q dicit filius naturalis quantum ad naturam assumptam sed non quantum ad modum assumendi / Ad 2 q conceptio attribuit virgini non tanqz principio actiuo. sed tanqz ministranti materiam / Ad 3. q sufficit. quando tale principium passiuum mouet a consueto principio actiuo proprio.

Quaestio. 34 De perfectione prolis conceptae in quattuor art. diui

Ar

UVA.BHSC

Ar. 1. Vm Christus in Primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam.

Et videt q. non. qr. 1. corint. 15. dicit non prius quod spiritale, sed quod animale / 2 qr sanctificari videt dicere ablutionē a peccato. 1. corint. 6. / 3 qr sicut per verbum dei facta sunt omnia. sic per verbum incarnatum omnia sunt sanctificata. sed verbum per quod facta sunt ut dicit August. 1. de trin. non est factū ergo nec per quod sanctificata sunt sanctificatum. Sed contra dicit luc. 1. et Ioā 10 quem pater sanctificavit.

Hebr. 2 /

Dicendum q. cum abundantia gratiæ in animam Christi deriuet ex ipsa unione verbi. Ioannis. 1. et in primo instanti corpus ipsius fuerit animatum et a verbo assumptum fit consequens ut in primo instanti suæ conceptionis Christus habuerit plenitudinem gratiæ.

Ad 1. Rr q. procedit de proficientibus ad spiritualitatem. in Christo autem a principio descendit perfecta spiritualitas /

Ad 2. q. sanctificari contingit uel ex opposito contrariæ (scilicet peccato ut in nobis) uel ex opposito ex priuatiue aut negatiue. et sic contingit in Christo. qui factus est secundum hominem sanctus ex non sancto, non priuatiue quasi aliquando fuerit homo et nō sanctus. sed negatiue qr quando no fuit homo non habuit sanctitatem humanam

sicut album fit ex nigro. uel ex non albo

cum

UVA.BHSC

cum tamen simul fuerit factus homo
et sanctus homo . quod ponderat gregor
18 moral . in illud Lucæ . 1 . quod enim
ex te nascet sanctum / Ad . 3 . q humani
tas Christi ad sanctificandum est instru-
mentum movens motum . et sic sancti dej
ficat et sanctificat . Verbum autem ad
creandum non est instrumentum Patris
aut divinitatis .

Ar . 2 . Vm Christus in Primo ins
tanti habuerit usum liberi arbitrij
et videt q non qr prius est esse qz o (ij
perarij / 2o qr usus liberi arbitrij est elec
tio . hæc autem præsupponit consilium
ut dicit in . 10 . ethic / 3 . qr usus liberi ar
bitrij est actus voluntatis et rationis
sive intellectus . eiusmodi autem actus
supponit actum sensus cum membrorum
organizatione quæ non fuit in primo ins
tanti . Sed contra est August . in lib de
trinit asserens q in Primo instanti fuit
perfectus homo .

Dicendum q cum Christus in Primo ins
tanti secundum hominem fuerit ultimã
te perfectus . et talis perfectio non in potẽ
tia aut in habitu sed in operatione con
sistat intellectus scilicet et volunta
tis (quæ multo melius qz visio oculorum)
in instanti haberi potest . in Primo instan
ti habuit actum liberi arbitrij -

Ad . 1 . q esse est prius natura non tempo
re . nam ignis in primo instanti suæ gene
rationis illuminat . et incipit calefacere

Ad

UVA.BHSC

Ad 2. q. deliberatio consilij praeexigit propter inquisitionem incerti Christus autem habuit certam omnium scientiam et sic in primo instanti eligere potuit / Ad 3. q. Christus secundum scientiam infusam non indigebat converti ad phantasmata. Sed tamen etiam potuit esse in eo operatio sensus in primo instanti suae conceptionis in quo habuit animam rationalem in corpore iam organizato. Et hoc praecipue quantum ad operationem tactus quo sensu sentit proles in alijs hominibus antequam habeat animam rationalem ut dicit in lib de gener animalium.

~~tactus~~ praecipue tactus.

animatae

Ar. 3. Vm Christus in Primo instanti suae conceptionis mereri Potuerit?

Et videt q. non qr liberum arbitrium eodem modo se habet ad merendum et demerendum. Sed diabolus in primo instanti sui esse non potuit peccare ergo nec Christus mereri / 2. quia quod convenit aut inest homini in primo instanti, est naturale. ergo non meritorium / 3. qr sic nihil postea meruisset cum ab illo instanti fecisset cadentia sub merito sibi debita /

Sed contra est August super exod affirmans animam Christi non profuisse in merito / Dicendum q. cum sanctifi

ca

UVA.BHSC

catio quę fit per actum proprium
liberi arbitrij sit perfectior. et per se
q̃ quę fit per actum alterius. et Chris
to perfectissima sanctificatio conue
niat in primo instanti suę conceptio
nis tanq̃ sanctificatori aliorum. in pri
mo instanti per actum proprium libe
ri arbitrij sanctificatus est.
Ad. 1. Rr q liberum arbitrium ad bo
num habet se naturaliter et per se ad
malum autem per modum defectus
et pręter naturam. et ideo non potest
moueri ad malum peccando in primo
instanti, si tamen natura sit integra
Ad. 2. q procedit de illo quod est homi
ni naturale secundum communem na
turę cursum / Ad. 3 q nihil inconue
nit q aliquid alicui ex pluribus causis
debeatur et fiat suum. et sic immorta
litas Christo quamuis non fieret magis
debita.

Ar. 4 Vm̃ Christus fuerit perfect
comprehensor in Primo instan
ti suæ conceptionis.

Et uidet q non qr meritum pręcedit
premium pręcipue beatitudinis / 2 qr
Lucę ultimo dicit hęc oportuit Christu
pati. et ita intrare in gloriam suam. at
in primo instanti nil illorum passus erat
3. qr esse semper beatum non conuenit homini
ne

semper

UVA.BHSC

neq; angelo ergo videtur esse proprium deo. ergo non conuenit Christo secundum q. homo / Sed contra est glossa ad hunc sensum explicans illud psalmi beatus quem elegisti et assumpsisti —

Dicendum q. gratia non est data Christo ad mensuram sed plenior q. omnibus etiam comprehensoribus et quoniam gratia illa non fuit sine actu consequens est q. actu fuerit comprehensor Ad 1. Rr q. Christus non meruit gloriam animę de qua nunc loquimur / Ad 2. similiter / Ad 3. q. Christus ex hoc q. fuit deus et homo in sua humanitate habuit aliquid pręcęteris creaturis ut scilicet statim a principio esset beatus.

Si enim fuissent conditi beati post modum non peccassent —

in primo instanti —

Quæstio 35. De Natiuitate Christi in octo articul diuisa.

Ar. 1 vm natiuitas sit naturæ uel Personæ. —

Et uidetur q. naturę qr Augustinus de fide ad Petrum dicit q. naturę diuinę conuenit concipi et nasci ex humana natura ergo multo magis conuenit ipsi naturę humanę / 2. qr nomen naturę secundum Philosophum in 5. meta. a nascendo sumptum est / 3. qr in natiuitate Christi natura ipsa humana et non persona incepit esse / Sed contra dicit Damasc. lib. 3. q. hypostasis personę est non naturę. Di-

UVA.BHSC

Dicendum q. nasci est quoddam genera
ri. generat autem aliquid ut sit et sub
sistat quod proprium est hypostasis
naturę vero quę significat ut forma
conuenit ut termino et ut quo aliquid
est et in quo subsistit. et ita dicit in. 2
phys. q. natiuitas est uia in naturam.
Ad 1. R. q. propter identitatem accipit ibi
Augustinus naturam diuinam pro hy
postasi / Ad. 2. q. motus non denomina
t a subiecto, quod mouet sed a forma
ad quam terminat / Ad. 3. q. natura
proprie loquendo non incipit esse sed ma
gis persona in natura.

Ar. 2. Vm attribuenda sit Christo
aliqua natiuitas temporalis?
et. videt q. non qr ab ęterno fuit / 2. qr
qr ab ęterno fuit perfectus. ergo natiuita
te temporali non indiget / 3. qr natiuitas
conuenit personę. at in Christo est una tan
tum persona / Sed contra est Damascenus
Lib. 3. / Dicendum q. cum natura sig co
paret ad natiuitatem sicut terminus
ad motum et in Christo sint duę naturę
ex consequenti sunt duę natiuitates ę
terna scilicet et temporalis.
Ad. 1. R. cum Augustino contra Felicia
num q. si fingeremus (ut quidam) ani
mam generalem in mundo quę cuncta
uiuificet. illa unita particulari materię
cum sit alterius substantię unum subsis
tens efficeret / Ad. 2 cum Cyrillo contra Nes
to

cum antea prę
existeret

UVA.BHSC

torium dictam obiectionem ponentem q. filius dei propterse minime indiguit secunda natiuitate. Sic enim fatuum esset, et indoctum, sed propter nostram salutem ex muliere procedens / Ad. 3. q. in uno supposito possunt esse plures transmutationes aut motus secundum differentiam terminorum. quamuis eterna natiuitas non est motus. sed significatur ut motus / Ad. 4. q. Christus benedicit bis natus. in tempore scilicet. et eternitate que sunt differentes durationes, sicut et bis currit. qui duobus differentibus currit / temporibus quamuis hec duo tempora sint eiusdem rationis. et durationis.

Ar. 3. Vm secundum temporalē Christi natiuitatem Beata Virgo possit dici mater Christi?

Videtur q. non qr ministratio materie nō sufficit ad maternitatem, alias lignum diceret mater scanni / 2 qr mirraculosa generatio non sufficit ad paternitatem aut maternitatem, sic enim Adam diceretur pater eue / 3. qr ad matrem ~~ut dicit Damascenus lib. 3~~. pertinet decisio seminis que ibi non fuit ut ponderat Damascenus lib. 3. Sed contra omnino dicit. Matth. 1. Christi generatio sic erat / Dicendum q. cum corpus Christi non fuerit de coelo allatum ut mentitus est Valentinus. sed de purissimis sanguinibus Virginis desumptum hoc sufficit ad rationem matris Christi.

Ad. 1. Rr q. maternitas aut filiatio non re

pe

UVA.BHSC

perit nisi in generatione viventium a
quæ proprie nativitas dicit / Ad 2 cum
Damasceno lib. 3. q. nativitas illa ex par
te matris fuit naturalis / Ad. 3. q. sicut
dictum est resolutio seminis ex semine
non pertinet ad necessitatem conceptio
nis.

Ar. 4. Vm beata Virgo debeat dici mater Dei.

Et videt q. non q. nunq. hoc exprimit
in sacra scriptura sed quando magis dicit
mater Christi aut pueri. matth. 1. / 2 q.
natura divina non accepit initium essen
di ex Virgine / 3. q. nomen deus comuni
ter prædicat de tribus divinis personis. et
si diceret mater patris et spiritus sancti
sed contra definit in ephessina synodo
ex doctrina cyrilli " "
Dicendum q. concipi et generari convenit
hypostasi secundum naturam humanam
quam assumpsit. nomen autem Deus na
turam in hypostasi importat. ac proinde
cum secundum humanam naturam ex Vir
gine conceptus fuerit et genitus. Virgo con
tra Nestorium et Photinum secundum fidem
dicenda est mater Dei ~ // ~ // ~ // ~ //
Ad 1. Rr contra Nestorium q. in scriptura in
venit expresse q. Iesus Christus est verus deus
1. Ioan. ultimo et q. est mater Iesu Christi
matth. 1. et Roman. 9 dicit q. ex iudæis est
secundum carnem Christus. scilicet median
te Virgine / Ad. 2. contra Nestorium ex cyril
lo. q. in humanis etiam homo est pater filij
sui cum animam non genuerit rationalem /
Ad. 3. q. licet by Deus sit comune nomen tri
bus supponit tamen quandoq. pro una quan
doq. pro alia persona. et sic in præsenti proper

UVA.BHSC

sona filij incarnata ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~

Ar. 5. Vm in Christo sint duę filiationes.

Et videtur quod sic quia nativitas est causa filiationis. sed in Christo sunt duę nativitates. ergo / 2 quia non est filius matris filiatione ęterna. ergo alia temporali / 3. quia unum relativum specificat ex altero. sed ~~in~~ christus dicit filius patris ęterni, et matris temporalis. qui sunt termini omnino diversi ergo) Sed contra est damascenus lib. 3. quia ea quę sunt personę (qualis est filiatio) non plurificant in Christo.

Dicendum quod ex parte causę scilicet nativitatis duę sunt relationes filiationis in christo quia sunt duę nativitates. altera tamen earum relationum Nimirum ad matrem est rationis quia ex tempore advenit. quamvis realiter dicatur filius (sicut et dominus) ob realem respectum matris ad ipsum. Si tamen attendamus ad subiectum sive hypostasim unica est ~~relatio~~ filiatio realis. unitas enim eius a subiecto sumitur. nec diversificatur ex pluribus terminis cum causę relationum sunt eiusdem speciei. unica enim relatione refert unus pater ad plures filios. et unus dominus ad plures servos. aut magister ad plures discipulos si habeat eamdem potestatem

diversę speciei sive naturę

aut

UVA.BHSC

aut eandem scientiam doceat ~
Ad. 1. Rr q. non est ibi nisi una relatio
realis qr subiectum non est capax rela
tionis realis de nouo aduenientis. ne
q3 potest esse susceptiuum realis rela
tionis ratione humane nature. qr hu
mana natura nullo modo est subiecta
filiationi. sicut aliquo modo est sub-
iecta natiuitati / Ad. 2. q. filiatio e
terna non dependet a matre tempo
rali. sed huic filiationi eterne cointel
ligit quidam respectus temporalis de
pendens a matre / Ad. 3. q. bene stat q.
ex parte unius extremi sit una relatio
et ex parte alterius plures. ut in uno
filio qui unica relatione refert ad pa
trem et ad matrem. in quibus sunt due
relationes specie differentes qr alia ra
tione pater alia ratione mater est gene
rationis principium

realiter ra
tione distinc
ta

Ar. 6. Vm Christus natus fue
rit sine dolore matris. ~
Et uidet q. non qr sicut mors ita et do
lor partus sequit ex peccato primorum
parentum ut gen. 2. et 3. constat. sed
Christus mori uoluit. ergo et cum dolo
re nasci / 2. qr finis uite (qui in christo
fuit cum dolore) proportionat principio /
3. qr in lib. de ortu saluatoris dicitur q.
ad Christi natiuitatem obstetrices occur

re

UVA.BHSC

rerunt. quod nisi ob dolorem partus non fuisset. Sed contra est Augustinus in serm. de Natiuitate.

Dicendum q. dolor partus causat ex apertione meatuum per quos proles egredit. eiusmodi autem apertio non fuit in Virgine sed mira iocunditas. ut dicit Isai. 35. germinans germinabit lętabunda et laudans.

Ad. 1. Rr q. dolor partus in muliere consequitur comistionem virilem. et sic gen 3. post q3 dicit in dolore paries, subdit et sub viri potestate eris. a qua sententia excipit Virgo Mater dei. ut docet Augustinus in serm. de assumptione. Christus vero spontanee pro nobis mortem subijt.

Ad. 2. q. dolor matris non faciebat ad satisfactionem. quam dominus pro nobis daturus venerat / Ad. 3. cum Hieronimo contra Elbidium q. liber ille apocriphus est. et constat Lucę. 2. qr Virgo pannis infantem inuoluit. et posuit in prę sepio.

Ar. 7. Vm Christus debuerit in Bethleem nasci.

Fuidet q. nō. qr Isai. 2. de syon dicit exibit lex. et verbum domini de Hierusalem / 2 qr Matth. 2. Nazareus vocabit. et sumit ex Isai. 11. flos de radice eius ascendet, maxime qr ibi fuit conceptus et nutritus / 3. qr. Ioan. 18. ad hoc natus est ut

scilicet in Nazareth.

UVA.BHSC

ut testimonium perhiberet ueritati
Hoc autem cōmodius fieret si nasceret
Romę quę erat caput orbis –
Sed contra dicit Micheę 5. et tu Beth
leem ephrata, ex te mihi egrediet domi-
nator in israel. ”–
Dicendum q. congruit Christum nasci in
Bethleem. primo qr fuit ex dauid Beth
leemita secundum carnem cui facta est
Rom. 1 de eo promissio. 2. reg. 23. Secundo qrit
dicit gregor in homilia Bethleem domus
panis interpretat. ipse autem Christus est
panis uiuus, qui de coelo descendit. ”–
Ad 1. R. q. et dauid sedem Regni et tem
plum sacerdotale in Hierusalem posuit
et Christus ob humilitatem paruam Beth
leem elegit natiuitati. et magnam Hi
erusalem opprobrio passionis / Ad 2 q.
q. Christus florere uoluit secundum uirtuo
non secundū carnis originē / sam conuersationem. et sic in Nazareth
educari et nutriri. et in alieno nasci ut
gregorius dicit et Beda. per naturam qu
am assumebat / Ad 3 q. tam ex parte lo
ci q̄ parentum humilitatem elegit Chri
stus ad nascendum ut diuinitati victo
ria tribueret non liuium aut parentū
potentię. quamuis et Romam postea quę
erat caput mundi caput suę ecclesię
statuit ut per infirma confundat fortia
ut habet. 1. corint. 1. et Isai. 26 /

Ar. 8. Vm Christus fuerit congr
uo tempore natus?

et

UVA.BHSC

Fuidet q. non. qr venit liberare et natus est tempore seruitutis et orbis subtributo constituti Lucę. 2 / 2º. qr ut dicit Roman. 9. promissiones non erant factę gentibus at natus est dominante Hero de alienigena Matth. 2 / 3. qr uenit operari dum dies est ut ipse dicit Ioan. 9. et tempus pręsentię ipsius in mundo diei comparat. ergo potius in estate quando dies sunt longiores nasci debuisset q̃ octauo Kal. Ianuarij

Sed contra galat 4 cum uenit plenitudo temporis ettj / Dicendum q. alij homines nascunt subiecti dispositioni temporis Christus autem tanq̃ dominus et conditor temporis sicut locum et matrem sic ordinatissime tempus suae natiuitatis elegit

Ad. 1. Rr q. congruit ut qui mortem moriendo erat destructurus. ob nostram libertatem censui et seruicio Cęssaris subderet. Secundo qr tempus illud sub uno principe gubernante fruebat magna pace quam Christus afferebat mundo. ephes. 2. et Tertio qr tempore unius Principis congruebat nasci, qui omnes uenerat congregare in unum / Ad. 2. q. natus est illo tempore ut prophetia Iacob. gen. penultimo impleret. Scilicet non auferet sceptrũ de Iuda ettj. et ut infirmitati iam insanabili non per prophetas. sed per Christum succurreret ut super Matth. ait Chrisost

Ad

UVA.BHSC

Ad. 3. q. nascit quando lux dei incremē
tum incipit accipere. et nos per ipsum
ut dicit in. quest. uet. et noui testamē
et tempore hyemis ut iam tunc pro no
bis inciperet carnis afflictione uexarj.

Quaestio. 36. De manifestatio ne Christi domini nati in 8. articulos diuisa.

Ar. 1. Vm̄ natiuitas Christi de buerit esse omnib9 manifest.

Et uidet q. sic qr impletio debet promis
sioni respondere qua in psalmo dicitur
deus manifeste ueniet.) 2. qr. 1. Timo
1. dicit q. uenit peccatores saluos facere
hoc autem non fit nisi in quantum gra
tia dei eis manifestat. iuxta illud Tit
1. apparuit gra. dei. et s. n. omnib9. ho
erudiens nos) 3. qr deus super omnia
pronior est ad miserendum. sed secundus
aduentus ad iuditium erit manifestus
ergo et primus debuit esse notus omnib9
sed contra habet. Isai 45. et 53.
Dicendum q. aduentus siue natiuitas Ch
risti non debuit omnibus esse manifesta
Primo ne impediret humana redemptio
dum manifeste cognitus non fuisset cru
cifixus. 1. cor. 2. Secundo qr diminutū
fuisset meritum fidei quo iustificamur
Rom. 3. / Tertio qr per hoc ueniret in du
bium ueritas humanitatis eius ut Augus
ad Volusianum ait. si infantiae signa non de
disset

Ad.

UVA.BHSC

Ad. 1. cum glossa ibi q locus intelligit de aduentu ad iuditium / Ad. 2. q paulatim postea erant homines per Christum erudiendi vnde Matth. ult. dicit ite docete omnes gentes / Ad. 3. q auctoritas iudicantis debet esse manifesta. Primus vero aduentus fuit ad hominum salutem per fidem

Post resurrectionem.

Ar. 2. Vm Natiuitas Christi debuerit aliquibus manifestari?

Videt q nulli. qr omnes per fidem occultam venit saluare / 2. qr natiuitas futura manifestata est Marie et Ioseph ergo nulli postea oportuit eam manifestare / 3. qr inconuenienter manifestat id ex quo turbatio Hierosolime. et occisio infantium innocentium secuta est Matth. 2) Sed contra est q si nulli fuisset manifestata non fuisset proficua. Dicendum q ad prouidentiam diuine sapientie pertinet q diuina misteria non omnibus ex equo fiant nota sed inferioribus per superiores. ut de resurrectione constat act. 10. Et similiter de Natiuitate dicendum / Ad. 1. Rr q etiam fuisset in detrimentum salutis humane si nulli natiuitas nota fuisset. qr fides ex auditu est / Ad. 2. q Marie et Ioseph fuit illa manifestatio facienda ut reuerentiam et obsequium exhiberent proli. alijs vero qr Marie et Ioseph tanqz domesticorum posset reddi suspectum / Ad. 3. q illa turbatio congruens

UVA.BHSC

ens fuit Natiuitati. Primo qr sic ma
nifestata est coelestis Christi dignitas ut
gregorius in Emilia dicit. Secundo qr in eo
prefigurabat iudiciaria Christi potestas
ut ait Aug. serm. de epyph. Tertio qr pre
figurabat deiectio regni diaboli (ut dicit
leo Papa serm. de Epyphania) qui ma
gis in Herode turbabat magnitudinem
nati perpendens. Iudei autem turbant
(et si gaudere debuerunt) qr ut ait Chris
ost. de aduentu iusti non gaudent iniqui
aut qr uolebant fauere Herodi quem time
bant. Innocentium autem neces in eorum
successit profectum ut ponderat August
in serm. de epyphania.

Ar. 3. Vm illi sint conuenienter
electi quibus est Christi natiui
tas manifestata?

Et iudet qr non qr Matth. 10. precipit
dominus in uiam gentium ne abie
ritis. ergo non fuit a principio natiuitas
reuelanda gentilibus, qui ab oriente ue
nerunt Matth. 2 | 2. qr Iob. 36. ma
nifestatio diuine ueritatis amicis fieri
debet. at magi et arioli tanqz inimici
sunt fugiendi. Leuit. 19 | 3. qr Christus
uenit totum mundum liberare Mala
chie. 1. ergo non solum in oriente posi
tis debuit manifestari | 4. qr omnia
sacramenta uetera erant figura Christi
at illa ministrabant ministerio sacerdo
tum legalium. ergo sacerdotibus potius in
tem

UVA.BHSC

templo q3 Pastoribus in agro natiuitas debuit manifestari / 5. qr Christus ex virgine paruulus natus est. ergo virginibus potius et iuuenibus q3 viduis, senibus et coniugatis. ut Simeoni. et Annae debuit manifestari.

Sed contra Ioan. 13. ego scio quos elegerim

Habet Dicendum q, ut colos. 3. salus communicanda per Christum ad omne hominum genus pertinebat. et ad hoc significandum in sui natiuitate omnibus conditionibus hominum est manifestatus ut ponderat August serm. de epyphania.

Ad. 1. q, illa manifestatio fuit quedam prelibatio plene manifestationis future. et sic facta est primo pastoribus Iudeis / Ad. 2. cum Augustino q, et imperitos pastores et magos sapientes et iniquos uenit in unum lapis angularis unire quamuis quidam magos non a maleficijs sed a scientia astrologie sic a prid. Persas uocari affirment / Ad. 3. cum Chrisost. q, uenerunt ab oriente qr ibidies nascit; uel qr ab oriente scilicet Christo ipso omnes veniunt ad ipsum. ad litteram uero uenerunt ab oriente. idest ab ultimis orientis partibus secundum quosdam. uel a vicinis partibus Iudee que tamen sunt regioni Iudeorum ab oriente / Rome etiam fluxit oleum. et in Hispania apparuerunt tres soles in unum coeuntes

Zachar 6

et

UVA.BHSC

et alibi alia signa credibile est data fuisse) Ad. 4. cum Chrisosthomo q angelus pastores simplices et non male uolos de natiuitate edocet. preterq3 q per Pastores ecclesie doctores prefigurabant) Ad. 5. cum Ambrosio q generatio domini etiam a senioribus et iustis accipere debuit testimonium. quibus ob eorum iustitiam magis credebatur

Iudeos

Ar. 4. Vm Christus natiuitatē suam per se ipsum manifestare debuerit?

Et uidet q sic qr causa que est per se potior est q3 que est per alios ex 8. phy. 2°. qr eccl. 20. in thesauro abscondito et sapientia inuisa nulla est utilitas ergo per se per opera et facta debuit manifestare) 3. qr in lib de infantia Christi dicit q in sua infantia multa miracula fecit).

Sed contra est leo papa de magis ipsū dominum sicut paruulum inuenientibus. Dicendum q oportuit natiuitatem Christi sic manifestari ut demonstratio diuinitatis eius fidei humanitatis non preiudicaret. ac per consequens per quasdam creaturas facta est) Ad. 1. Rr q in uia generationis et motus oportet per imperfecta ad perfectū peruenire. et sic non statim Christus se

per

UVA.BHSC

per se ipsum manifestauit.) Ad. 2. / q. ad sapientiam pertinet tempore oportuno se ipsam manifestare ut dicit eccli. 20 / Ad. 3. q. liber ille est apocryphus immo ut ait Chrisost. in Ioannē Christus non fecit miracula antequā aquam conuertit in vinum q. phantasma putaret incarnatio. Sic iam a principio esset manifestatus in Israel, quin et Iudei liuore inuidie accensi ante tempus ipsum crucifixissent.

tacere et

Ar. 5. vm̄ Natiuitas Christi debuerit per angelos et stellā manifestari.

Et uidet q. nō q. angeli sunt spiritus qui ad carnem non pertinent / 2 q. Iusti ut Symeon et Anna magis cognati sunt angelis, et tamen pastoribus et nō illis per angelum manifestata est natiuitas / 3. q. per stellam tribuit occasio erroris existimandi scilicet sidera hominibus dominari / 4 q. stella in certum signum uidet ad manifestādam Christi natiuitatem.

Sed contra deuter. 32. dei perfecta sunt opera / Dicendum q. per assueta et notiora (his quibus fiebat) manifestationē natiuitatis fieri oportuit. Spiritualibus scilicet et locutionibus angelorum assuefactis per angelos. illis uero qui corporalibus et

iudeis nimirū (precipue sanctis) et tanquā ratione utentibus

UVA.BHSC

et astrorum considerationi incum
bebant per corpora. et coelestia signa
qr et misterium coeleste et diuinum
erat. et precipue per stellas quia se
men promissum Abrahe stellis est
comparatum. de quibus edocemur act
7. Luce. 2. et ab Augustino serm de
epyphan. et a Chrisosthomo. et grego
rio in quadam homilia.
Ad. 1. R. q. humanitas tanq3 manifes
ta. manifestatione non indigebat. sed
diuinitas sic per angelos fulgidos deimi-
nistros / Ad. 2 q. iustis ob sui perfectio
nem sufficiebat interior instinctus spiri
tus sancti / Ad. 3 cum Augustino con
tra Faustum q. immo error pellit dū
stella ipsa ad puerum uenit et non ipsū
trahit. et idem docet Chrisosthomus qr
astronomi non ab stellis sed ab hora na
tiuitatis auspicant. hic e conuerso / Ad
4 cum Chrisosthomo q. ex libris Apocriphis a
tempore Seth ex eius nomine hec stella exp
tabat in qua puerulus apparuit. uel cum
lib. question. uet. et noui test. q. a tempore
Balaam qui de ea predixit numer. 24 quo
rum magi astris dediti successores erant /
uel cum Augustino serm de epyph. q. angelus
uisa stella eos interius moniuit: uel cum
Leone serm de epyphan. q. intus etiam ma
gos fulgentior ueritatis radius illuminauit
et impulit.

Ar. 6. Vm Christi natiuitas conue
niente ordine fuerit manifes
tata?

UVA.BHSC

et videt q. non qr Prius iustis (v. g. symeo
ni) tanquam propinquioribus et magis
expectantibus debuisset innotescere. ut de
sapientia dicit. sapie. 6. / 2 qr ut dicit Au
gust. magi sunt primitie gentium. sed
primo intrat ad fidem plenitudo. ergo prius
magis fuit natiuitas manifestanda / 3
qr Herodes secundum tempus quod ex
quisierat a magis a bimatu et infra oc
cidit pueros. ergo videt q. post duos annos
magis fuerit natiuitas manifestata
tarde et inconuenienter /

earum
qz pastoribus

Sed contra daniel. 2. ipse mutat tempo
ra et etates. ordinate scilicet et congruen
ter / Dicendum q. conuenienter et ordina
te Christi natiuitas manifestata est primo
die Pastoribus prefigurantibus Apostolos prela
tos, et alios credentes ex Iudeis. Luc. 2. Se
cundo Magis. 13. die tanqz plenitudini
gentium (si enim post annum aut duos
annos uenissent non inuenissent puerum
in presepio. qr iam reuersa erat virgo in gali
leam in ciuitatem suam Nazareth. et Ter
tio manifestata est natiuitas symeoni in
ipso Iudeorum templo post 40. dies. ad de
signandam eorumdem Iudeorum pleni
tudinem.

Ad. 1. Rr ex Roman. 9. q. gentiles qui non
sectabant iustitiam Iudeos in fidei iusti
tia ~~fidei~~ preuenerunt / Ad. 2 q. primitie
Iudeorum non plenitudinem gentium. sed
eorum primitias preuenerunt / Ad. 3 cum
Chrisostomo et Augustino et ut quidam uo
lunt

UVA.BHSC

lunt q. per biennium ante q3 profiscerē
t apparuerat magis stella et inde a re
motissimis partibus se prepararunt ut ad
Christum uenirent. et sic Herodes a bima
tu iussit pueros occidi juxta ea quę au
dierat a magis. Alij dicunt q. apparuit statim
cum Christus natus est. et adiuti a deo in 13
diebus a remotissimis partibus aduenerunt.
alij tamen e regione propinqua unde fu
erat Balaam aduentasse asserunt cuius
ipsi erant sectatores.

Ar. 7. Vm stella quę magis appa
ruit una sit de coelestibus stellis.
et videt q. sic. qr August. serm. de epyp.
ait q. de coelo repente sidus effulsit. 2°
idem ait q. Angelus apparuit pastoribus
et stella magis. sed angelus fuit de coeles
tibus. ergo et stella 13. qr stellę comatę
quę in aere apparent magis mortem Re
gum q3 natiuitatem eorum designant.
Sed contra est Augustinus contra Faustū
Dicendum cum Chrisost super Matt. q. il
la stella non fuit de coelestibus. Primo qr
mouebat a septentrione in meridiem
ita enim Iudęa iacet ad Persidem: Secū
do qr etiam apparebat in die. Tertio qr
quando q3 apparebat, quando q3 occulta
bat. quarto qr non continuo mouebat
sed stantibus magis stabat. sicut colum
na in deserto. quinto qr deorsum descen
dens partum virginis demonstrabat. appa
ruit autem in sua regione existentibus. siue
fuerit stella siue angelus in eius figura
siue etiam spiritus sanctus ~

Ad. 1

ut probabilius
tenet de nouo
creata in aere
vicino terrę ut
ait Leo papa ~

UVA.BHSC

11 Ad. 1. Rr q. coelum in sacra scriptura quando
q. dicit aer iuxta illud uolucres coeli /
Ad. 2. q. angeli descendunt in nostrum
ministerium locum mutantes, non
sic astra / Ad. 3. q. nec secuta est motu
stellarum comatarum, quae nec de die ap
parent, neq. cursum ordinatum mutant
nec habet significationem cometarum q. reg
num Christi omnia regna comminuet et
stabit in aeternum. ut dicit daniel. 2
Ar. 8. Vm magi conuenienter
ad Christum adorandum venerint
et uidet q. non q. non erant subiecti Re
gi Iudaeorum / 2. q. stulte fecisse ui
dent coram alio Rege in territorio suo
alium Regem annunciantes / 3. q.
stulte uident ducatu coelestis stellae con
tempto ad homines confugisse dicen
tes ubi est qui natus est rex Iudaeorum
4. q. munerum oblatio non debet nisi
Regiam in Maiestate regnanti
Sed contra Isai. 60. ambulabunt gen
tes in lum. t. et Reges in splendore. ox. t.
Dicendum q. Magi sunt primitiae gen
tium quorum deuotio fuit a spiritu sancto
ac per consequens conuenientissime
Christo reuerentiam exhibuerunt
Ad. 1. Rr cum Augustino. q. magi instin
ctu dei quem quaererent alijs regibus prae
cellere nouerant / Ad. 2 cum Chrisost.
q. in Magis constantia fidei gentium eti
am

UVA.BHSC

am usq; ad mortem pro Christo figura
bat / Ad. 3. cum August. serm. de epyp.
et Leone Papa q; stella subtraxit se ut ge
minato testimonio confirmarent magis
in fide. Iudæi autem indicantes ma
gis nativitatis locum, similes fuerunt
fabricantibus arcam Noe ut alij salva
rent, ipsis in diluvio pereuntibus. et eo
rum pigritia damnat ex longe ve
nientium diligentia. et devotione /
Ad. 4. cum Chrisosthomo in Matthæum
q; stellæ testimonio et interiori instinc
tu maiestatem iacentis in præsepio no
runt. aurum sapientiæ ut Regi. thus ut
deo. myrrha ut mortali. prout docet grego
moneris nos ut de bonis animæ corpo
ris et fortunæ munera ipsi deproma
mus.

addito scili
cet prophetiæ
responso

offerentes -

Quæstio. 37 De legalibus cir
ca Puerum Iesum observa
tis in quattuor art. divi

Ar. 1. Vm Christus debuerit cir
cuncidi.

Et videt q; non q; circuncisio in foedus
et umbram data est gen. 17. ergo cessa
vit cum venit figuratus Christus / 2
q; Christus exemplum faciendi præbuit
nobis Ioannis 13. at prohibemur circu
cidi ad galat. 5 / 3. q; ordinat contra ori
ginale peccatum. quo Christus caruit
sed contra habet Luc. 2. impleti sunt
dies octo ut circuncideret puer. Di

UVA.BHSC

Dicendum q, oportuit Christum circu
cidi. Primo ad ostendendam ueritatē
carnis contra Manicheum Apollina
rem et Valentinum / Secundo ut ap
probaret circuncisionem institutam a
deo. Tertio ut ostenderet se de semine A
brahe cui fuerat promissus. quarto ut
iudeis excusationem tolleret recipiendi
eum. quinto ad exemplum obedientie
sexto qr in similitudinem carnis pecca
ti aduenerat peccatum deletur. sep
timo ut onus legis suscipiens ab eo nos
liberaret. galat. 4 /

Ad 1. R. q, circuncisio per ablationem
carnalis pelliculę in membro genitali
figurabat ablationem siue spoliationē
uetustę generationis. quę per ipsam Chri
sti passionem nondum tunc exhibitā
liberi facti sumus / Ad 2. q, tunc adhuc
preceptum de circuncisione durabat / Ad
et ut dicit Origenes circuncisi sumus cū
illo spirituali circuncisione. ut dicit Apos
tolus Colos. 2. ac proinde circuncisione
non indigemus / Ad 3. q, etiam Christus
uoluntarie mortem subijt ut nos a mor
te liberaret.

quę est effectus peccati

Ar. 2. Vm Christo conuenienter
fuerit nomen impositum?

Et uidet q non qr prophetice. Isai. 7. 8
et 9. emanuel. spolia detrahe festina pre
dare, admirabilis consiliarius Princeps
pacis et pater futuri seculi. Et non Iesus
prenominat / 2 qr Isai. 62. dicit uocabit
tibi

UVA.BHSC

tibi nomen nouum. q. os. d. n. sed nomen Iesus pluribus ex antiquis fuit impositum ut in ipsi, Christi genealogia constat / 3. qr Iesus. salutē significat. matth. 1. ac salus per Christum non solum facta est in circuncisione. sed et in pręputio. Roman. 4 / Sed contra Lucę. 2. Vocatū est nomen eius Iesus.

Dicendum ex 4 metaph. q nomina definitionem rei indicant et a proprietate ~~[illegible]~~ buscarum imponi consueuerunt uel a tempore ut his qui in diebus aliquorum sanctorum nascuntur. uel a cognatione ut cum filio imponit nomen patris Lucę. 1. uel ab euentu sic ut Ioseph uocauit primogenitum suum Manassem. gen. 41. uel ab aliqua proprietate ut esau qr Rubeus. genes. 25. nomina uero diuinitus imposita donum gratuitum inuoluunt. ut gen. 17. Abraham. et Matth. 16. tu es Petrus et super hanc Petram edif. ec. meā et quoniam Christus omnes erat saluaturus per eximium donum sibi collatū conuenienter nomen eius uocat Iesus id est saluator. angelo non solum matri sed et Ioseph eius nutritio nunciante / Ad. 1. Rr q in omnibus illis nominibus virtus nominis Iesus. explicat uel quantum ad ipsam incarnationem. ut

in

UVA.BHSC

in ly emanuel. et Oriens. vel quantū ad illud a quo nos liberavit. vel quantum ad terminum et finem salutis intentū ut constat in alijs nominibus / Ad. 2. q. in Christo est nomen novum secundum spiritualem et universalem salutem / Ad. 3. q. Abraham genes. 17. simul accepit nomen a deo et mandatum de circuncisione; et apud iudeos ~~[illegible]~~ circuncisione nomina imponebant (quemadmodum et nunc in baptismo christianis) quasi ante illud tempus perfectum esse non haberēt ut docet glossa super illud prov. 4 ego filius fui patris mei tenellus et unigenitus coram matre mea. dicens q. se unigenitum nominat qr uterinus eius frater ^ mox natus sine nomine quasi nō esset secessit e vita.

^ praecedens ipsum.

Ar. 3. Vm Christus fuerit convenienter in templo oblatus?

Et videt q. non. qr vulvam matris non aperuit de tabibus autem erat praeceptum oblationis in templo. exod. 13 / 2. qr Christi humanitas semper fuit deo maxime praesens. quorsum ergo domino sistenda / 3. qr Christus est hostia principalis. non ergo pro eo debuit alia hostia offerri / 4 qr numer. 28. inter legales hostias principalis hostia et iugis fuit agnus. non ergo pro domino debuerunt

UVA.BHSC

runt parturiturum aut pulli columbarum offerij. sed agnus.

Sed In contrarium est auctoritas scripturę hoc factum esse testantis Luc. 2

Dicendum q. Christus voluerit sub lege fieri ut eos qui sub lege erant redimeret. duplex autem pręceptum in lege tradit de prole nata. alterum generale de omnibus tam masculis q3 foeminis Levit. 12. ut det hostia pro eis. alterum speciale de primogenitis tam in hominibus q3 in iumentis primogenitis egyptiorum occisis ~~sibi dominus~~ reservavit. exod 13. In quo pręfigurabat Christus primogenitus in multis fratribus. unde lucas evangelista utrumq3 pręductorum circa ipsum observata demonstrat.

quę sibi dominus pro

Ad. 1. R. cum Gregorio Niceno q. illud pręceptum singulariter et ab alijs differenter impleri videt in solo incarnato deo / Ad 2. q. filius dei sicut propter nos natus est et circuncisus sic propter nos sistit domino exemplum dans. q. circuncisi spiritualiter debemus domino sisti et effici digni ipsius conspectu / Ad. 3. q. immo congruit figuram coniungere figurato et ut dicit Origenes sic q. ostenderet deus sa ter se filium misisse sub lege bona quam ipse condiderat / Ad. 4. q. dominus pro nobis pauper effectus. 2. corint 8, oblationem non divitum. sed pauperum pro se voluit offerij iuxta ordinata Levit. 12 /

Ad

UVA.BHSC

aduertendum tamen q, eiusmodi aues / pro domino oblatę congruunt miste ro q, turtur loquax est verbo scilicet prę dicationis casta et solitaria et lachri mis secretarum orationum gemibunda. columba uero animal mansuetum, sim plex et gregaliter plangens scilicet in publicis orationibus ecclesię. Et foecundū vtrumq; uero animal duplicatum offer t ut sanctitas non solum sit in anima sed et in corpore

Ar. 4 Vm mater dei conuenien ter ad templum purganda uene

et uidet q, non q, nullam habuit (rit. immundiciam / 2. q, lex leuit. 12 non lo quebat nisi de muliere quę suscepto se mine pariebat masculum / 3. q, sacra menta uętera gratiam non conferebant quin ipsa virgo auctorem gratię secum portabat / Sed contra dicit lucę. 2. im pleti sunt dies purgationis Marię secundū legem Moysi / Dicendum q, sicut Christus quamuis non esset legi obnoxius. propter uitandam Iudęorum calumniam et dā dum nobis humilitatis exemplum uo luit circuncidi et obseruantias legis im plere sic et virgo quamuis ad eas non tene ret / Ad 1. R. ex dictis. vnde euangelista dicit q, impleti sunt dies secundum legem / Ad 2 patet q, ipsa lex (dum dicit suscepto semine) virginem excipiebat / Ad 3 q, sa cramenta legalia non purgabant ab immū dicia culpę per gratiam. Sed a quibusdam

et approbandā legem

im

UVA.BHSC

immundicijs carnalibus et irregularitatibus legis. a quibus omnibus virgo erat immunis. nec ob indigentiam purganda accessit.

Quæstio. 38 De Baptismo Joannis in 6 art. diuisa

Ar. 1. Vm conueniens fuerit Joannem baptizare.

Et uidet q. non q. ille erat ritus alicuius nouæ legis. at Joannes nullam nouam legem introduxit / 2. q. nec prophetæ antiqui ullum nouum ritum introduxerunt. immo prohibebat illis malach. ultimo / 3. q. apud Judæos erat superfluitas magna baptismatum sci licet manuum. vasorum etc. ergo inconuenienter addidit Joannes baptismum suum. Sed contra dicit Mat. 3. q. multi baptizabant ab eo in Jordane. Dicendum q. conueniens fuit Christum a Joanne baptizari. Primo ut dicit August. ut baptismum consecraret. Secundo ut dicit Chrisost. ut Christus manifestaret Joan. 1. / Tertio ut præueniret etiam baptismus Christi sicut ait gregorius in quadam homilia // 4° ut dicit Beda q. in eo homines per poenitentiam ad Baptismum Christi præparabat sicut præparant cathecumeni per doctrinam fidei / Ad. 1. Rr q. baptismus Joannis non erat sacramentum. sed quasi quoddam

Sa

mar. 7.

1.

UVA.BHSC

Sacramentale non ad legem Moysis pertinens sed ad Baptismum Christi disponens / Ad. 2. q. Joannes fuit plus q̃ propheta Matt. 11. terminus scilicet legis, et initium euangelij. et ideo ad ipsum pertinebat verbo et opere inducere ad legem Christi. q̃ ad obseruantias ueteres / Ad. 3. q. illa baptismata erãt inania. et ad mundiciam corporalẽ. Baptismus autem Joannis ad mundiciam spiritualem, inducebat enim homines ad poenitentiam. magis

Ar. 2. vm Baptismus Joannis fuerit a Deo? —//—

Et uidet q. non q̃ denominat ab homine puro. Matth. 21 scilicet a Joanne / 2. q. omnis doctrina de nouo a deo procedens aliquibus signis confirmat. exod 4. et hebr. 2. at Joannes signum fecit nullum ut dicit Joannis. 10 / 3 q. nullibi precipit in scriptura sacra / Sed contra Joan. 1. qui me misit baptizare in aqua ille mihi dixit etc. Dicendum q. Ritus illius baptismi fuit a deo. effectus autem eius fuit ab homine, q. nihil in illo baptismo efficiebat quod homo facere non posset et sic non fuit a solo deo. nisi inquantum deus in homine operat.

Ad. 1. Rr q. baptismus noue legis non denominat a ministro q. non causat principa

UVA.BHSC

palem eius effectum scilicet interio
rem emundationem / Ad. 2 q. tota Ioannis
doctrina ad Christum (qui eam confir
mauit) ordinabat. et ne Homines
ex equo attenderent Ioanni et Christo
Ioannes signa non fecit. sed testimonio
scripturę ministerium suum comproba
bauit dicens. ego uox clamantis Ioa
2 / Ad. 3. ille baptismus tanquam modico
tempore duraturus non indiguit speci
ali precepto. sed familiari quadam re
uelatione spiritus sancti.

Ar. 3. Vm in Baptismo Ioannis gratia daretur.

Et uidet q. sic qr Mar. 1. dicit q. prę
dicauit baptismum poenitentię in
remissionem peccatorum / quę scilicet
fit per gratiam / 2. qr baptizati a Ioan
ne confitebant peccata sua. ut habet
Matt. 3. et Marc. 1. confessio autem
ordinat ad remissionem peccatorum per
gratiam. / 3. qr baptismus Ioannis pro
pinquior erat qz circuncisio in qua tamen
ut ait Beda remittebat ~~[illegible]~~
originale. quod non fit nisi per gratiam /
Sed contra Matth. 3. ego quidem bap
tizo uos in aqua. etc. quod exponens in
quadam Emil. Gregorius ait. Ioannes
non in spiritu sancto. sed in aqua bapti
zat

baptismo Christi

di

UVA.BHSC

Dicendum q. inferiores ministri prepa-
rant materiam ad introducendam for-
mam a Principali artifice. Et sic Joan-
nes per baptismum suum ad gratiam
per Christum conferendam preparabat
tripliciter. Scilicet per doctrinam. per
assuefactionem ad baptismum Christi
futurum. Et per poenitentiam ad effec-
tum baptismi eiusdem Christi ~~effectum~~.
Ad 1. R. q. per baptismum poenitentie ut ait Beda
intelligit. et baptismus ipsius Joannis ad
poenitentiam inducens; et baptismus Chris-
ti per quem peccata remittuntur et gratia
datur. Ad 2. q. illa peccatorum remissio- confessio non
nem tunc per baptismum Joannis exhi- fiebat ad
bendam. sed consequendam poenitenti-
am consequentem. et per baptismum
Christi ad quem illa poenitentia prepa-
rabat. Ad 3. q. circumcisio specialiter
erat instituta ad remissionem origina-
lis. Sacramenta autem ex sua insti-
tutione sortiuntur effectum.

Ar. 4 Vm Alij preter Chris-
tum baptismo Joannis bap-
tizari debuerint.

Et videtur q. non. q. sicut Augustinus
dicit super Joannem ad hoc Joannes
baptizavit ut Christus baptizaretur.
2. q. ab illo baptismo nullus aliquid
accipere poterat. neq. etiam illi ali-
quid

UVA.BHSC

quid ei conferre nisi solus Christus.
3. qr. sic deberent a Ioanne omnes
tam pueri qs gentiles nedum Iudæi
baptizari sicut et baptismo Christi ad
quod disponebat. sed non legit nisi q
israelitæ egrediebant et baptizabant
ab illo. Marc. 1.
Sed contra dicit Luc. 3. cum baptizare
t omnis populus et Iesu baptizato et
orante aperti sunt coeli;
Dicendum ^ q conveniens fuit ut alij
præter Christum baptizarent baptismo
Ioannis. Tum ne dignior haberet bap
tismus Ioannis. Tum qr et alij præpara
bant ad baptismum Christi.
Ad. 1. Rr ex dictis non enim ad solum
Christum baptizandum institutus est,
Ad. 2. q alij nec conferebant aliquid.
baptismo Ioannis. nec accipiebant sed
solum poenitentiæ signum.) Ad. 3.
q erat in poenitentiam. quæ pueris nõ
convenit. gentibus autem conferres.
lucem Christo reservabat qui est ex
pectatio gentium. genes penultimo
quin et Apostolis inhibuit Christus præ
dicare ante passionem, et resurrectionẽ

^ cum Augustino in Ioan

Ar. 5. Vm Baptismus Ioannis
debuerit cessare Christo baptiza
Et videt q sic qr Ioan. 1. dicit q pro (to
pterea venit Ioannes baptizans ut ma
nj

UVA.BHSC

nifestaret Christus in israel sed suf ff
ficienter manifestatus est ex his quę
in eius baptismo contigerunt si sin
gula ponderent. ergo / 2. qr August
super Ioannem dicit. q baptizatus est
Christus, et cessauit Ioannis baptismus /
3. qr baptismus Ioannis fuit prępara
torius ad baptismum Christi. qui statim
ibi incepit, cum uim regenerativam
contulit aquis ut dicit Beda
Sed contra dicit Ioan. 3 / Dicendū
cum Chrisostomo q oportuit ut Chris
to baptizante adhuc baptizaret Ioann
es. Primo ne existimaret q zelo uel
ira a baptizando cessaret. Secundo qr sic
discipulos suos in maiorem zelum mis
sisset. Tertio qr persistens in baptizando
suos auditores mittebat ad Christum:
quarto qr ut Beda dicit (ueritate adhuc
plene non manifestata) adhuc per
manebat umbra ueteris legis
Ad 1. Rr q nondum erat Christus plene
manifestatus / Ad. 2 q baptizato Chris
to cessauit baptismus Ioannis non ta=
men statim. sed eo incarcerato ut dicit
Chrisost super Ioannem / Ad. 3. q bap-
tismus Ioannis erat etiam prępara to
rius ad hoc ut alij ad baptismum Chris
ti accederent. quod nondum fuit imple
tum Christo baptizato.
Ar. 6 Vm baptizati baptismo Io
anis essent post baptismo Chri baptizā
di.

UVA.BHSC

Et videtur q non quia non fuit Joannes minor quam Apostoli Matth. 11 et tamen baptizati ab Apostolis non iterum baptizabant. sed imponebant illis a Joanne X. g. et Petro. act. 8 / 2. quia quidam Apostoli fuerunt discipuli Joannis ut patet Joan. 1. et hi ad minus baptizati erant baptismo Joannis nec tamen videntur baptizati baptismo Christi non enim ipse sed discipuli baptizabant ut habet Joan. 4 / 3°. quia nec Joannes ipse legit baptizatus baptismo Christi ergo minus alij / 4 quia quos legimus act. 19 baptizatos baptismo Christi ideo fuit ut ibi exprimit quia notitiam non habuerant in baptismo Joannis de spiritu sancto. ergo multi qui notitiam de trinitate habebant non erant Christi baptismo liniendi. et ad hoc videtur esse Hieronimus in Joelem. et in epistola de viro unius uxoris. et Ambros. lib. de spiritu sancto / 5. quia virtus baptismi ex fide pendere videtur ut Augustinus innuit Rom. 10. Sed forma baptismi Joannis significabat fidem Christi. 11.

Sed contra est Augustinus super Joannem Dicendum q Magister in 4. distinct. 2 existimavit baptizatos baptismo Joannis si in ipso posuerant spem et non habebant notitiam de spiritu sancto esse iterum baptizandos baptismo Christi. Sin minus minime. sed certe omnes erant iterum

manus

dicens quae est haec tanta virtus aquae ut corpus tangat et cor abluat.

tam hi quam alij

UVA.BHSC

rum abluendi, nec sufficiebat illis so-
la manuum impositio. Primo qr bap-
tismus Ioannis gratiam non confere-
bat. et secundo qr de necessitate bap-
tismi Christi est quod fiat non solum in
aqua sed et in spiritu sancto. Ioan. 3.
ac proinde manuum impositione sup-
pleri non poterat.
Ad. 1. Rr cum Augustino q post bap-
tismum Ioannis oportebat baptizari
baptismo Christi quo baptizabant Apos-
toli ut ministri Christi taliter q etiam
a Iuda baptizati non erant iterum bap-
tizandi. Ad. 2. cum August. ad Seleu-
cianum q discipuli Christi siue baptis-
mo Ioannis siue baptismo Christi bapti-
zati sunt. Ad. 3. cum Chrisost. super Mat.
th. q Christus postea baptizauit Ioannē
et ad idem est Hieronimus q scilicet Io-
annes erat a Christo in spiritu baptizan-
dus. Ad. 4. q non erat illa causa totalis
sed qr non erant baptizati baptismo Ch-
risti. Ad. 5. cum Augustino contra Faus-
tum. q sacramenta nostra sunt signa pre-
sentis gratie. uetera uero erant signa
gratie future. et sic Ioannes baptizabat
in nomine uenturi innuens manifeste
non esse sacramentum noue legis.

Quaestio. 39 De Baptizatione Christi in d. articulos diuisa.

Ar. 1. vm fuerit conueniens Christū Baptizari.

et

UVA.BHSC

Videtur quod non quia baptizari est abluti ab impuritate quae in Christo non fuit / 2 quia circumcisus est ut impleret legem at baptismus ad legem non pertinebat / 3. quia quia primum movens est immobile in illo genere. at Christus est primum baptizans Joannis. 1. ergo non baptizatus / Sed contra habetur mat. 3. Dicendum quod conveniens fuit Christum baptizari ut dicit Ambrosius super Lucam. et Chrisost. in Matth. ut mundaret aquas. et sanctificatas relinqueret postmodum baptizandis. Secundo quia suscepit similitudinem carnis peccati. et ut ait Nazianzenus ut totum veterem Adam immergeret aquis / et tertio ut dicit Augustinus serm. de epyph. ut ad idem nos hortaretur exemplo. ad quod est etiam Ambrosius in Lucam / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. quod Christus debuit et legem veterem implere. et novam inchoare / Ad. 3. quod Christus est primum baptizans spiritualiter. et sic non est baptizatus. sed solum in aqua. " "

Ar 2. Vm Christus baptismo Joannis debuerit baptizari

Videtur quod non quia fuit baptismus poenitentiae quae Christo ut pote peccato carenti non convenit / 2. quia ille baptismus fuit medius inter baptisma Judaeorum et baptismum Christi ut ait Chrisost. sed

me

UVA.BHSC

Medium sapit naturam extremorum ergo cum Christus non fuerit baptizatus baptismate legalis. neque suo. videlicet quod nec baptismate Joannis debuerit baptizari /. 3. quia optimum debet attribui semper Christo. at inter baptismata non tenet optimum locum baptismus Joannis.)

Sed contra dicit Matt. 3. quenit in Jordanem ut baptizaret a Joanne.

Dicendum cum Augustino super Joan quod Christus baptizatus (baptismo scilicet Joannis) baptizabat. et congruit ut dicit Chrisost. quia Christus baptismo spirituali non egiuit. Secundo sic ut ait Beda ut baptismum Joannis approbaret. et Tertio secundum Gregor. Nazianzenum ut baptismum sanctificaret cum regenerativam conferens aquis.

Ad 1. Dr quod Christus voluit baptizari baptismo quo non indigebat. ut nos efficacius ad baptismum, quo indigemus induceret sicut ait Ambrosius in Lucam /

Ad 2. quod Christus neque gratia carebat quam confert baptismus novae legis, neque egebat omnino figurali baptismo legis cum esset ipsa veritas. ac proinde congruentius voluit baptizari a Joanne / Ad 3. quod immo quia Christus est perfectissimus non eget perfectissimo baptismo. sicut neque omnino sanus sanativa medicina.

Ar 3. Vm Christus convenienti tempore fuerit baptizatus?

et

UVA.BHSC

Fuidet q, non qr fideles eius conue
nientissime baptizant non in triges
simo anno. sed in infantili etate / 2
qr ante 30. annum quo baptizatus
est miracula non fecit. at conueni
entius fuisset ut antea baptizatus in
vigessimo anno aut ante miracula
patrasset / 3. qr plus qz daniel hic
cui tamen datus est spiritus sapientie
et manifestatus daniel. 13 / 4 qr bap
tismus Joannis ordinat ad baptismum
Christi sicut ad finem. finis autem pri
or est in intentione et posterior in exe
cutione. ergo Christus debuit baptizari
primus a Joanne. uel ultimus.
Sed contra Luc. 3. cum Post baptizatū
Iesum dicit. et erat quasi annorum. 30 -
Dicendum q, Christus baptizabat qua
si ex tunc incipiens docere et predicare
hoc autem requirit sanē perfectam e
30. annorum / tatem. ut gen. 41. in Joseph ad regendum
Egyptum. et. 2. reg. 5. in dauid ad regnā
dum. et Ezechiele. 1. cap. ad prophetandū
Secundo qr ut ait Chrisost in Matth hac e
tate ad baptismum uenit ut nullus dicat
q, ideo legem soluit qr eam implere non po
tuit. Tertio ut ostendat q, baptismus pa
rit uiros perfectos. ephes. 4. in etatem ple
nitudinis Christi. et ipsa proprietas num
ri ex ternario in denarium ducto id ostē
dit / Ad. 1. Rr cum Nazianzeno q, Christus
non est baptizatus quasi egens purgatione
aut qr ei immineret periculum salutis si
cut

UVA.BHSC

cut alij / Ad. 2. q. ut nos Christus ins-
truerit perfectius in fide suę humanita-
tis ne phantastica putaret. & in humi-
litate ne pręsumptuose uideret in iu-
uenili etate docere, in trigessimo anno
baptizari uoluit / Ad. 3 cum Nazianze-
no q. Christus accomodari uoluit secun-
dum q. ut in plurimum, et regulariter
in rebus accidit. Licet quandoq. contige-
rit officium uel pręsidendi uel docendi
pręter comunem legem aliquibus fuisse
concessum. ut puta Salomoni. danieli
& Hieremiae. / Ad. 4 cum ~~Nazianzeno~~
Chrisostomus in matth. q. ut confirmaretur
comodius prędicatio et baptisma Ioannis & ut testimonium
Christus nec primus nec ultimus debuit / acciperet a Ioane
baptizari. et sicut nec lux solis expectat oc-
casum Luciferi, sed eo procedente egreditur
et suo lumine obscurat illius candorem
sic Christus Ioanne docente et prędicante
apparuit.

Ar. 4. Vm Christus debuerit in Iordane baptizari?

& uidet q. non qr figura baptismi in
mari rubro ubi submersi sunt egyp-
tij pręcessit. ergo ibi ett / 2. qr Iorda-
nis interpretatur descensus. in baptis-
mo autem potius ascendimus. et sic
matth. 3. baptizatus Iesus confestim
ascendit de aqua / 3. qr transeuntibus
filijs Israel aquę Iordanis retrorsum
sunt conuersę. Iosue. 4. at in baptismo
in

UVA.BHSC

in antea progredimur) Sed contra dicit Marci. 1. / Dicendum q, sicut filij Israel in terram promissam per Iordanem sunt ingressi sic fideles per baptismum in gloriam. Ioan. 3. et 4. reg. 2. Helias raptus curru igneo (scilicet spiritus sancti) in coelum diuisit aquas Iordanis. et sic conueniens fuit Christum in ipso baptizari.

Ad. 1. R. q mare rubrum significat baptismum quantum ad remissionem peccatorum. sed Iordanis quantum ad apertionem ianue coelestis. qui est principalis effectus / Ad. 2. q in baptismo est ascensus gratie qui requirit descensum per humilitatem. Iacob. 4 / Ad. 3. cum August. serm. de epyph. q, et modo Christo baptizato peccata retrorsum conuersa sunt. uel significat q, contra descensum aquarum benedictionum fluuius sursum ferebat.

per Christum /

Ar. 4. Vm Christo Baptizato debuerint coeli aperiri.

Et uidet q nō q semper erat in coelo. Ioan. 3 / 2. q nec aperti sunt corporaliter sunt enim incorruptibiles et solidissimi. Iob. 37, neq spiritualiter q sic nunq fuerunt clausi ante oculos filij dei / 3. q fidelibus per Christi passionem aperit coelum a deo ut baptizati etiam baptismo Christi ante eius passionem

in

UVA.BHSC

in illud non ingrederent ergo / Sed contra habet Luc. 3 /
Dicendum q. conuenienter in baptismo Christi aperti sunt coeli. Primo ad significandam uirtutem coelestem in baptismo futuram. Secundo q. efficacia baptismi pendet ex fide ecclesiae et suscipientium et sic dicit sacramentum fidei per fidem autem coelestia conspicimus. et Tertio q. per baptismum Christi specialiter aperit nobis introitus regni coelestis. post baptismum autem necessaria est oratio contra fomitem mundum et daemones quod innuit Lucae 3. et Matt 3. ut ponderat Chrisost. cum Christo post baptismum orante. coeli aperiri dicunt
Ad 1. R. cum Chrisost. q. sicut secundum dispensationem humanam baptizatus est sic et ei coeli aperti, qui ut deus semper erat in coelis / Ad 2. q. illa apertio coelorum non fuit per eorum ruptionem aut reserationem sed spiritualibus oculis domini Iesu facta. ut Hieronimus Ezech. 1. dicit. et Chrisost. super Matt. et innuit Mar. 1. uel fuit per visionem imaginariam. uel per intellectualem qua Christus uidit iam baptismo sanctificato apertum esse coelum hominibus
Ad 3. q. passio Christi est causa communis apertionis coelorum per baptismum uero particularibus et ideo baptismo attribuit. Rom. 6 /
uel

sicut

plicat

UVA.BHSC

uel dicendum cum Chrisost. in Matth. q. in baptismo Christi portę coeli aperiunt et in passione omnia ingrediendi obstacula tollunt. Vnde angeli non dicunt aperite portas. sed tollite portas quasi iam nunquam claudendę

Ar. 6. Vm conuenienter spiritus s. in specie columbae super Christum baptizatum descenderit.

Et uidet q. non qr in Christo habitabat omnis gratię plenitudo a principio. 2 qr Christus descendisse dicit in mundum per misterium incarnationis. sed spiritus sanctus non est incarnatus ergo nec descendit / 3. qr ille baptismus fuit exemplar nostri. at in nostro non fit missio visibilis spiritus sancti / 4. qr spiritus sanctus a Christo in omnes deriuat Ioan. 1. sed in discipulos in igne descendit ergo super Christum non debuit in columba descendere /

Sed contra dicit. Lucę. 2 / Dicendum cum Chrisost. super Matth. q. illa apparitio columbę fuit conueniens, qr pertinet ad insinuandum misterium eorum qui postea erant baptizandi et si debite accederent spiritum sanctum per gratiam accepturi. Matth. 3.

Ad. 1. Rr cum August. 15. de trin. q. in baptismo Christus corpus suum. idest ecclesiam prę figurare dignatus est / Ad. 2 cum eodem. 2. de trin. q. illa columba ut patet

UVA.BHSC

patet nec erat substantia spiritus sancti. nec ei hypostatice unita. nec sicut agnus quem vidit Joannes occissum quia columba non spiritualis aut intellectualis sed corporea visione apparuit sicut Rubus Moysi. non tamen praeextitit sicut Petra de qua. 1. cor. 10 petra autem erat Christus. et significavit gratiam quae per modum cuiusdam descensus a deo in creaturam derivat. ut habet Jacobus. 1. / Ad. 3 cum Chrisost. quod illud visibiliter factum est ut credat invisibilis descensus in baptizatos / Ad. 4 quod apparuit columba primo ob simplicitatem quam debent baptizandi habere. Secundo ad designandam septem dona spiritus sancti quae in septem proprietatibus columbae denotant. et discurrendo facile invenies. similiter et propter effectum baptismi scilicet remissionem peccatorum et reconciliationem ad deum, et sic cum Ramo olivae liberationem mundi demonstravit. deinde quia est animal amicabile et gregale constructionem ecclesiae repraesentans. cant. 5. una est columba mea. Super Apostolos in linguis igneis ad fervorem igneum (supposita simplicitate columbae) in praedicatione manifestandum et iuditium districtum non credentibus per ignem futurum ut Chrisosth. docet

apparuit

Ar. 7. vm illa columba fuerit verum animal.

Et videtur quod non. quia luc. 3. sicut columba dicit / 2 quia frustra esset vera siquidem per

aut in specie columbae.

UVA.BHSC

per similitudinariam fieri poterat / 3° q.
sic significasset proprietates veriam
malis. et non spiritus sancti.)
Sed contra est August. lib. de agone Chris
tiano.
Dicendum q. sicut Christi corpus non fuit
phantasticum sed verum. sic et spiritus
sanctus. qui est spiritus veritatis Joan
16. in vera columba de novo efformata
quamvis sibi non hypostatice unita ap
paruit. ut docet Augustinus loco citato
Ad 1. Rr q. spiritus sanctus dicit apparu
isse in specie columbæ, aut sicut in colum
ba ad ostendendum q. non apparuit in
specie suæ substantiæ) Ad 2. q. per ipsam
veritatem columbæ significat veritas
spiritus sancti. et effectuum eius / Ad 3
q. proprietates columbæ eodem modo du
cunt ad significandas proprietates co
lumbæ. et spiritus sancti.

Ar. 8. Vm convenienter Christo
baptizato fuerit vox patris au:
dita filium protestantis.

Et videt q. non qr ut ait August. 2 de
trinit. patri non convenit mitti ergo
neq. apparere. filius enim et spiritus s.
secundum q. corporaliter apparuerunt
dicunt esse missi / 2. qr pater non est vo
bum. ergo inconvenienter manifestat
in voce / 3. qr homo Christus non incepit
esse filius dei in baptismo (ut quidam
hæ

UVA.BHSC

2

heretici putauerunt) Sed a principio
suę conceptionis fuit filius dei. ergo ma
gis in natiuitate debuisset uox patris
diuinitatem eius protestari.
Sed contra dicit Matth. 3) Dicendum
q ille baptismus fuit exemplar nostri
in quo inuocatur sancta trinitas. Matt
ultimo. Et sic congruit ait Hieronimus
ut in Baptismo Christi. ipse et spiritus sanc
tus et pater assistant.
Ad. 1. Rr q missio addit super apparitio
nem aliquid, quod patri non conuenit)
Ad. 2 q pater manifestat in uoce tan
q̃ auctor uocis et loquens, quod ei maxi
me congruit, quamuis illam uocem to
ta trinitas fuerit operata. sicut et colum
bam. ut ait Augustinus. de fide ad Petrũ)
Ad. 3. q post q̃ Christus ad perfectam eta
tem peruenit oportuit ut patris testimo
nio comendaret ueritatem prędicaturus
ut ipse Ioan. 5 testat. et hoc pręcipue
in baptismo, in quo in filios dei adoptamur
ad similitudinem filij naturalis Rom
8. et id docet Hilarius super Mattheũ

Quaestio. 40. De modo conuer sationis Christi in 4 ar. diui.

Ar. 1. Vm conueniens fuerit Christum inter homines con uersari.

Et uidet q non. qr ~~deum non conuenit~~
~~cum hominibus conuersari~~. dan. 2 de ut dicit

UVA.BHSC

rum non est cum hominibus conuer
satio. et 1. Polit. homo solitarius deo
comparat. si sit ob contemplandam ue
ritatem / 2. quia perfectissima uita qua
lis est contemplatiua conueniebat Chri
sto. ad contemplandum uero solitu
do conducit. c. seq. 2 / 3. quia conuersatio
Christi debuit æqualitatem seruare. at
sæpe solitudinem quærebat ut Nauē
montem, et desertum, prout Remigi
us super Matt. docet. ergo.
Sed contra Baruch. 3. post hæc in terris
visus est. et cum hominibus conuersatus
est. Dicendum quod conuersatio Chri
sti talis debuit esse quæ congrueret
fini incarnationis quæ erat manifesta
tio ueritatis. Ioannis. 18. et ita in publi
co et societate degere debebat Luc. 4.
et ut liberaret peccatores. 1. ad Timot. 1.
Tertio ut haberemus accessum ad deū
per ipsum ut. Roman. 5. et Matth. 9 cum
Hieronimo ibi edocemur.

per exemplū ut notat Chri sostomus. et habet.

Ad. 1. Rr ex dictis sic enim per humani
tatem cum hominibus conuiuendo diui
nitatem suam manifestauit / Ad. 2
q. actiua uita qua contemplata alijs
tradunt perfectior est, quam quæ solum con
templatur / Ad. 3. q. Christus ob nostrū
exemplum secedebat in solitudinem aut ob
corporis necessariam quietem. aut causa
orationis. aut obuitandum humanum fa

uo

UVA.BHSC

uorem et applausum. ut ex Mar. 6. Luc 6. Ambrosio et Chrisostomo. Matth. 5 patet.

Ar. 2 Vm Christus austeram uitam in hoc mundo ducere debu

Et uidet q. sic. Sic magis homi- Cerit nes ad poenitentiam prouocant ut patet in Baptista Matth. 3. iuxta expositionem Chrisostomi ibidem / 2. q. abstinentia ad continentiam ordinat Osee 4. Sed continentiam dominus in se seruauit et alijs seruandam proposuit Matth. 19 / 3. q. districtissimam uitam egit post baptismum manens in deserto et ieiunans 40. diebus et 40 noctibus. non ergo ab ea debuisset retrocedere quasi non potens cepta perficere et consumare

Sed contra. Matt. 11. venit filius hominis manducans et bibens.

Dicendum q. Christus cum hominibus conuersans eorum consuetudini manducando et bibendo accomodari debuit. iuxta dictum Pauli. 1. corint. et Augustinum contra Faustum. Ioannes autem dicit non manducans neq. bibens q. uictu quo Iudei non utebat.

Ad 1. Rr q. Christus exemplum dedit in omnibus que ad salutem necessaria sunt regnum autem dei non est esca et potus ut dicit Rom. 14. et August exponens locum Matth. 11. declarat / et in 3. de doctrin. christiana. dedit ergo Christus utriusq. uite

ex

UVA.BHSC

exemplum / Ad. 2 q. Christus sicuta
lij per abstinentiam sic ipse in se et in
suis discipulis per virtutem diuinitatis
carnem comprimebat / Ad 3. cum Chri
sostomo in Matt. q. non indigens pro
nostro exemplo ieiunauit nec excessit
tempus ieiunij Moysis et Helię ne as
sumptio carnis incredibilis fieret. et
numerus quadragenarius secundum
gregorium misterio congruit quattuor
elementorum et decem pręceptorum. et aliter
ut Augustinus iuxta quattuor qualita
tes corporis prosequitur. reuersus est autē
dominus postq̄s ieiunauit ad hominum
consortia. ut pręcontemplata illis tra
deret quod Beda super Marcum declarat

Ar. 3. Vm̄ Christus in hoc mundo
debuerit pauperem vitā ducere.

Et uidet q. non. qr eligibilissima uita et
quę Christo conuenit est media inter di
uitias et paupertatem. pro N. 30 / 2 qr
in uictu et uestitu alijs similis erat. er
go non debuit summa paupertate uti /
3. qr maxime inuitauit homines ad hu
militatem Matt. 11. at humilitas ma
xime cōmendat in diuitibus 1. Timot. ul
timo). Sed contra habet Matt. 8. filius
hominis non habet ubi caput suum recli
net. et Matt. 17 ubi vnde tributum
soluat non habet. et in his locis Hiero
nimus) Dicendum q. decuit Christum
in

UVA.BHSC

in mundo pauperem uitam ducere Primo de prędicationis officium. ne prędicatores onere diuitiarum et solicitudine premerent. matth. 10 / Secundo ut nobis diuitias spirituales largiret. 2. cor 8 / Tertio ne ob cupiditatem uideret prędicare. ut ait Hieron in Matth / quarto ut tanto magis uirtus diuinitatis eius ostenderetur. ut declarat in quodam sermone ephessini concilij ~ ||.

Ad 1. Rr q diuitię superbiandi, mendicitas uero aut nimia paupertas occasionem furandi aut pererandi prębet nō Christo impeccabili. sed alijs. quamuis paupertas uoluntaria semper laudabilis est / Ad. 2 q communi uita uti quātum ad uictum et uestitum potest quis non solum diuitias possidendo. sed etiā a mulieribus pijs (ut in Iudęa fieri solebat) et diuitibus necessaria accipiendo. quod et circa Christum factum est. Lucę. 8. a mulieribus ipsum sequentibus. et obscandalum uitandum in nationibus Paulus se abiecisse commemorat / Ad 3. q licet non in paupere necessario. in paupere tamen uoluntario paupertas est maximę humilitatis inditium.

teste Hieronimo

Ar. 4. Vm Christus in hac uita secundum Legem conuersatus fuerit?

Et uidet q non qr. et in sabbatho curauit hominem. et mandauit tollere lectus suū / contra quietem festi / 2. qr matth. 15. docuit q illud quod intrat per os non coin

qui

UVA.BHSC

quinat hominem contra legem leuiij 11.
prohibentem contactum et essum quo
rundam animalium / 3. qz consentit
cum discipulis. et excusauit eos ut spi
cas euellerent in sabbatho. Matth. 12 /
Sed contra. Matth. 5. non ueni soluere
legem. s. ad. et ibi Chrisosthomus " " "
Dicendum q. Christus legem seruauit
in cuius signum circuncisus est. circunci
sio enim erat quædam protestatio legis
implendæ. et hoc ut eam approbaret et
in se terminaret, et calumnias Iudæorum
uitaret. et nos redimeret et liberaret, ad
galat. 4
Ad. 1. Rr. q. ab operibus diuinis (quale illuderat)
et est gubernatio et conseruatio mundi
non cessauit deus in sabbatho. neq; in eo
omittenda sunt opera necessaria ad sa
lutem animæ aut corporis: ut ipse dominus
docet Ioan. 5. luc. 13 et 14; neq; ad cultu
dei spectantia (Matth. 12. et Ioannis. 7)
quale fuit portatio lecti paralytico a Chr
isto mandata / Ad. 2 cum Augustino
contra Faustum. q. illa animalia signifi
catione quadam immunda erant. sed mi
nime secundum naturam / Ad 3 q. il
lud fuit in necessitate famis. qua stante
nec dauid peccauit comedens panes, quos
ei comedere non licebat /.

Quæstio. 41. De Tentatione Christi in 4or. articul. diua.

Ar. 1. Vm conueniens fuerit Chris
tum tentari? ~ // ~

et

UVA.BHSC

et videtur q, non qr tentare est experimentum sumere. Sed virtus Christi erat etiam dæmonibus nota Lucæ. 4 sciebant ipsum esse Christum / 2. qr Christus venit ut dissoluat opera diaboli. Ioannis. 3. ergo non ut ea per tentationem pati debuit / 3. qr non est tentatus nec a carne, neqz a mundo. ergo neqz a diabolo tentari debuit — Sed contra dicit Matth. 4 / Dicendum q Christus tentari voluit. primo ut nobis contra tentationes auxilium ferret sic ut gregor dicit in Homil. Secundo ut cautos quantumuis iustos ad tentationes reddat ut ait Hilarius. et monemur eccl. 2 / Tertio ut nobis præberet præliandi et vincendi inimicum exemplum. ut dicit Aug. 4 de trinit. et quarto ut fiduciam de sua misericordia præstaret hebr. 4.

Ad 1. Rr q dæmones non omnino dei filium cognoscebant ob carnis infirmitatem. ut ait August. 9. de ciuitate. et Hilarius et gregor. Matth. 4 / Ad 2. q venit dissoluere opera diaboli patiendo voluntarie. in quo etiam agebat. non enim potentia sed iustitia vincere ipsum voluit ut dicit August. 13. de trinit. Vnde ut gregorius in Homil. ait a spiritu sancto est ductus. et passus se duci in montem et pinaculum a dæmone, voluntarie tamen; sicut atletha sponte procedens / Ad 3. q tentatio ab hoste potest esse sine peccato. non sic quæ est a carne. hæc enim fit per delectationem et concupiscentiam et ut dicit August. nonnullum peccatum est cum ca

agendo.

a diabolo et membris ipsius.

ut pote ab exteriori et extrinseco

UVA.BHSC

caro concupiscit aduersus spiritum ~ //.

Ar. 2. Vm Christus in deserto tentari debuerit?

Et iudet qr illa tentatio siquidem fuit ad nostrum exemplum in publico esse debuit. / 2 qr cum solitarios (vg. euā sine viro inuentam) maxime aduersarius tentet, uidet se Christus tentationi in solitudine exposuisse. mouendo alios ut se etiam tentationi exponant / 3 qr tentatio in pinaculo iam non erat in deserto. ergo qr non decuit in illo tentari / Sed contra est Mar. 1. / Dicendum cū Ambrosio in Lucam q, Christus in campum solitudinis diabolum prouocauit quia alias eum inuadere non auderet, ut eum uictum nobis ostenderet. et ut Adam de exilio liberaret. et ostenderet etiam diabolum ad meliora tendentibus inuidere / Ad. 1. Rr q, exempla fidei magis sunt ex auditu. sicut et ipsa fides Roman. 10 / Ad 2 / Ad. 2 q, immiscere se tentationibus occasiones peccandi non fugiendo malum est et sic precipit Loth. gen. 19. ne stet in omni regione circa sodomam. alias enim ex parte diaboli ipsum bonum opus est occasio tentationis. et est desertum qra paucis colit / Ad. 3. q, uel in sanctam ciuitatem ductus est imaginaria visione uel q, ipsa ciuitas dicit desertum quasi derelicta. uel melius q, non solum in deserto tentari uoluit a diabolo ~

q non.

ex parte hominis ~

Ar

UVA.BHSC

Ar. 3. Vm Christi tentatio debuerit esse Post ieiunium.

Et videtur q. non qr Christo non conueniebat uitę austeritas. ergo neq illud ieiunium 40 dierum in quibus secundum gregor. nihil comedit / 2. qr Marci. 1. dicitur q. ieiunabat et tentabat ergo utrumq erat simul / 3. qr semel et iterum tentatus est dicit enim lucę. 4. q. diabolus consumata omni tentatione recessit ab illo usq ad tempus. ergo sicut secundę tentationi no premissit ieiunium, nec primę sed contra dicit. Matth. 4 /

Dicendum q. ieiunauit Christus ante tentationem. ut nos ieiunij exemplo contra tentationes armaret. 1 corint 6 / secundo ut ieiunantes et bene operantes cautos contra tentationes reddat ut dicit Chrisost. super Matt. / Tertio qr per esuriem dedit diabolo audaciam eum agrediendi. ut dicit Hilar. in Mattheū / Ad. 1. Rr q. Christus non habuit austeram uitam ut se comunem preberet illis quibus predicauit. oportuit tamen ut doceret post carnem domatam alios debere in exercitium predicationis exire; et sic Apostolus ait castigo corpus meum / Ad. 2. q. Marcus intelligendus est sicq post ieiunium fuerit tentatus iuxta Mattheum. 4. cap. uel intelligitur de alijs tentationibus inuisibilibus quas interim patiebatur a diabolo / Ad. 3. cum Ambrosio in lucam q. recessit usq ad tempus passionis aperte impugnaturus de tristitia et odio proximorum /

UVA.BHSC

Ar

Ar. 4 vm̄ fuerit conueniens ordo et modus tentationis Christi

Et uidet q, non qr non peccasset Christus si lapides in panem conuertisset / 2 qr inconuenienter persuadet diabolus mitti deorsum. contra suum intentū vanę glorię tendentis sursū / 3. qr una tentatione in monte ad duo peccata induxit tentator scilicet cupiditatem et idolatriam / 4. qr non de omnibus peccatis capitalibus sed de tribus tantum tentauit / 5. qr ultima tentatio deberet esse de uana gloria quę bonis operibus insidiat / 6. qr Christus non imperiose sed per iustitiam et non dicendo vade retro, debuit uincere / 7. qr in pinaculo Christus uideret ab omnibus et ex nullo monte posset omnia regna mundi uidere.

Sed contra est auctoritas scripturę sanctę Dicendum cum greg. 31. moral q, diabolus uiros spirituales a minoribus ad grauiora procedit ut patuit in tentatione primi hominis. et nunc in Christo qui primis duabus tentationibus restitit testimonijs legis. et tertię tanqz in solentiori potestate virtutis.

Ad. 1 R. q, uti necessarijs non est gula sed q, ex desiderio huius sustentationis aliquid inordinate fiat / Ad. 2 cum Augustino q, per humiliationem exteriorem solet quęri gloria uana / Ad 3. q, diuitias et honores inordinate appetere est peccatum. et sic diabolus dixit si cadens adoraueris me. Et ex

una autem tentatio ad vnum peccatū tendit.

pręcipue qr lucas ordinat e conuerso ac Matthęus domini tentationes.

tentans

UVA.BHSC

ex appetitu unius peccati tentat ad aliud
Ad. 4 cum Ambrosio in lucam q in prim
is tribus tentationibus fuit omnium ma
teria delictorum / Ad 5. cum August. de con
sensu euang. q parum refert in ordine
si omnia ab euangelistis commemorant
precipue cum ex inani gloria ueniat ad
cupiditatem et e conuerso / Ad. 6. ex dictis
in corpore. et ut discamus iniurias de iuel
statim auditas repellere / Ad. 7. q contra
intentionem diaboli Christus in pinacu-
lo se occultabat. Regnorum autem situs
demon digito generaliter demonstrabat
uersus diuersas terre partes. verbis garru
lis specialius exponens. uel secundum o
rigenem ostendens quomodo ipse per diu-
ersa vitia regnabat in mundo.

Quaestio 42 De doctrina Christi in quattuor articulos diuisa.

Ar. 1. vm conueniens fuerit Chris
tum Iudeis et nō gentibus predi
care.

et uidet q non qr Isai. 49 non so
lum ad suscitandas tribus Israel. sed ad sa
lutem gentium datus est / 2 qr Matt. 7
dicit q erat docens sicut potestatem habens
maior autem potestas erat necessaria ad
gentiles qui nil audierant ut innuit Rom
15 / 3. qr sicut instruxit quosdam de genti
libus scilicet Samaritanam. Ioan. 4. et
Chananeam Matth. 15. fortius debuisset
gentium multitudini predicare
Sed contra dicit. dominus Matth. 15. non sū
mis

UVA.BHSC

missus nisi ad oues quæ perierunt ex Isra
el. Roman uero 10 dicit quomodo prædica
bunt nisi mittant. " " ".
Dicendum q. fuit conueniens Christum
et Apostolos a principio Iudæis et non gen
tibus prædicare. Primo ad implendas pro
missiones patrum. Rom. 15 / Secundo ut
ostenderet se a deo missum qui per propin
quiores sibi scilicet Iudæos ordinate ad re
motiores gentiles scilicet communicauit sa
lutem. ut dicit Hieron. Matt. 15. et habet
Isai. ultimo. Tertio ut materiam calum
niandi auferret Iudæis sicut dicit Hieron
in Matth. 15 / quarto post passionem et cr
ucis victoriam adeptus est potestatem super
gentes. ut dicit Apoc. 2. et Philipp. 2. et
ita missit ad eas apostolos post resurrectio
nem suam Matth. ultimo. et ponderat Au
gustinus Ioannis. 12 de grano cadente in
terram multiplicando.
Ad. 1. q. fuit lumen gentibus per suos aposto
los gentibus prædicantes / Ad. 2 q. non est mi
noris potestatis per alios talia fecisse. po
testas uero domini in multis alijs mirabi
libus et uitæ suæ exemplo monstrabat / Ad
3. q. nec in principio erant gentiles excludē
dis et sic excellentes quidam in fide admis
si sunt. Ar. 2. Vm Christus debue
rit Iudæis sine eorum offensione prædi
cari. Et uidet q. sic qr ut dicit. 1. cor. 10. (care
debemus omnium tam fidelium q3 infi
delium offensionem uitare / 2°. qr ex eo q. Ch
ris

UVA.BHSC

christus reprehendebat Iudeos prebere uide-
bat occasionem non recipiendi eius doctrinam
et calumniandi eum. ut dicit Luce. 11.) 3°
qr. 1. ad Timot. 1. Seniores non sunt increpandi. sed obsecrandi ut patres. at sacerdotes in populo Iudeorum Patrum loco uenerabant/ Sed contra Isai. 8 prophetatum est q esset futurus in lapidem offensionis et in petram scandali duabus domibus Israel Dicendum q. qr salus communis illius populi preferenda erat incommodis particularium Phariseorum principum et scribarum qui Christi doctrinam impediebant opere et exemplo prauo morum. ideo dominus eos reprehendebat. nec de eorum scandalo curandum putabat. Matth. 15/ Ad. 1. Rr cum Gregorio q utilius scandalum permittit qz q ueritas opportuna relinquat/ Ad 2 q ex reprehensione Christi peccata illorum populo innotescebant. et non acquiescebant illis. sed potius doctrine domini/ Ad. 3. q seniores honesti et honore digni non sunt increpandi. alias sic numer. 11. et daniel. 13/

Ar. 3 Vm Christus omnia publice docere debuerit.

et uidet q non qr multa in aure discipulorum dixit. matt. 10. et in coena eis manifestauit 2. qr doctrina Christi continebat profunda sapientie. que non sunt nisi perfectis exponenda. 1. corint. 2/ 3. qr Christus doctrinam suam occultabat in parabolis. ergo et silentio debuit occultare/
Sed contra Ioannis. 18. in occulto locutus sum nihil

UVA.BHSC

nihil. Dicendum q. Christus non occultauit doctrinam suam ex inuidia ut excelleret ut de eo sap. 7. sed neq; qr doctrina de se non erat bona neq; qr paucis predicauerit cum turbis eam proposuerit aut saltem discipulis in comune patefecerit ut docet August. in Joan. sed quantum ad modum docendi aliqua loquens turbis in parabolis ad annuncianda spiritualia misteria quibus capiendis non erant digni ut per Apostolos manifestarent. 2. Timot. 2. quod significatum est numer 4 ubi mandat filijs Aaron ut uasa sanctuarij leuitis inuoluta portanda traderent. Ad 1. Rr cum Hilario in Matth q. non legimus dominum doctrinam de nocte aut in tenebris tradidisse. sed qr sermo eius carnalibus tenebrae sunt uel secundum Hieronimum qr in aucta Iudea tunc predicabat. Ad 2. cum Augustino q. dominus palam locutus est mundo qr coram multis quamuis non palam quatenus illum no intelligebant. Ad 3. ex dictis. et quod dicit q. sine parabolis non loquebat eis secundum Chrisostom intelligit quantum ad illum sermonem. uel secundum Augustinum qr in omni sermone aliquid de parabolis proponebat.

Ar. 4 Vm Christus debuerit doctrinam suam scripto traddere?

Et uidet q. sic qr sic conueniebat ad durandum in eternum. 2. qr et lex uetus ex od. 24 scripturae mandata est licet esset umbratica. 3. qr Christo qui uenerat illuminare his qui erant in tenebris spectabat doctrinam suam scribere ne occasionem errorum tribuerent. ut August. de nonnullis affirmat lib. de consens. euangelistarum. sed contra est q. nulli libri habent ab eo scripti

aut saltem accepissent multi

UVA.BHSC

ti in canone scripturę / Dicendum q. conue-
nienter Christus suam doctrinam non scrip-
sit. Primo ob sui dignitatem qr excellentior
modus est per se ipsum cordibus doctrinam
imprimere sicut potestatem Sabens Matt. 7. sicut Pytagoras et Socrates
fecisse legunt. Secundo ob excellentiam
ipsius doctrinę scriptis non compręhensi-
bilem. Joannis ult. ut explicat Augustinus
Tertio ut ordine quodam ad alios per suos
discipulos doctrina perueniret nam sapiē-
tia uocat ancillas suas ad arcem prov. 9
Vnde colligit mentitos fuisse prout ait Au-
gustinus lib. 1. de consens. euang. qui domi-
num libros magicarum incantationum
scripsisse blasphemant " " " "
Ad. 1. Rr q. Christus scripsit tanqz caput per
membra sua scilicet apostolos. ut dicit Aug.
Ad. 2. q. lex christi in cordibus carnalibus nō
in tabulis lapideis erat a domino conscri-
benda. 2. cor. 3 / Ad. 3. q. qui scripturę Apos-
tolorum de Christo credere noluerunt nec ip-
si scribenti credidissent de quo opinabant
q. magicis artibus miracula perficiebat /

Quaestio. 43. de miraculis a Christo factis in generali in. 4. ar. diu.

Ar: 1. Vm Christus debuerit facere mi-
racula? Et uidet q. non qr alias non
concordaret sibi dicenti generatio prauę et
adulterę non dabit nisi signū Ionę. Matt.
16 / 2 qr in primo aduentu uenit in infir-
mitate et uirdolorum. Isai. 53 ergo non mira-
culorum / 3. qr uenit ut saluator. hebr. 12
at miracula diminuunt meritum fidei. ut

Joan-

UVA.BHSC

Ioan. 4 dicit. nisi signa uideritis non cre
ditis / Sed contra est ex persona aduersario
ꝝ Ioan. 11. Sic homo multa signa facit
Dicendum q. miracula fiunt ad confirma
dam ueritatem quam quis docet quasi sig
naculo regis. secundo ad ostendendam pre
sentiam dei in homine per spiritum sanctum
galat. 3. ad utrumq; autem contulit q. Cr
istus miracula faceret, ut ipse ait Ioann
10. et 5. / Ad. 1. Rr cum Chrisost. q. illa
auctoritas solum dicit q. tunc non accepe
runt signum quale petebant scilicet de
coelo / Ad 2. q. etiam uenit in virtute
dei manifestanda per miracula / Ad. 3. q.
procedit de non credentib; nisi ob mira
cula. alias etiam infidelibus dant ad cre
dendum. 1. corint. 14

Ar 2 vm Christus fecerit miracu
la diuina Virtute.

Et uidet q. non qr hęc est omnipotens. at
dicit Marci. 6. q. in patria sua non pote
rat miracula facere / 2. qr ad faciendo
miracula orabat deum. ut patet Ioannis. 6 et
11. et Matth. 14 / 3. qr poterant quę Christus
faciebat fieri uirtute alicuius creaturę
vnde et pharisei dicebant q. in Belzebub
eiiciebat demonia
Sed contra Ioan. 14 pater in me manens ip
se facit opera / Dicendum q. immutare or
dinem naturę ~~quo~~ ut fit in miraculis ad
solam diuinam virtutem pertinet sicut
docet Leo Papa ad Flauianum / Ad 1. Rr q.
non poterat facere scilicet congruenter
qr

UVA.BHSC

qrerant incredulj. et sic intelligit posse aut
Dej non posse genes. 18. et. 19 / Ad. 2 cum Chrisost homo Matth. 14 q orabat ad nostrū,
exemplum et ut demonstraret se a patre
missum non ob impotentiam / Ad. 3 q dæ
mones superiores eiicient inferiores ab ho
minum corporibus, sed non ab animabus e
tiam quod Christus faciebat uincendo eos
uirtute diuina nullam habendo conueni
entiam in operibus neq in effectu cum Sathana.

Ar. 3 Vm Christus ceperit miracula facere in nuptijs.

Et uidet q non qr in lib. de infantia sal
uatoris dicit q in ea multa miracula fe
cit / 2. qr ex primo instanti suæ conceptio
nis inerat ei diuina virtus ad miracula
3. qr post baptismum et tentationem ut le
git ~~Matt. 4~~ et Ioan. 1 cepit discipulos cō
gregare. Si autem ob miracula secuti sūt
eum Lucæ. 5 / Sed contra dicit Ioan. 2.
initium signorum Iesus in Chana galileæ.
Dicendum q et ad confirmandam suam
doctrinam quam cepit tradere in perfecta
etate, et ~~ad tollendam~~ ne suspicaret phā
tastica eius humanitas conueniens fuit
sicut dicit Chrisost. super Ioannem ut in pu
eritia Christus miracula non faceret.
Ad. 1. Rr cum Chrisost. q illa signa in pue
ritia a Christo (ut dicunt facta) mendacia
sunt sic enim nec Ioannes ipsum ignorasset
nec reliqua multitudo indiguisset magis
tro ad manifestandum eum / Ad 2. q sic fecit
miracula uirtute diuina ut præiuditium
nō

UVA.BHSC

non fieret fidei de veritate carnis eius.
Ad. 3. q. immo ad laudem discipulorum pertinet q. dominum adhuc miracula facientem non vidissent. ut dicit gregor in quadam homilia. signa vero ut ait Chrisost. necessaria erant cum iam erant discipuli congregati et devoti. vel per discipulos intelligunt qui futuri erant discipuli ut ait August. de cons. evangel.

Ar. 4 vm̄ miracula per Christum facta sufficienter eius divinitatem ostenderent.

Et videt q. nō qr etiam ab alijs sunt facta 2. qr alij maiora fecerunt. Joan. 14 / 3 qr universalis virtus Christi non poterat ostendi ex particularibus miraculis) sed contradicit dominus Joannis 5.) Dicendum q. miracula Christi manifestabant eius divinitatem [redacted] et secundum speciem operum naturę virtutem excedentium Joan. 9. et secundum modum quo fiebant scilicet propria potestate Luc. 6. ut ait Cyrillus. et Chrisost. Matth. 8 / et Tertio ex ipsa doctrina quę nisi divina esset non confirmaret miraculis. Matth. 1.

Ad. 1. Rr cum Augustino ad Volusianū q. Christus excellentiori modo fecit. et habuit alia mirabiliora propria sibi. ut nasci de virgine resurgere. et coelum ascendere / Ad. 2 ai Augustino. q. maiora horum intelligunt de his quę tunc dicebat. vel Rr q. facientibus alijs etiam ipse faciebat cum et dicat pater in me facit opera. pręterq. q. nihil maius q. homines iustificare quod Christus facit in nobis

^ et Joan. 15

^ illa sc. sepius et in pluribus

^ de se

^ etiam mundi creatio)

UVA.BHSC

bis licet non sine nobis / Ad 3 q. quando aliquod particulare opus proprium est alicuius agentis (ut hominis ratiocinari) per illud probat tota uirtus agentis. et sic in christo miracula facere uirtute propria diuinitatem sufficienter ostendit ~ // ~ //

Quaestio 44 de singulis miraculorum speciebus in 4 articulos diuisa

Ar. 1. Vm miracula facta per christum circa spirituales substantias fuerint conuenientia

Fuidet q. non qr circa bonos angelos miracula non fecit. ergo nec debuit facere circa malos / 2 qr per hoc demones cognoscentes eum impedissent mortem eius, ne nos redimeret / 3. qr miracula christi ad gloriam dei ordinabant, at christus demones increpabat ne eum laudarent. qr non est speciosa laus in ore peccatoris eccl. 15 / 4 qr quedam miracula in damnum hominum cedebant ut Marci. 9. cum demon decerpens hominem discessit ab eo. et Mat. 8 cum demones missi sunt in porcos ~ Sed contra prophetatum est Zachar. 13 -

Dicendum q. miracula christi erant argumenta fidei quam docebat. quod in eiectione demonum ab obsessis erat manifestandum Ioan. 12 Ad. 1 Rr ex coloss. 1. q. homines et a demonibus liberandi et angelis erant sociandi et circa hos sufficiebat ut hominibus apparerent / Ad. 2 cum August. deciuit dei q. non innotuit demonibus plus quam oportuit per quasdam scilicet coniecturas ut ait Chrisost. et Beda in Lucam / Ad. 3. q. miracula non fiebant ad utilitatem demo-

UVA.BHSC

dæmonum. nec laus dei decebat in ore eorum nec conueniebat homines ab eis laudantibus instrui / Ad 3 cum Chrisost. homo Beda et Hieronimo q. dæmonum eiectio erat ad salutem animarum. ad quam conducebat et corporum maior afflictio ad tempus, et rerum temporalium amissio.

Ar. 2. Vm conuenienter fuerint facta miracula circa coelestia corpora?

Et uidet q. non q. inconueniens est incorruptibilia et inalterabilia corpora immutare / 2 q. secundum motum coelestium corporum temporum cursus designant gen. 1. ergo eo mutato confunderet temporum distinctio et ordo / 3. q. dum uiuens circa corpora coelestia (etiam petentibus Iudæis non fecit) ergo minus debuit moriens / Sed contra Luc. 23 obscuratus est sol etc / Dicendum q. non ita sufficienter ostendit diuinitas et uirtus Christi circa corporum inferiorum ac proinde oportuit circa coelestia miracula fieri ut constat ex dionisio in epistola ad Policarpum / Ad 1. Rx cum August. 22 contra Faustum et glossa Rom. 11. q. naturale est cuilibet creaturæ ut transmutet secundum dei uoluntatem / Ad 2. cum Hieronimo q. motus coeli non cessauit sed sol retraxit radios suos virtute diuina / uel q. nubes sunt interpositæ ut dicit origenes / uel cum dionisio per interpositionem lunæ in quo multa miracula ponderat. uide in hoc articulo diuum Thomam / q. si astrologi in alijs mundi partibus talem ecclypsim non noserunt fuit q. obscuritati aeris ascriberent eo tempore de ecclysi minime cogitantes / Ad 3. cum Maximo serm. de natiuit. et Chrisostho in Matth. q. tunc conueniebat Christum maiora miracula facere, cum infirmior apparebat scilicet in natiuitate et passione

^ miracula

^ immutationē /

^ in Matth

^ in passione

^ tenebræ causatæ

^ utque ex Chrisosthomo et Origene etiam adducit aduertas

UVA.BHSC

Ar. 3 Vm conuenienter circa homines Christus miracula fecerit?

Et uidet q. nō. qr circa eorum animas non fecit illa / 2° qr paulatim et successiue sanabat ut constat primum uidente homines tanquam arbores ergo non virtute diuina / 3. qr non semper corporalis infirmitas oritur ex peccato. Ioan. 9 ergo inconuenienter quaerentibus salutem corporis peccata dimittebat ut Matth. 9 / 4 qr praecipiens sanatis ut tacerent impediebat effectum miraculorum apud alios; maxime qr aliis praecipiebat miracula publicare ut Mar. ci. 5. Sed contrarium constat. Marci. 7 Dicendum q. oportuit ut dominus qui homines uenerat saluos facere Ioan. 3. uniuersalem se tam corporis quam animae saluatorem ostenderet Ad. 1 R. q. etiam animas sanabat sed illud non pertinebat ad miracula sed ad miraculorum finem. quia uis exterius mouendo, trahendo et exteriendo animas immutabat ut ponderat origen et Chrisostomus. Lucae. 4 / Ad. 2. q. in miraculis etiam humanitas concurrebat et sic non in instanti quando quam fiebant. etsi semper cum magna perfectione nisi infidelitas ut in dicto caeco obsisteret. / Ad. 3. q. cum finis salutis corporis sit animae salus, ideo animae peccata remittebat et animas cum manifestis signis sanabat / Ad. 4 cum Chrisostomo Matth. 9 q. dedit nobis exemplum ne nos ob nosmet ipsos laudemus sed propter gloriam dei et sic concordant loca

Ar. 4. Vm conuenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irrationa

Et uidet q. non qr fecit circa plantas N. g. Cles. ficulneam infructuosam. Matth. 21. et non circa bruta quae nobiliora sunt / 3 qr sicut fecit mi

2° qr inconuenienter ficulnea punit non dans ficus cum eorum non erat tempus

UVA.BHSC

miracula in extremis scilicet terra et coelo debuisset facere in medio scilicet aqua et aere sicut Moyses et Helias / 4. qr miracula ad gubernationem pertinent ergo inconuenienter creatione usus est in multiplicatione panum / Sed contra est Sap. 8. disponit omnia suauiter. / Dicendum q ad uirtutem diuinitatis (quæ per miracula manifestabat) pertinet etiam in irrationabilibus creaturis miracula facere / Ad 1 Rr q quantum ad naturam sensibilem et corporalem eadem est de brutis et de homine ratio. pisces uero magis differunt ab homine. circa quos facta sunt miracula in copiosa eorum captura luc. 5. et Ioan ult. et in eo in quo Petrus inuenit statere Ad 2 cum Chrisost. et Hilario q in talibus miraculum inspiciendum est cum admiratione factoris et spiritualis intelligentia quærenda / Ad 3 q etiam Matth. 8. imperauit dominus uentis et Mari, In mirabilibus uero quæ in passione contigerunt ostensum est q totus mundus erat in melius commutandus Ad 4 cum August in Ioan. q panes multiplicati sunt non per creationem. sed per additionem extraneæ materiæ in panes conuersæ sicut grana multiplicant in segetes

non ad creatio

et sic eodem die creati sunt

Quæstio 45 de transfigurat. Christi in 4or articul. diu.

Ar. 1 Vm conueniens fuerit ipsum trans

Et uidet q non qr in uarias formas figurari mutari conuenit non uero sed phantastico corpori / 2 qr figura est in quarta specie qualitatis claritas autem in tertia. ergo assumptio claritatis transfiguratio dici non debet / 3 qr non magis debuit gloriose transfigurari se

cum

UVA.BHSC

cundum claritatem q3 secundum alias dotes ℣
Sed contra est Matth. 17 / Dicendum q dominꝰ
induxerat suos discipulos ad suę passionis ꝛ
quellam. et sic ne deficerent ut ait Beda finem gloriꝰ
quo per labores tendebant eis ostendit ut ad
ersa fortius tolerarent / Ad 1. Rꝯ quam Hilarius in
Matth. q, Christus priorem formam per tran
figurationem nō amisit ℣ Ad 2 q, nomine
figuræ Cquę terminus comprehendit) omnia
illa quę circa extremitatem corporis consi
derare (ut claritas) ad figuram quandam
pertinere videntur / Ad 3 q, inter quatuor dotes
corporis gloriosi sola claritas est qualitas per
sonę in seipsa. alię enim tres non percipiun
nisi in aliquo actu, motu aut passione ^

Ad 2. Vnde claritas fuit gloriosa.
Et inde q, non q Beda in Matth. 17 dicit quia
claritas fuit similis immortalitati at cla
ritas gloriæ immortalitas est / 2 q. idem Be
da ibi q. 9 illam claritatem vocat glorifica
tionem corporis in imaginaria visum repre
sentatione futuræ beatitudinis / 3 q. illa cla
ritas etiam in nube et vestibus apparuit et
non solum in corpore.

Sed contra sunt Hilarius Matt 17. et Chrysos
tomus Matt. 16 / Dicendum quia claritas
fuit gloriæ quantum ad essentiam, sed non quia
tum ad modum qui non per modum qualitatis sed pas
sionis transeuntis. Unde ille fulgor tunc in cor
pore Christi apparens miraculosus fuit. Sicut
et ambulasse super undas maris. ut dicit Di
onisius in epist 4 ad Paulum / Ad 1. Rꝯ q, ex
illo non colligitur q, non fuerit illa claritas glo
riæ. sed q, non fuit qualitas corporis gloriosi immo ad
huc passibilis / Ad 2. q, dicit imaginaria non
quia nuda. sed qui figuram repræsentat / Ad 3
q, claritas nostrum significat claritatem sanc
to ^

^ q derivata a
divinitate et a
gloria animæ.

^ rum quibus
deus induit iu
talsa. 49 / nu
bes autem signi
ficat secundum
origenē virtutem
paternā qua sanc
ti protegent ^

UVA.BHSC

Ar. 3. Vñ testes conuenienter sint induc

Et videt q, nō gr̄ sōlis angelis̄ per experimentum de gl̄oria scriptura constabat / 2 gr̄ secundum gl̄ossam huc. 9 scribitur apparuerunt moyses et helias / 3. gr̄ uidere dr̄ act. 10. Christo omnes prophetę testimonium perhibent. ergo et omnes apparere debuerunt / 4 gr̄ gl̄oria christi omnibus fidelibus repromittitur. ergo omnes apostoli adesse debuerant) Sed contra est scriptura sancta / Dicendum q, gr̄ ad gl̄oriam per christū adducunt et qui eum prędesserunt. et qui secuti sunt (omnes enim matth. 21 clamabant ōsa) ideo de utrisq; testes transfigurationis adhibentur / Ad 1. Rr q, ad expressis gl̄oriam non erat angeli adducendi / Ad 2 q, illa gl̄ossa dicit de scripta ex libro apocrypho quem titulat de mirabilibus sacrę scripturę nec tenenda. nec ex dubio a Hieron super matth. constat. apparuit autem anima moysi non in proprio corpore sed mala quod assumpto ut angeli. apparuerunt autem scdm̄ suam hucusq; moyses et helias ut christ. et hilarius notant et alij tres apostoli propter excellentiam et ministerium quę sabbatum fuit sue mysterium magis concernentia - " " " " "

Ar. 4 Vñ conuenienter audita fuerit vox et videt q, nō gr̄ uidere dr̄ Job 33 semel (patris loquitur deus. ac iam in baptismo fuerat locutus 2. gr̄ debuisset et spūs sanctus etiam hic adesse) 3 gr̄ post baptismum christus docere cepit ergo potius tunc vox patris debebat inducere eos ad eū audiendum / 4 gr̄ discipuli non potuerant ferre illam vocem et sic cecidissent in faciem suam / Sed contra est auctoritas scripturę) Dicendum q, adoptio filiorum dei est per quandam conformitatem imaginis ad filium naturalem. quę super gratiam baptismi. et futuram gl̄oriam. et sic oportuit eum ubiq; manifestari naturalem christi filiationem patris testimonio. Ad 1 Rr q,))

q, deus sem el loquitur ne ęterna quę verbum generat Ad 2 q, tamen ibi adfuit spiritus s in specie nubis splendorem gl̄orię representans Ad 3. q, christus dabat gratiam et promittebat gl̄oriam et ideo instituit hanc transfigurationem ut ea gl̄oria audirent / Ad 4 q, prosternuntur discipuli pater) na vox ne ostendat q, excellentia illius gl̄orię excedit omnem sensū et facultatem mortalium ut habet exod. 33. et dicit Hieronimus in matthęum -

Quęstio -

UVA.BHSC

13

Quaestio 46 De Passione Christi in duodecim articulos diuisa.

Ar. 1. Vm fuerit necessarium Christum pati ob liberandū humanū genus.

q. nō) et videt q. non poterat humanum genus liberari nisi a deo. Isai. 45. in deo autem non cadit aliqua necessitas / 2. q. Isai. 53 uoluntarie passus est. necessarium autem uoluntario opponit / 3. q. nec ex parte misericordie diuine que sicut gratis dona tribuit. sic gratis debita relaxat. neq. ex parte iustitie secundum quam homo eternam damnationem meruerat / 4. q. non est passus pro nobiliori natura angelica. ergo neq. pro homine etc /

Sed contra habet Ioannis. 3. de exaltatione filij hominis in cruce ne pereamus credentes / Dicendum q. passio Christi non fuit necessaria quasi impossibile esset non esse, neq. ex exteriori agente sic enim esset necessitate coactionis. sed dicit necessaria ex fine Primo ex parte nostra liberationis Ioannis 3 / 2° ex parte Christi qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis Luc. ult° et Tertio ex parte dei, definitionis scilicet ipsius quam oportebat impleri circa passionem domini prefiguratam in ueteri testamento.

Ad. 1. Rr q. procedit de necessitate coactionis ex parte dei / Ad. 2. q. procedit de coactione ex parte hominis Christi / Ad. 3. q. conueniens fuit iustitie q. Christus pro peccato humani generis satisfecit. misericordie uero q. cum

hu

UVA.BHSC

Homo per se pro peccato humane naturae non posset satisfacere. deus ei satisfactorem dedit filium suum. Rom. 3. et hoc fuit maioris misericordiae quam si sine satisfactione dimissis sec. ephess. 2 / Ad 4 q. peccatum angeli non fuit remediabile. ut in. 1. p. dictum est.

Ar. 2. Vm fuerit possibilis alius modus liberationis humanae quam per Passionem Christi.

Et videtur quod non. quia Joan. 12 dicit quod nisi granum frumenti (scilicet ipse Christus ut ait Augustinus) mortuum fuerit ipsum solum manet / 2. quia Matth. 26 calix passionis non posse transire sed bibendum dicit quia sine illo ut dicit Hilarius reparari non possumus / 3. quia Christus iustitiam praeterire non potest at iustitia dei exigebat ut homo a peccato liberaret Christo per passionem satisfaciente / 4 quia Antiqui patres crediderunt Christum passurum. sed fidei non potest subesse falsum. ergo.

Sed contra est Augustinus. Lib. 13. de trin. Dicendum quod absolute possibile fuit deum alio modo hominem liberare quam per Christi passionem, sed ex suppositione divinae praescientiae et infallibilis dispositionis sic ordinantis fuit impossibile. et per hoc R. ad primum.

Ad. 2. similiter et sic subdit ibidem fiat voluntas tua / Ad. 3. q. deus est supremum et commune bonum totius universi non habens aliquem superiorem. et ideo si remittat peccatum in se commissum nulli facit iniuriam, unde David dicebat tibi soli peccavi. q. d. potest sine iniustitia mihi dimittere. / Ad 4 q. fides etiam in

UVA.BHSC

innitit prescientie et preordinationi diuine)
Ar. 3. Vm fuerit alius modus conue
nientior ad liberationem humani
generis, quam per passionem Christi?
et uidet quod non quia natura que a deo regulatur
non facit per plura. quod potest per unum er
go et deus qui sola sua uoluntate poterat non
debuit per passionem Christi hominem liberare /
2. quia conuenientius fiunt que per naturam
quam que per uiolentiam. ergo conuenientius re
demisset Christus hominem per mortem na
turalem. quam patiendo / 3. quia diabolus per uio
lentiam hominem subiugabat. ergo et per so
lam dei potentiam sine passione Christi uin
cendus et spoliandus erat /
Sed contra est Augustinus. Lib. 13. de trini
Dicendum quod ille modus est conuenientior in
quo plura concurrunt expedientia fini in pas
sione autem Christi ad humanam salutem pre
ter liberationem a peccato plurima concurrer
unt. Primo ostensio et prouocatio eximij amo
ris dei. Roman. 5. Secundo exemplum obedien
tie. humilitatis, constantie, iustitie etc. 1. Pet
2. Tertio meritum gratie et glorie / quarto
quia maior obligatio insurgit in homine se im
munem a peccato conseruandi. tali sanguine
redempto. 1 corint. 6 / quinto quia hoc ad maio
rem dignitatem hominis cessit. ut sicut fuit
victus et deceptus a diabolo. ita ipse diabolum
vinceret. et moriendo mortem superaret. 1.
corint. 15 / Ad. 1. Rr q. ad conuenientius etiam
natura plura assumit ut duo soculos ad uidendum
et sic in alijs / Ad. 2. cum Chrisostomo q.

sicut mortem me
ruit

Chris-

UVA.BHSC

Christus non sui mortem (qua carebat quia erat uita) sed hominum uenerat consumpturus, neque ergo egrotare poterat, nec nisi occissus sue victorie et uirtutis testimonium / Ad 3. q. homo iniuste in uasus a demone iuste tenebat ob peccatum subseruitute diaboli derelictus a deo. et sic uicta est potentia diaboli, qui est desertor iustitie. et amator potentie

^ reddere.

Ar. 4 Vm Christus pati debuerit in cruce?

Et uidet q. non. qr animalia que Christum in lege figurabant gladio occidebant et igne cremabant. ueritas autem debet respondere figure / 2 qr ut ait Damascenus Christus non debuit assumere detractabiles et ignominiosas passiones. qualis fuit Mors sapie. 2 morte turpissima c. e. / 3. qr de Christo dicit. Matth. 21 benedictus qui uenit in n. d. / at mors crucis erat maledictionis. deut. 21. /

^ crucis

Sed contra Philipp. 2. factus est obediens usque ad m. m. autem crucis. ,,

Dicendum q. mors crucis fuit maxime conueniens primo ob exemplum uirtutis ne ullum mortis genus recte uiuenti esset formidabile. secundo qr in ligno peccauit Adam et in cruce fit restitutio ut dicit in psalmo et August in quodam sermone de passione / Tertio ut ait Chrisost. serm. de passione ut aer etiam mundaret. et terra sanguine fluente respersa. ~~et Ioannis 3~~. quarto ut sursum nos trahat in coelum / quinto qr crux ut dicit Nicenus

^ ut ait August / Lib. 83. qq.

^ vetito

^ et Joan. 3.

cenus

UVA.BHSC

cenꝰ uersus omnes partes se extendit et pręcipue Christus manus extendit teste Chrisostomo ut altera uęterem populum. altera gentilicum trahat / Sexto quia ut dicit August lib. de gratia uęt. et nou. testamenti in cruce et hoc genere mortis. altum. latum longum et profundum charitatis innuit / Septimo quia de cruce fuerunt diuersę figurę. scilicet archa noe. virga Moysis. lignum missum in aquas amaram. et Moyses extendens manus ad uincendum Amalech etc. Ad. 1. Rr. quia et altare holocaustorum erat de lignis. exod. 26. non tamen amputat caput Christo ut Ioannis. nec secat ut Isaias quia ecclesia indiuisibilis manet / Ad. 2 q. intelligit passiones pertinentes ad defectum scientię et gratię / Ad. 3. q. ut ait August. 14 contra Faustum. et peccatum. et mors et mortalitas ex peccato prouenientes maledictum uocant. unde galat. 3. de Christo dicit redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictum

et testamenti

Ar. 5. Vm Christus omnes passiones II. sustinuerit.

Et uidet q. sic quia Hilarius. 10. detrinit ait q. consumauit omne humanarum genus passionum / 2. quia Isai. 52. dicit de Christo q. exaltabit (scilicet quia habuit omnem scientiam) et inglorius erit inter uiros. ergo quia sustinuit omnem passionem humanam / 3. quia uenit liberare homines ab omni genere peccatorum ergo per omne genus passionum / Sed contra est q. Ioannis. 19. militum crura non domini confregerunt

Di-

UVA.BHSC

Dicendum q. quantum ad speciem passio-
num Christus non est omnes passus, sed quan-
tum ad genus et hoc tripliciter. Primo ex
parte hominum a quibus passus est. scili-
cet. gentilibus. Iudeis. masculis. foeminis
Principibus. et ministris. popularibus. fami-
liaribus et notis. Secundo ex parte eorum
in quibus homo potest pati. scilicet in de-
scientibus amicis. fama. honore. rebus. a-
nima et corpore. Tertio quantum ad
omnes sensus et omnia corporis membra
ut discurrendo per singula constat.

Ad. 1. Rr. q. Hilarius intelligit quantum
ad omnia genera passionum. sed non quan-
tum ad omnes species / Ad. 2. q. similitudo
attenditur ibi non quantum ad numerum
passionum et gratiarum. sed quantum ad mag-
nitudinem utriusque supra et infra alios
per ignominiam passionis / Ad. 3. q. secun-
dum sufficientiam una minima passio Chri-
sti satisfuisset ad redemptionem omnium
peccatorum, sed secundum convenientiam
sufficiens fuit q. omnia passionum genera
sustineret.

Ar. 6. Vm dolor Passionis Christi fue-
rit maior omnibus doloribus?

Et videtur q. non q. alij martires ut Lauren-
tius assatus. et Vincentius excarnificatus
atrociora et diuturniora tormenta passi
sunt / 2. q. perfecta mentis virtus dolorem
mitigat. ut dixerunt Stoici. et Aristoteles. at
in Christo fuit perfectissima virtus / 3. q. ma-
ior

^ nec est possi-
bile quedam
enim sibi in-
vicem contra-
riant ut suf-
focatio in a-
quis et com-
bustio in igne

UVA.BHSC

cor dolor causat quanto est magis sensibile
ipsum patiens sed anima est magis sensi-
Christi bilis quam corpus (cui dat q. sentiat) et corpus etiam
Adae in statu innocentiae ergo poenae purga-
torij aut inferni aut quas pateret Adam
in illo statu essen graviores / 4. quia amissio
vitae spiritualis per peccatum mortale magis
quia maioris boni / sensibilis est. immo et vitae corporalis in alijs
a Christo quia ipse mortuus est post triduum re-
surrecturus / 5. quia innocentia patientis (ut
in Christo constat Hierem. 11) mitigat dolorem /
6. quia cum minimus dolor Christi sufficeret ad
salutem hominum superfluum esset maxi-
mum assumere
Sed contra Thren. 1 ex persona Christi si est do-
lor sicut dolor meus.
Dicendum quod tam tristitia animae Christi quam do-
lor corporis in Christo fuit maximus Primo ~~quantum ad corpus~~
scilicet / ex causis et generalitate laesionis in toto
corpore et partibus nervosis cum diuturnita-
te et corporis pendentis gravitate / quantum
vero ad animam ex consideratione peccatorum
pro quibus patiebatur et in eius morte delinquen-
tium et scandali discipulorum / Secundo fuit
maximus ex perceptibilitate patientis habe-
tis corpus optime complexionatum et animae
vires efficacissime apprehendentes omnes
causas tristitiae / Tertio ex doloris puritate
quia ut dicit Damascenus permissit Christus
unicuique virium agere quod sibi erat proprium
non impediendo per considerationem rationis /
quarto quia propter finem liberationis hominum
voluntarie assumpsit dolorem tanto fructui
proportionatum / Ad 1. Rr quod procedit ex una
tantum causa patiendi / Ad 2. quod virtus mora-
lis

UVA.BHSC

lis diminuit directe tristitiam. indirecte ue
ro dolorem. et illam quidem constituendo me
dium non rei sed secundum proportionem
ad finem. fuit ergo tristitia Christi maxima
quantitate absoluta sed non excedens regu
lam rationis / ~~Ad. 2~~ dolorem uero Christus
non represit / Ad. 2 q. non comparamus hic
dolorem ad dolorem animę separatę in illis
locis. corpus autem Adę in illo statu erat im
passibilis. et dato q. posset pati minus adhuc
pateret ob pauciores causas dolendi / Ad. 4
q. vita corporalis Christi erat maximę dignita
tis. magis diligibilis etiam sibi iuxta doctri
nam Philosophi in. 3. ethic. sed tamen non
solum ut dictum est ob amissionem eius do
luit / Ad. 5. q. quantum ad illam causam mi
nuit dolor. sed adhuc in Christo ut cum illa
apprehendebat nocumentum a Christo ut ma
gis indebitum. et reprehensibile in inferen
tibus / Ad. 6. q. Christus liberaturus hominem
secundum iustitiam (et non sola potestate)
attendit ad dolorem humanę naturę ad tan
tam satisfactionem.

quantitatis

et ut sic

Ar. 7. Vm Christus passus fuerit secundum totam animam?

Et uidet q. non qr anima per accidens pa
tit ad passionem corporis cuius est actus
sed secundum intellectum non est actus
corporis ut dicit in. 3. de anima. ergo se
cundum eum non patit / 2 qr ratio su
perior animę intendit secundum Augus
tinum ęternis inspiciendis. a quibus non
potuit Christus ullum nocumentum pati

3.

UVA.BHSC

3. quia cum passio pertingit usque ad rationem dicitur completa passio. at in Christo secundum Hieronimum non fuit nisi pro passio. et Dionisius est ad idem in epistola ad Joannem euangelistam / 4. quia in intellectu speculatiuo non est dolor quia delectationi eius, quod est considerare nulla tristia opponitur. ut habetur 1. topicorum.

Sed contra in psalm. ex persona Christi iuxta glossam dicitur. repleta est malis (non quidem culpe) anima mea.

Dicendum quod tota anima Christi patiebatur quantum ad essentiam. et ex consequenti quantum ad omnes potentias ut erant subiectiue in ea. sed obiectiue quantum ad proprias passiones potentiarum que attenduntur ex parte obiecti patiebatur secundum inferiores uires, sed non secundum portionem animae superiorem / Ad. 1. Respondetur ex dictis quia intellectus in anima intellectiua radicatur) Ad. 2. quod procedit de passione, que est ex parte proprij obiecti. et sic superior ratio in eo passa non fuit / Ad. 3. quod passio non peruenit ad rationem Christi ut perturbaret eam) Ad. 4. quod licet non ex parte sui obiecti, per modum tamen iam dictum pertingit dolor usque ad intellectum.

quia tota eius essentia coniungebatur corpori patienti.

Ar. 8. Vtrum tota anima in Passione frueretur fruitione beata?

Et uidetur quod non. quia impossibile est totam dolere ut dictum est et gaudere / 2. quia dolor impedit non solum maximam delectationem

maximus

UVA.BHSC

Sed et quamcunque contrariam et econuer
so ut dicit in 1. ethic / 3. quia non omnes
animae potentiae attingunt ad amandum
et cognoscendum deum, in quo secundum
Augustinum fruitio beata consistit.
Sed contra est Damascenus in 3. libro
Dicendum quod tota anima secundum essen
tiam fruebatur, in quantum est subiectum
superioris partis animae cuius est frui di
uinitate. Sicut e conuerso passio ratione
essentiae attribuitur superiori parti animae
ratione uero potentiarum non tota fruebatur
nec directe quia fruitio non potest esse
actus cuius libet partis animae. nec per re
dundantiam gloriae. quia dum Christus erat
uiator non fiebat redundantia gloriae a
superiori parte in inferiorem, neque ab a
nima in corpus, neque portio superiora fru
endo impediebat. " " " "
Ad 1. Pr quod gaudium fruitionis non con
trariatur directe dolori passionis. ac proinde
possunt esse in eodem / Ad 2. quod dictum Phi
losophi habet uerum ratione redundantiae
ab una potentia in aliam: quod non fuit
in Christo / Ad 3. quod procedit de totalitate
animae quoad eius potentias.

Ar 9 Vm Christus fuerit conueni
ente tempore Passus?

Videtur quod non quia agnus Paschalis qui eum
figurauit immolabatur decima quarta die
ad Vesperam. exod 12. / 2 quia Christus qui
est sol debuit exaltari (hoc est mori Joannis enim
13

sicut

malach. ult°

UVA.BHSC

13 eius mors dicit exaltatio hora sexta cuius contrarium videt dici. Marci. 15. erat autem hora tertia et crucifixerunt eum / 3. quia etiam sol in solstitio estivali maxime exaltat quolibet anno. ergo tunc etiam debuit pati et non circa equinoctium vernale / 4. quia convenientius fuisset quousque ad senectutem viveret ut diutius tanquam sol mundum illuminasset. ad quod ipse venit / Sed contra est Joannes. 13. cap. et cap. 2. et ibi glossa Augustini.

Dicendum quod mors Christi subiecta erat divine sapientie que omnia congruenter disposuit. Sapie. 8. et ideo convenienti tempore est passus. ut ponderat August. lib de quest. vet. et nov. testamenti.

Ad. 1. Respondeo omissis variis dicendi modis quod iudei etiamsi occupati circa passionem domini paschae celebrationem et essum agni minime distulerunt ad feriam sextam. sed eodem die decima nimirum quarta luna quo Christus celebrarunt. quod Hieronimus docet. et constat. Marci. 14. et Luce. 22. cum ergo Joannis. 13. dicit ante diem festum Paschae intelligit 14. luna. nam luna 15. erat dies solemnissimus Paschae apud Iudeos qui incipiebat secundum ritum iudaicae festivitatis a vespera precedentis diei. Pascha vero quod dicebant comedere. 15. luna erant azimi panes (non agnus). vel Pascha potest accipi ut dicit Chrisostomus pro toto festo iudeorum

Ad. 2. Respondeo cum Augustino de consensu evange

UVA.BHSC

gelistarum q. hora tertia crucifixus est
dominus, linguis iudęorum dicentium cru
cifige crucifige eum / vel dicendum q. Paras
ceue est idem quod preparatio iudęi autem
uerum Pascha quod consistit in passione
domini ceperunt celebrare hora noctis no
na quando omnes Principes sacerdotum
dixerunt reus est mortis. ab illa ergo hora
usq3 ad Christi crucifixionem occurrit ho
ra Parasceues sexta secundum Ioannem,
et hora diei tertia secundum Marcum /
quidam tamen dicunt q. hęc diuersitas
ex peccato scriptoris apud grecos contin-
git. nam figurę quibus tria et sex re
presentant satis sunt propinquę apud
eos / Ad. 3. q. sicut dicit in lib. quęst. uęt.
et nou. testamenti tunc uoluit domi
nus mundum redimere, quando eum
creauerat. scilicet in equinoctio illo quo
dies super noctem increscit. et qr perfecta
illuminatio erit in secundo aduentu ideo
tempus secundi aduentus estati compara
t. Matth. 24) Ad. 4. q. uoluit in iuue
nili etate pati Primo ut magis suam di-
lectionem commendaret / Secundo ut osten
deret q. in eo nonerat naturę diminutio
sicut nec morbus. Tertio ut moriens
et resurgens in seipso futuram resurgen
tium demonstraret ephess. 4 donec occur
ramus in virum perfectum etc. ~ 11.

qualitatem)

Ar. 10. Vm Christus fuerit conue
niente loco passus?

et

UVA.BHSC

Et videt q. non qr secundum carnem humanam passus est quae concepta fuit in Nazareth et nata in Bethleem ergo non in Hierusalem pati debuit / 2. qr sacrificia figurativa passionis eius flebant in templo non ergo debuit ipse extra portam civitatis pati / 3. qr medicina debet morbo respondere sed ~~medicina peccati Adae fuit~~ passio Christi fuit medicina peccati Adae qui sepultus est in Hebron. Iosue 14 / Sed contra Luc. 13. non capit prophetam perire extra Hierusalem. Christus autem fuit propheta.

Dicendum ex lib. 83. qq q. omnia congruis temporibus et locis fecit salvator qr omnia tempora et loca sunt in manu eius

Ad primum Rr q. Christus convenientissime in Hierusalem passus est. Primo qr erat locus electus a deo ad sacrificia sibi offerenda. quo Christus ut ait Beda appropinquabit tempore passionis. scilicet ante sex dies Paschae / Secundo qr erat medium terrae habitabilis ut inde virtus passionis diffunderet iuxta illud psalmi operatus est salutem in medio terrae / Tertio ut maiorem confusionem in celebrioribus loco sustineret ut dicit Leo papa in serm. de epyph. quarto ut ostenderet a Principibus Iudaeorum exortam esse iniquitatem occidentium ipsum. act. 4 / Ad 2 q. voluit pati extra portam ob tria. Primo ut veritas figu-

UVA.BHSC

gure responderet de vitulo et Hirco pro multitudine concrematis extra castra Leuit. 16. et hebr. 13 / Secundo ut daret exemplum exeundi ab humana conuersatione. hebr. 13 / Tertio (ut ait Chrisostomus in serm. de passione) ut se non solum pro illo populo, sed pro toto mundo crucifigi demonstraret Ad. 3. cum Hieronimo super Matth. q. caluarie locus non sic dicitur qr ibi sit sepultum caput Ade. sed qr erat locus supplicij ubi de capitabant scelesti. ac proinde non prope sepulchrum Ade (ne putaret pro ipso solum mori) sed in caluario pro omnibus mortem subire voluit. " " "

Ar. 11. Vm conueniens fuerit Chr istum cum latronibus crucifigi.

Et uidet q. non. qr ut dicit. 2 cor. 6. que participatio iustitie cum iniquitate? / 2o qr origen. Matth. 26. dicit q. mori cum Iesu pro omnibus moriente Dominum non erat. et ad idem est Ambrosius. Luc. 22 / 3. qr Matth. 27. dicit q. latrones cum eo crucifixi improperabant ei. et Luc. 23. quod unus ex crucifixis cum eo dicebat ei memento mei etc. ergo preter blasphemantes fuit crucifixus aliis non blasphemans. Sed contra prophetat Isai 53. et cum sceleratis reputatus est.

Dicendum q. ex intentione Iudeorum eo inter latrones crucifigit dominus ut eorum

sus

UVA.BHSC

suspicionis fieret particeps. Sed ex dei ordinatione (ut dicit Hieronimus in matt.) ut pro noxijs ostendat crucifigi. Secundo ut dicit leo papa serm. de passione et Alcuinus super Joannem ut in patibulo designet tribunal iudicantis in fine mundi ad dexteram saluandos ad sinistram damnandos constituturi / uel significant per duos latrones ut ait Hilarius universitas uocandorum ad fidem / uel ut dicit Beda super Marc. qui patiunt uel quod boni agunt propter deum uel uanam gloriam. Ad 1m. Rr q. sicut uoluntarie elegit cum latronibus crucifigi. sicut et mori non qr tale mortis genus et socios mereret) Ad 2. q. non conueniebat ut cum Christo aliquis alius pateret ex causa pro alijs. ut dicit Origenes / Ad 3. cum Augustino de cons. euangelist. q. euangelista posuit plurale pro singulari. uel cum Hieronimo q. in principio ambo improperabant domino.

Ar. 12. Vm Passio domini sit eius diuinitati attribuenda?

Fuidet q. sic qr. 1. corint. 2. dicit si cognouissent dominum gloriae non crucifixissent. dominus autem gloriae est secundum diuinitatem / 2 qr passio Christi est fructifera qr a diuinitate sumit uirtutem / 3 qr iudaei puniti sunt tanqm occissores ipsius dei. Sed contra est Athanasius in epistola ad Epictetum / Dicendum est ut supra q. in hypostasi una verbi mansit distinctiona

tu-

UVA.BHSC

turarum. attribuenda ergo est passio sup
posito diuinæ naturæ impassibilis ratione
humanæ naturæ. ut in epistola synodali di
cit Cyrillus / et sub anathemate decernit -
Ad. 1. Rr ex dictis / Ad 2 similiter / Ad 3 q. nõ
purum hominem crucifixerunt. sed quasi
rumpentes litteras et chartam Regis verbũ
Regis in ibi latentem disruperunt ~ ||-

Quæstio. 47. De causa efficiente Passionis Christi.

In. 6 art. diu.ª

Ar. 1 Vm Christus fuerit ab alio occissus an a seipso?

Et uidet q. a seipso. q. Ioan. 10 dicit nemo
tollit animam meam a me. sed ego po
no eam / 2. q. qui ab alijs occidunt pau
latim debilitata natura deficiunt Ch
ristus autem cum clamore ualido expi
rauit. Matth. 27 / 3. q. eiusmodi uiolen
ter moriunt. Christus autem secundum
Augustinum. quomodo et quando uolui
emisit spiritum -
Sed contra Matth. 18. postq. flagellauerunt
occident eum / Dicendum q. directe perse
cutores ipsum occiderunt. indirecte autem
fuit ipse dominus suæ mortis causa qua
tenus potens non impediuit occissores et
nocumenta carnis lessiua. quod poterat
facere spiritus ipsius et anima verbo con
iuncta ut dicit August. in. 4. de trinit. et
propterea dicit animam suam posuisse et
no

maxime cru
cifixi qui lon
ga morte cru
ciabant ut di
cit August. in
4 de trinit /

Christi

UVA.BHSC

voluntarie mortuus esse / Ad 1. Rr q. tol
li dicit ab invito qualis non fuit Christus
in morte / Ad 2 q. ille clamor validus et mors
citius subsecuta attestant q. voluntarie et
quando voluit nocumento et morti cessit
ut Marci. 15. et Mannus. 19. ex admira
tione Centurionis. et Pilati colligitur ~
Ad 3. q. et volenter obijt quatenus vo
lentia mortis tantum corpori eius preva
luit quantum ipse voluit.

Ar. 2 Vm Christus fuerit ex obedi
entia mortuus.

Et videt q. non qr non legit habuisse de
moriendo preceptum / 2. qr sic ex neces
sitate precepti et non voluntarie obijss
et / 3. qr ex charitate mortuus est. ephes
5. charitas autem preeminet obedientie
ergo potius ex charitate mortuus dici de
bet / Sed contra Philipp. 2. factus est obe
diens patri usq3 ad mortem. // // //.
Dicendum q. convenientissimum fuit
ut Christus ex obedientia moreret. primo
qr et per unius hominis inobedientiam pec
catores constituti sunt multi Rom. 5. Se
cundo qr sic sacrificium passionis fuit deo
gratissimum. Roman. 5. ephess. 5. et 1.
reg. 15. Tertio qr miles victoriam non as
sequitur nisi duci obediat. et sic Christus deo
obediens vicit. Unde pro N. 21. vir obediens
loquitur victorias.

Ad 1. Rr q. mandatum moriendi habuit a
patre ut constat Ioannis. 10. quod in proces /
su /

Ad in alijs crucifixis

et volun tarie

UVA.BHSC

Sic passionis manifestauit ut dicit Chrisostomus. non quasi prius expectauerit audire et pus fuerit ei discere; qr tamen in ipsius morte lex uetus consumata est ut dixit ipse moriens Ioannis .19. consumatum est potest dici q omnia præcepta legis patiendo impleuit. moralia quidem in charitate. cæremonialia uero implendo figuras. et iuditialia ~~uero~~ quæ ordinantur ad satisfaciendum iniuriam passis / Ad. 2. q, obedientia importat necessitatem respectu eius quod præcipit. sed uoluntatem respectu impletionis præcepti. iuxta illud psalmi ut facerem uoluntatem tuam deus meus uolui. et matth. 26. si non potest transire hic calix nisi bibam illum fiat uoluntas tua / Ad. 3 q, ex obedientia dilexit, et ex charitate obediuit.

Ar. 3 Vm Deus Pater tradiderit Christum Passioni?

Et iudet q non qr deus fidelis est et sine ulla iniquitate. deuter. 32. ergo non tradidit innocentem Iesum passioni / 2 qr ipse se morti tradidit Isai. 53. ergo non est traditus a Patre / 3. qr Iudas Ioan. 6 dicit diabolus qr tradidit ipsum Iudæi similiter damnant qr ipsum Pilato tradiderunt ut Pilatus dicit. Ioan. 18 / quin et Pilatus tradidit ipsum crucifigendum Ioan. 19. non est autem participatio iustitiæ cum iniquitate. 2. corint. 6 /

Sed

UVA.BHSC

Sed contra dicit Rom. 8. proprio filio suo non pepercit deus. sed pro nobis omnibus trad. illum.

Dicendum q. Christus passus est voluntarie ex obedientia Patris. tradidit ergo illum pater. tum praeordinatione sua, isa 53. tum inspirando ei voluntatem patiendi pro nobis infundendo ei charitatem et sic oblatus est qr voluit. tum non defendendo sed exponendo persequentibus unde matt. 27 se derelictum proclamat

Ad. 1. Rr q. deus non tradidit invitum ut sic severitas Patris. et charitas filij manifestaret. Rom. 3. et 8 / Ad. 2. q. et Christus inquantum deus eadem voluntate se tradidit qua illum pater. sed ut homo voluntate inspirata / Ad. 3. q. eadem actio ut a diversa radice procedit laudat aut vituperat et sic traditio ut a patre ex amore et ut a Iuda ex cupiditate. a Iudaeis ex invidia et a Pilato ex mundano Caesaris timore.

Ar. 4 Vm conveniens fuerit Christum Pati a gentilibus.

Videt q. non qr cum essent homines a peccato per ipsum liberandi conveniens videbat ut paucissimi in passione eius peccarent. peccaverunt autem Iudaei. ergo quorsum et gentiles / 2. qr sacrificia figuralia passionis non a gentilibus in lege offerebant / 3. qr Iudaei quaerebant eum

UVA.BHSC

eum interficere non solum qr soluebat
Sabbathum sed qr se parem deo faciebat ut
patet Ioan. 5. hoc autem solum uidebat
esse contra legem Iudeorum ut ipsi dicunt
Ioan. 19. secundum legem debet mori qr
filium dei se fecit. et sic falsum dixisse
uidentur dum aiunt nobis non licet inter
ficere quemquam cum multa peccata morte in lege
puniret ut patet Leuit. 20.
Sed contra dicit dominus Matth. 20. tradet
illum gentibus ad crucifigendum etc.
Dicendum q. in ipso modo passionis prefi-
guratus est effectus ipsius dum primo fuit
in iudeis. et ibi multi legunt in passione
baptizati. et ipsis predicantibus transiuit
ad gentes sicut et ab ipsis incepit dominus
pati et a gentilibus est passio consumata.
Ad. 1. Rr q. ut effectus passionis ad utrosque
perueniret uoluit dominus ab utrisque pa
ti / Ad. 2 q. ex parte crucifigentium passio
Christi non fuit oblatio sacrificij sed pecca
tum grauissimum / Ad. 3. q. non licebat
eis interficere qr per Romanos cui erant
subiecti potestas occidendi erat eis interdicta
uel ob festi sanctitatem iam ceptam cele
brari ut dicit Augustinus. uel qr ut Chrisos
thomus dicit uolebant eum occidi non tan
quam transgressorem legis sed tanquam publicum
hostem. uel qr non licebat eis crucifigere
sed lapidare. ——— ./. ——— ./.

Ar. 5. Vm persecutores Christi eum
cognouerint

et

actorum 2 et 3

UVA.BHSC

et videtur q. sic qr Hieronimus Matth. 21 saltem de Principibus Iudeorum sic intelligit illud Hic est heres venite occidamus eum / 2. qr Ioannis. 15. dicit dominus nunc autem et viderunt (scilicet cognoscendo) et oderunt me et patrem meum / 3. qr in quodam sermone Ephessini concilij dicit q. Iudei se habuerunt ad modum discerpentis cartam regiam in qua noscitur esse imperatoris verbum. ac proinde dignus est morte /

vel imperialem /

Sed contra dicit. 1. Corint. 2. si cognouissent non crucifixissent, et act. 3. per ignorantiam fecistis sicut et Principes vestri, et dominus in cruce ait nesciunt quid faciunt.

Dicendum q. maiores siue Principes Iudeorum cognouerunt (ut dicit in lib. quest. vet. et noui testamenti) cognouerunt Christum esse in lege promissum, non tamen esse filium dei (sicut et demones) poterant tamen et hoc ex euidentia signorum agnoscere nisi inuidia excecasset eos. minores uero de plebe neutrum dictorum cognouerunt (et si credebant aliqui ob efficaciam doctrine) decipiebant enim a Principibus et hoc est quod actorum 3. dicit. scio qr per ignorantiam fecistis sicut et Principes vestri scilicet seducti ab eis / Ad. 1. Rr ex dictis. quamuis Chrisostomus et Beda dicant q. etiam esse filium dei cognouerunt cui dictum est in psalmo dabo tibi gentes hereditatem tuam. sed possunt intelligi de filiatione non per naturam sed per excellentiam gratie singularis. nisi dicas q. ex signorum euidentia filium dei naturalem agnoscere potuerunt

UVA.BHSC

runt. et cognouisse dicunt / Ad. 2. q. liuor
in iudiq. excecauit eos ne ex signis diuinita
tem eius agnoscerent / Ad. 3. q. ignorantia
affectata. qua isti ut dicit Iob. 21. a uerita
te recesserunt. aggrauat potius q̄ excusat
peccatum et sic peccatum hoꝝ fuit non so
lum ut crucifigentium Dominem Christum
sed et deum &c.

Ar. 6. Vm̄ Peccatum crucifigen tium Christum fuerit grauissimū

Et uidet q. non q̄ excusant ab ipso domino
dicente. ignosce illis non enim sciunt qu
id faciunt / 2. q̄ dominus dicit Ioannis
19. qui me tradidit tibi maius peccatum
habet at Pilatus crucifigendum tradi
dit ipsum / 3. q̄ nullus patitur iniustum
uolens ex 3. ethic. et nullo patiente inius
tum nullus facit iniustum ut ibi subdit /
Sed contra est Chrisost. in illud Matth. 23
implete mensuram patrum uestrorum /
Dicendum q. peccatum Principum Iudaeorum
ut pote affectate ignorantium fuit gra
uissimum. in crucifixione domini. minorum
uero de populo minus graue. et gentili
um crucifigentium magis excusabile q̄
legis notitiam non habebant. sed zelum ut
dicit Beda loco citato Matth. licet non se
cundum scientiam.

Ad. 1. Rr q. illa excusatio refert ad minores
de populo sicut dictum est / Ad. 2. q. Iudas
tradidit illum Principibus Iudaeorum. et hi tra
di

Pilat

tum ex ipso ge
nere peccati tū
ex malitia uo
luntatis

excusa
ditate

dederunt eum Pilato ex invidia. ac proinde
gravius peccaverunt quam Pilatus ex timore
et milites ex zelo ut dictum est / Ad. 3. q.
Christus voluit suam passionem sicut et
deus. sed non iniquam damnationem iudæ
orum. et qui occidit hominem etiam vo
lentem immo et seipsum iniuriam facit
deo et Reipublicæ. et poenam meret ut pa
tet. 2 reg. 1. de occidente Saulem. et in
5. ethic.

Quæstio. 48. De effectu Passio modo
nis Christi. in. 6. art. diuª.

Ar. 1. vm Passio Christi causaverit
nostram salutem per modum meriti?

Videtur q. non causaverit eam per modum
meriti. quia passionum principia non sunt
in nobis. et nullus meret nisi per id quod
est in ipso / 2. quia ab instanti suæ conceptio
nis meruit sibi et nobis. ergo superflue post
modum meruit per passionem / 3. quia eius
charitas non fuit magis aucta tempore pas
sionis. ergo nec tunc magis quam antea meruit
Sed contra est Augustinus ~~super~~ Philipp. 2.
super illud propter quod et deus exaltavit
illum / Dicendum q. cum gratia fuerit
Christo collata non solum ut singulari
personæ sed ut capiti influenti in omnes
sic se habuerunt opera Christi tam ad se quam
ad sua membra, sicut opera alterius ho
minis in gratia constituti ad seipsum. et su
meruit nobis patiendo propter iustitiam. Mat
th.

UVA.BHSC

th. 5 / Ad 1. Per q. passio principium etiam / habet ab interiori quatenus quis eam voluntarie sustinet. et sic est meritoria) Ad 2. q. ad removenda quædam impedimenta ex parte nostra ad consequendum effectum præcedentium meritorum Christi oportuit ipsum pati / Ad 3. q. passio Christi habuit aliquem effectum, quem non præcedentia merita. non ob maiorem charitatem, sed ob genus operis conveniens tali effectui

Ar. 2. Vtrum Passio Christi causaverit nostram salutem per modum satisfactionis.

Et videtur q. non q. ad Christum non pertinet contrarij aut confiteri q. non peccavit. ergo nec satisfacere. cum et satisfactio sit poenitentiæ pars / 2. q. nullus satisfit per maiorem offensam. qualis in passione Christi perpetrata est / 3. q. satisfactio importat æqualitatem ad culpam cum sit [illegible] iustitiæ. sed Christi passio (cum non fuerit secundum divinitatem, sed secundum carnem 1. Petr. 4) non potest esse æqualis peccatis omnium hominum. ergo / " " "

Sed contra dicit in persona Christi in psalmo quæ non rapui tunc exolvebant.

Dicendum q. passio Christi fuit superabundans satisfactio pro peccatis totius mundi q. plus per eam deo datum est q. recompensatio peccatorum generis humani desposcebant. Primo ex par.

1. Joan. 2 /

actus

UVA.BHSC

parte superabundantis charitatis qua patie
bat. Secundo ex parte vitę excellentissimę
quam obtulit. et tertio propter generalita
tem passionis, et magnitudinem doloris as
sumpti / Ad. 1. Rr q, caput et membra sūt
quasi una persona mistica. immo in quan
tum dico homines sunt unum in charitate
unus pro alio satisfacere potest. neq; est si
mile de contritione et confessione qr satis
factio consistit in actu exteriori ad quem as
sumi possunt instrumenta, inter quę com
putant etiam amici / Ad. 2. q, incompara
biliter fuit maior charitas Christi patientis
q̄ malitia crucifigentium. adeo ut pro ea
etiam passio Christi satisfactoria esset / Ad. 3
q, caro Christi ut erat caro dei habebat dignita
tem infinitam.

Ar 3. vm Passio Christi operata sit per modum sacrificij.

Et videt q, non qr ~~figura~~ veritas respondet ~~figurę~~ ~~veritati~~ figurę
at in veteri lege non sacrificabat caro
humana. immo tale sacrificium erat ex
ecrabile. ut patet in psalmis / 2 qr Au
gust dicit in 10 deciuit. q, sacrificium
visibile signum est invisibilis sacrificij
passio autem Christi non est signum, sed
magis signatum per alia signa / 3. qr illi
qui Christum occiderunt non sacrum a
liquid. sed maleficium sunt patrati.
Sed contra ephess 5. tradidit semet ipsū
pro

sive sacramentum

UVA.BHSC

pro nobis oblationem et hostiam deo
Dicendum. q. sacrificium proprie est
aliquid factum in honorem deo debitum
ad ipsum placandum ut dicit August
in. 10. de ciuit. Christus autem se ipsum
obtulit in passione pro nobis opere deo
maxime accepto. unde manifestum est
q. eius passio fuit uerum sacrificium
multiplici sacrificiorum differentia
sine fastidio figuratum. in quo secun
dum eundem Augustinum. 4 de trini
(sicut et in quouis alio sacrificio) quattu
or considerant. scilicet quis. quid. a quo
et pro quibus offert. quæ ab uno omnia in
unum coeunt dum hic unum est of
ferens. cum eo cui offert. et quod offertur
sibi etiam uniens pro quibus offert.
Ad. 1. Rr. q. ueritas respondens figuræ lon
ge illam excedit. et sic caro Christi anima
lium victimas præcedentes quæ hoc sacrifi
cium præfigurabant. carnis humanæ mor
talis, sine peccato, talis tamq. eximij offe
rentis. quæ omnia ut ponderat August. 4
de trinit. tanto sacrificio ad amussim con
gruebant / Ad. 2. q. Augustinus loquitur
de sacrificijs uisibilibus figuralibus. quam
uis et per hoc (ut. 1. Petri. 4 dicit) signifi
cet nos eadem passione fulciri et armari
debere / Ad. 3. q. ex parte occidentium fuit
maleficium, quod ex parte Christi fuit sa
crificium

ut ibidem subditur

et singula

Ar

UVA.BHSC

Ar. 4 vm Passio Christi operata sit nostram salutem per modum Redemptionis?

Et videt q non qr nullus emit vel redimit quod nunqz desijt esse suum. sed ut homines nunqz desierunt esse dei. ergo / 2 qr dolus nemini patrocinat. ergo cum homo fraudulenter fuerit a diabolo subiugatus videt q non per modum Redemptionis debuerit ab eius potestate eripi / 3. qr precium redemptionis scilicet sanguis Christi non est datum diabolo. ergo nec sumus redempti. Sed contrarium habet. 1. Petri 1. non corruptibilibus etc. et ad galat. 3. Christus nos redemit etc.

Dicendum q per peccatum homo subiacebat et servituti peccati. Joan. 8. et 2. Petr 2. et etiam reatui peccati. quae ex inductione diaboli provenerunt ac subinde eius etiam servituti homo adductus erat. quoniam autem et pro peccato et pro reatu praenae passio Christi fuit sufficientissima satisfactio fuit precium quo liberati sumus ab utraqz obligatione nam dan 4. peccata eleemosine precio redimi dicuntur.

Ad 1. Rr q homo dicit desinere esse dei per peccatum non quoad naturam. sed qr amittit unionem charitatis ad ipsum / Ad 2. q homo per peccatum ut dictum est quantum ad culpam diabolo se subiecerat. quantum vero

UVA.BHSC

uero ad poenam deo et iustitie ipsius prin
cipaliter et diabolo tanquam tortori. ut in
nuit. Matth. 5. secundum Chrisostomum,
per respectum ergo ad deum (licet diabo
lus iniuste detineret ~~[illegible]~~ eum)
iustitia exigebat quod homo redimeret non
autem per respectum ad diabolum / Ad 3
quod quia redemptio requirebat per respectum
ad deum. ideo precium non diabolo sed
deo fuit persoluendum.

iuste punien
tem et permit
tem hominem
sub seruitute
teneri

Ar. 5. Vm esse Redemptorem sit proprium Christi?

Et uidetur quod non. quia in psalmo ad totam tri
nitatem dicitur redemisti me domine deus
ueritatis / 2. quia deus pater dedit precium
redemptionis scilicet Christum secundum
glossam in illud psalmi redemptionem
misit dominus populo suo / 3. quia etiam
alij sancti et eorum passiones sunt no
bis proficue. ut constat Coloss. 1.
Sed contra dicit ad galat. 3. de Christo facto
pro nobis maledictum. ut de maledicto libe
raret. Dicendum quod ad Redemptionem duo
requiruntur scilicet solutionis actus et pre
cium solutum quod sit soluentis. utrumque
autem horum fuit in Christo sanguinem
suum pro hominum peccato offerente ac
proinde esse Redemptorem est proprium Chri
sti tanquam immediate cause. licet redemptio
tis

ut homo est.

UVA.BHSC

trinitati tanquam primae causae et remotae tribuat.
Ad. 1. Rr. q. glossa dicit redemisti me deus
veritatis in Christo clamante / Ad. 2. q. pre
cium vitae suae soluit immediate Christus
sed de mandato patris primordialis actoris
Ad. 3 q. passiones ecclesiae non per modum
redemptionis sed exempli et exhortatio-
nis pro nostra salute ut dicit. 1. corint. 1.

sanctorum proficiunt

Ar. 6. Vm Passio Christi operata sit
nostram salutem per modum efficientiae.
Et videtur q. non quia eiusmodi causa efficiens
est virtus dei. Isai. 59. Christus vero pas
sus est ex infirmitate. 2. ad corint. 13 /
2. quia nullum agens corporale agit nisi per
contactum at passio Christi non poterat
omnes homines contingere / 3. quia non vi
detur eidem posse competere operari per mo
dum meriti et per modum efficientiae. quia
meritum expectat premium ab alio sed
passio Christi operata est per modum meriti
ergo non efficientiae /
Sed contra dicit. 1. corint. 1. q. verbum cru
cis his qui salvi fiunt est virtus dei.
Dicendum q. sicut humanitas Christi ut co
iuncta verbo est instrumentum divinitatis
sic et humanitatis actiones et passiones
instrumentaliter efficiunt et causant hu
manam salutem. / Ad. 1. Rr. q. passio Chris
ti relata ad carnem ipsius congruit infirmi-
tati assumptae, relata vero ad divinitatem
excedit omnem virtutem humanam. 1. cor-
1.

Ad

UVA:BHSC

Ad 2. q passio Christi corporalis habet spiritualem uirtutem qua per fidem spirituali contactu pertingit omnes. iuxta illud Apostoli. quem posuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius / Ad 3. q passio Christi comparata ad eius diuinitatem agit per modum efficientiæ. comparata ad uoluntatem per modum meriti. ut considerata in ipsa carne Christi per modum satisfactionis, ut liberat nos a poena per modum redemptionis. et ut eripit nos a seruitute culpæ per modum sacrificij, quo reconciliamur deo.

^ et sacramenta /

^ animæ ipsius /

Quæstio. 49 de effectibus Passionis Christi in 6 articulos diuisa? —

Ar. 1. vm Per Passionem Christi simus liberati a Peccato?

et uidet q liberare a peccato est proprium dei ut deus. Isai. 43 / 2. q corporalis passio non potest agere in spirituale. quale est peccatum existens in spirituali creatura scilicet anima / 3. q nullus potest liberari nisi a peccato commisso. ergo non liberant homines per eam a peccatis commissis post ipsam domini passionem / 4. q seclusa baptismo et poenitentia non remittunt peccata. ergo passio non est sufficiens causa remissionis eorum / 5. q pro N. 10. et. 15. charitati fidei et misericordiæ tribuit remissio aut purgatio peccatorum. sed sunt multa alia quæ sunt prouocatiua charitatis q passio. ergo / sed contra Apocal. 1. dilexit nos et lauit nos in sanguine suo.

Dicendum q passio Christi est propria causa remis

UVA.BHSC

missionis peccatorum tripliciter. Primo per modum prouocantis ad charitatem. Rom. 5. per quam peccata condonantur Luc. 7. Secundo per modum redemptionis tanquam caput membra. Tertio per modum efficientie.

Ad. 1. Rr. q. licet non sit passus ut deus eius tamen caro est diuinitatis instrumentum. Ad. 2. q. sortitur uirtutem quamdam ex diuinitate / Ad. 3. q. Christus sua passione a peccatis nos liberauit causaliter et instituendo pro futuris peccatis medicinam / Ad. 4. q. passio Christi precessit tanquam causa uniuersalis remissionis peccatorum. que applicatur singulis per baptismum poenitentiam. et alia. que a passione sortiuntur uirtutem / Ad. 5. q. etiam per fidem applicatur nobis uirtus passionis Christi. Rom. 3 — formatam charitate

Ar. 2 Vm per passionem Christi simus liberati a potestate diaboli.

Et uidetur q. non quia diabolus non habet potestatem in homines nisi Christo concedente ut constat. Iob. 1. et 2. et Matth. 8. ergo nunquam habuit in hominibus potestatem a qua egeant liberari / 2°. quia adhuc nos tentat et uexat. in quo eius potestas consistit / 3. quia Passio Christi et uirtus eius in perpetuum durat. hebr. 10. et ubique extenditur sed liberatio a potestate diaboli non est ubique quia in multis partibus sunt idolatrie. neque erit semper quia tempore maxime contra homines suam potestatem exercebit. 2. Thessal. 2. — et deo

Sed contra dicit dominus imminente passione Ioannis. 12. nunc Princeps mundi eiicietur foras. et ego si exaltatus fuero (scilicet per passionem) omnia traham ad meipsum

crucis

Di-

UVA.BHSC

Dicendum q. homo liberatus est per passionem Christi a potestate diaboli quam in ipsum exercebat. Primo ex parte hominis qui meruerat in potestatem eius tradi. Secundo ex parte dei quem homo peccando offenderat, qui per suam potentiam hominem reliquerat potestati diaboli. Tertio ex parte ipsius diaboli qui sua nequissima voluntate hominem a consecutione salutis impediebat et in Christum qui nihil debebat vehementius furens. ut dicit August. 13 de trinit. Unde ius contra hominem perdit. Ad. 1. Rr q. diabolus non habebat potestatem in homines quasi posset eis nocere deo non permittente / Ad. 2. q. etiam nunc tentat et vexat homines. tuentur tamen se passione domini, sicut et antiqui fide ipsius quantum tamen ad descensum in infernum nullus ante passionem dæmonis potestatem evadere / Ad. 3. q. quidquid sit de permissione dei circa dæmonum nocumenta. possunt homines se ab illis passione Christi defendere. q. si non faciant sibi ipsis negligentibus. non inefficaciæ passionis adscribendum est.

per remissionem peccati

per reconciliationem.

Ar. 3. Vm per passionem Christi homines liberati sint a pœna Peccati?

Et videtur q. non quia præcipua peccati pœna est pœna inferni a qua qui in eo erant non sunt liberati per passionem Christi / 2. quia pœnitentibus imponitur pœna

UVA.BHSC

na satisfactoria ergo non sunt libe
ri ab ea per Christi passionem / 3. qz
mors est poena peccati cum per pecca
tum mors Roman. 6. at post passionē
Christi moriuntur fideles. " " "
Sed contra Isai. 53 uere langores nos
tros ipse tulit. et d. n. ip. portauit
Dicendum q. per passionem Christi libe
rati sumus a reatu poenae uno modo di
recte inquantum fuit satisfactio pro pec
cato humani generis. alio modo indirec
te inquantum scilicet passio Christi est
causa remissionis peccati, in quo funda
t reatus poenae. " " "
Ad. 1 R. q. effectus passionis Christi appli
cat per fidem et charitatem et fidei sacra
menta, quae in damnatis locum non ha
bent / Ad. 2. q. ad consequendum effec
tum passionis Christi debemus ei confi
gurari uel sacramentaliter per baptismū
in mortem consepulti es Roman. 6. et sic
nulla imponit poena baptizatis qz tota
liter sunt liberati per satisfactionem
Christi. qui autem post baptismum peccat
configurant Christo patienti per poenali
tates quas sustinere oportet multo tamē
minores quam essent condignae peccato
cooperante satisfactione Christi / Ad. 3. q.
passio Christi habet effectum in nobis inquā
tum (ut dictum est) ei tanqz membra capiti
incorporamur Primo per passiones et gratiā
Deinde perfecte per immortalitatem et glo
riam

quod fit semel

UVA.BHSC

riam Roman. 8. si tamen compati
mur ut et glorificemur ,,

Ar. 4 Vm per passionem Christi
simus Deo reconciliati.

Et videt q non qr reconciliatio non ha
bet locum in amicis. deus autem semp
dilexit nos qr ut dicit Sapientiæ. 11. nihil
odit eorum quæ fecit / 2. qr dilectio dei est
principium passionis Christi. Joan. 3. nõ
potest autem idem esse principium et effec
tus. ergo non sumus per passionem recon
ciliati deo, ita q nos amare inceperit / 3.
qr passio Christi impleta est per ipsum oc
cidentes qui in eo grauissime offenderũt
deum; ergo potius est causa indignatio
nis qz reconciliationis dei.

Sed contrarium omnino dicit Roman. 5.
Dicendum q Passio Christi est causa recon
ciliationis ad deum dupliciter scilicet re
mouendo peccatum quo homines odibiles
reddunt deo. Sapientiæ. 14. et sæpe in psal
mis. Alio modo inquantum est sacrifi
cium deo acceptissimum. 1. reg. 26.

Sacrificij autẽ est placare eum cui offertur. /

Ad 1. Rr q deus in homine diligit natu
ram sed odio habet peccatum et peccato
res ut sic. eccli. 12 / Ad. 2. q non dicimur
reconciliati, qr de nouo amati. sed qr per pas
sionem Christi sublata est odij causa / Ad
3. q maior fuit charitas occissi ad reconcili
andum deo, qz occidentium iniquitas ad pro

(immo charitate perpetua Hierem 31)

uo

UVA.BHSC

ascendam in eam ~~~~~

Ad 5. vm Christus sua passione
~ apeeuerit nobis ianuam caeli.'

Et videtur quod non quia ut dicitur prov. 11. semi
nanti iustitiam (quod fecerunt antiqui
ante passionem) merces fidelis. scilicet
apertio caeli / 2 quia 4 reg. 2 longe ante pas
sionem domini Helias raptus est in cae
lum / 3. quia matth. 3. Christo baptizato a
perti sunt caeli. baptismus autem passio
nem praecessit / 4. quia micheae. 2 dicitur
de Christo ascendit pandens iter. ergo per
ascensionem aperta est ianua /

Sed contra hebr. 10. habemus fiduciam in
introitu sanctorum (scilicet caelestium) in
sanguine Christi ~

Dicendum quod cum per passionem domini
liberati fuerimus non solum a peccato com
muni totius naturae sed etiam a peccatis sin
gulorum propriis. ut declaratum est. per quod sub
latum est impedimentum introeundi in
caelum per passionem suam aperuit no
bis dominus caeli ianuam ut dicitur hebr. 9
et figurabatur numer. 35. in homicidis re
deuntibus ^ in domos suas post mortem pontifi
cis olim mortui. Ad 1. Respondeo quod in sanctis antiq
uis remoto ^ impedimento personali, mane
bat impedimentum communiter auferendum
per Christi passionem / Ad 2. quod Helias non ad
empyreum, sed ad aereum caelum est assum
ptus sicut et Enoch in terrestre paradysum ~
us

^ a ciuitatibus refugij ~

^ per fidem Christi hebr. 11.

UVA.BHSC

us q3 ad aduentum Christi / Ad. 3. q. ibi innuit baptismo Christi aperit ~~nobis~~ coelum ex / q. baptizatis virtute passionis ipsius / Ad. 4 q. in ascensione quasi in possessionem regni (post apertionem ianuae) nos dominus immissit et sic ait pandens iter.

Ar. 6 Vm Christus per suam passionem meruerit exaltari. —//—

Et videtur q. non q. sublimitas non est minus ei propria q3 scientiae plenitudo. sed hanc habuit sine merito ex ipsa unione ad verbum. ergo et illam) 2 q. charitas quae est principium merendi non fuit in eo maior in passione q3 antea. ergo non magis meruit exaltari per passionem) 3. q. gloria corporis resultat ex gloria animae ut dicit Augustinus ad Dioscorum. sed illam non meruit. ergo neq3 hanc. // —//—//—

Sed contrarium dicit expresse Philipp. 2 Dicendum q. sicut qui surripit aliena permeret priuari etiam proprijs et reddere quadruplum. ut dicit exod. 22. ita qui sibi subtrahit quod sibi debet meret amplius honorari. et ob humilitatem (ut dicit Lucae 24) exaltari / Christus autem in sua passione humiliatus est quantum ad quattuor scilicet quantum ad tormenta et mortem secundo quantum ad locum sepulchri. Tertio quantum ad confusionem. et opprobrium quod sustinuit. et quarto quantum ad hoc quod est traditus humanae potestati. Joan. 19 et ideo meruit exaltationem quantum ad quattuor. Primo quantum ad resurrectionem gloriosam. Secundo quantum ad ascensionem

in

psalm. tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam —

UVA.BHSC

in coelum. Tertio quantum ad consessum paternę dexterę et manifestationem diuinitatis. et quarto quantum ad iudiciariam potestatem Job 36.

Ephes 4 Isai. 52 et Philipp. 2

Ad. 1. Rr q principium merendi est ex parte animę corpus autem est instrumentum meritorij actus. et ideo perfectio animę ~~Christi animę~~ Christi quę fuit merendi principium non debuit in eo acquiri per meritum sicut perfectio corporis quod fuit passionis subiectum

Ad. 2 q per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius animę. in passione meruit suam exaltationem per modum cuiusdam recompensationis etiam ex parte corporis / Ad 3. q ex quadam dispensatione factum est in Christo ut gloria animę ante passionem non redundaret ad corpus ut gloriam corporis honorabilius per passionis meritum obtineret. animę vero gloriam qr immediate erat unita verbo differri non conueniebat.

Quaestio. 50. De morte Christi in 6 articulos diuisa.

Ar. 1. Vni conueniens fuerit Christum mori

Videtur q non qr filius dei est ipse fons vitę ut dicit in psalmo / 2 qr maior defectus est mors qz Morbus. at ut dicit Chrisostomus non dicuit Christum egrotare ergo nec mori 3. qr Ioannis. 10. dicit dominus ego veni ut vitam habeant et ut abundantius habeant sed oppositum non ducit ad oppositum, ergo sed contra Ioannis. 11. prophetice dictum est a Caypha. expedit ut unus moriat homo. Dicendum q conueniens fuit Christum mori primo ad satisfaciendum pro peccato hominis qui mori merebat. Secundo ad ostendendam ue

ri

UVA.BHSC

ritatem naturę assumptae ut eus ebuis no
tat. Tertio ut moriendo nos a morte libera
ret hebr. 2, quarto ut daret nobis exempl
um moriendi spiritualiter peccato Rom. 6
quinto ut resurgendo resurgendi nobis fidu
ciam conferret 1. corinth. 15.
Ad. 1. Rr q. Christus est fons vitę ut deus et
sic non potuit mori ut ait August. ad Feli uersus
cianum / Ad. 2. q. non sustinuit mortem a
morbo provenientem ne ex necessitate
naturę videret mori / Ad. 3. q. quandoq; per
accidens unum contrarium ducit ad aliud
et sic frigidum calefacit aliquando. Et su
mors nostra Christi morte destructa est ~/.

Ar. 2. Vm in morte Christi fue
rit divinitas a carne separata?
Et videt q. sic qr matth. 27 clamat do
minus ut quid deus dereliquisti me
quod Ambrosius exponens ait clama
bat homo separatione divinitatis mo
riturus / 2. qr remoto medio separant
extrema. at caro mediante anima (quę
separata est a carne) unita est verbo. ergo
3. qr divinitas magis vivificat q; ani
ma. sed non poterat mori corpus nisi
anima separata ergo minus mori po
terat nisi separata divinitate.
Sed contra est q. ea quę sunt humanę
naturę non dicunt de filio dei nisi ra
tione unionis. sed de filio dei dicit id qu
id convenit corpori Christi post mortem
scilicet q. fuerit passus mortuus et sepul
tus

Di

UVA.BHSC

Dicendum q. multo maior est gratia unionis q3 gratia adoptionis. Hec autē nunq3 sine peccato perdit. q. sine poenitentia sunt dona dei. Rom. 11. et ex consequenti cum in Christo non potuerit esse peccatum semper divinitas mansit unita carni taliter q. non esset alia fix posthasis post mortem carnis et verbi dei ut dicit Damascenus. Lib 3.

/ et de suiratione permanentior

Ad. 1. Rr q. dereliquisti idem est ac nō protexisti a persequentibus. vel quantū ad illam orationem, qua petierat ut calix ille transiret ab eo. ut dicit August. lib. de gra. novi testamenti.) Ad. 2 q. anima non est medium ligans unita sed quatenus caro mediante anima pertinet ad humanam naturam quam filius dei assumere intendebat / Ad. 3. q. anima vivificat formaliter dans esse vivum divinitas vero non sic sed effective et ex voluntate.

vel inclinatione ad hoc ut reuniatur ei

Ar. 3 Vm in morte Christi fuerit facta separatio Divinitatis ab Anima?

Et videt q. sic q. Joannis. 10 dicit dominus. nemo tollit animam meam a me sed ego pono eam. quod separationem insinuat / 2 q. Athanasius anathematizat eum qui negaverit filium dei assumpsisse totum hominem in resurrectione, totumq3 resurrexisse / 3. q. sic sequeret q. verbum dei esset anima. sicut propter

sive filius

UVA.BHSC

ter unionem ad totum hominem dicit homo. immo et q. filius dei esset corporis forma / 4 qr si remansit verbum unitum. et animę separatę. et corpori esset duo supposita. quod omnino concedi nō potest. Sed contra est Damasc. lib. 3. Dicendum q. cum anima immediatius fuerit verbo unita q3 corpus ~~et proinde~~ cum verbum in morte non fuerit separatū a corpore. nec etiam fuit separatum ab anima et sic filius dei dicit ad inferos descendisse.

Ad. 1. Rr cum Augustino q. verbum dicit ponere animam pro ut ipsum verbum caro est / Ad. 2. q. Athanasius tantum intendit q. in resurrectione totalitas naturę sit redintegrata, per iteratam unionem animę et corporis / Ad. 3. q. neq3 propter unionem ad humanam naturam verbum aut filius dei dicit humana natura sed humanam naturam habens. et sic post mortem non dicit corpus aut anima. sed corpus habens. et animam / Ad. 4. cum damasceno lib. 3. q. corpus et anima Christi secundum idem ex principio in verbi hypothasi habuerunt existentiam vna ergo verbi in eis hypothasis et nunq3 duę.

Ar 4. Vm Christus in Triduo mortis fuerit homo?

Videt q. sic. qr talis (ut dicit August. 1. de trin) erat illa susceptio ut deum hominem faceret

UVA.BHSC

ceret et hominem deum: sed illa suscep-
tio non cessauit in triduo. ergo / 2 quia unus
quisque homo ut dicit in 9 ethic est suus
intellectus. et sic animam Petri existentem
nunc in coelis interpellamus dicentes san
cte Petre ora pro nobis, sed filius dei non fuit
separatus ab anima. ergo / 3. quia in illo triduo
fuit sacerdos (fuit enim sacerdos in aeter
num ut dicit in psalmo) ergo etiam fuit homo
sed contra est quia in illo triduo non fuit uiuus
~~neque~~ neque animatum corpus ergo neque
Christus fuit homo
Dicendum quod simpliciter et absolute erroneum
est asserere Christum in triduo illo fuis
se hominem. quia tollitur ueritas mortis eius
ut constat ex synodali Cyrilli. potest tamen
dici homo mortuus. Nec tamen (etsi verbis
erroneis) errauerunt in fide Hugo de san
cto vict. et Magister in. 23. distinct. tertij
asserentes tunc fuisse hominem. quia Hugo ani
mam putauit esse hominem; et Magister quod
unio animae et carnis non esset de ratione
hominis. sed quod sufficiebat unirent ad verbum /
Ad. 1. Rr quod susceptio animae et carnis non ces
sauit. cessauit tamen unio utriusque inter
~~separatione~~ / Ad. 2. quod intellectus quia intellec
tus est principalior pars hominis / Ad. 3. quod
esse sacerdotem conuenit homini ratione
animae in qua est character sacerdotalis. et
praecipue in Christo qui est origo sacerdotij.

Ar. 5 Vm fuerit idem corpus numero
11. Christi viuentis et mortui simpliciter?

et uidetur quod non quia nec corpus cuiusuis alterius
hominis est idem mortuum et uiuum / 2 quia
se

interse ad in
uicem

per separatio
nem verbi ab
eis

homo dicit esse
suus

UVA.BHSC

secundum Philosophum in 5. meta. quæ differunt specie differunt etiam numero. corpus autem Christi viuum et mortuum differebant specie 2. de anima et 7. metaph. / 3. qr mors est substantialis corruptio eius quod erat / Sed contra est Athanasius in Epistola ad Epictetum. Dicendum q si ly simpliciter sonet idem quod nullo addito fuit idem corpus qr idem supposito, et sic loquitur Athanasius in auctoritate inducta. si autem ly simpliciter sit idem quod omnino aut totaliter sic non fuit idem corpus numero. sic enim non fuisset mortuum quod fuit hæresis galanitarum ut dicit Isidorus et habet 14 q. 4 / Ad 1. Rr q, corpora mortua aliorum hominum non sunt in eodem supposito ac quando viuebant / Ad 2 q licet non remaneat in Christo idem corpus secundum speciem humanæ naturæ remanet tamen idem secundum suppositum verbi dei, et hoc in alijs locum non habet / Ad 3. q corruptio et mors non conuenit Christo ratione suppositi secundum quod attenditur unitas sed ratione naturæ, secundum quam inuenit differentia mortis et uitæ.

Ar. 6 Vtrum mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem?

Et uidet q, non qr est quædam priuatio et non ens / 2 qr operaret per modum meriti et sic non qr in morte separat anima a corpore quæ est merendi principium / 3. qr mors corporalis Christi non uidet posse causare nostram spiritualem salutem. Sed contra

sicut et nostra corpora prout dicitur.

siue corruptum mortis corruptione

UVA.BHSC

contra est Augustinus in lib. 4 de trin. Dicendum q. mors Christi ut in fieri est idem quod eius passio siue tendentia ad mortem. et ita operata est nostram salutem eodem modo quo passio. Sed in facto esse (ut nunc loquimur de ea) est separato corpore ab anima. et hoc modo non potest esse causa nostrę salutis nisi per modum efficientię virtute diuinitatis unitę destruendo mortem nostram quam corporis quam animę Rom. 4. et 1. Corint. 15. / Ad 1. Rex modo dictis / Ad 2 similiter / Ad 3. q. corpus illud fuit etiam mortuum instrumentum diuinitatis sibi unitę.

per modum meriti

tam

Quaestio. 51 De Sepultura Christi. in quattuor artu diuisa.

Ar. 1. Vm fuerit conueniens Christum sepeliri.

Et uidet q. non qr in psalmo dicit factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber sed in sepulchris includunt corpora mortuorum quod uidet esse contrarium libertati / 2. qr quidquid factum est circa Christum fuit nobis salutiferum. nihil autem salutis nobis affert sepultura eius / 3. qr deo excelso non conuenit locus infimus et subterraneus sepulchri / Sed contra Matth. 26. mittens unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit / Dicendum q. conueniens fuit Christum sepeliri ad confirmandam ue

ueritatem mortis eius / Secundo ut ipso de sepulchro resurgente spes det hominibus resurgendi per ipsum. Joannis. 5 / tertio ad exemplum moriendi et consepultorum cum Christo spiritualiter coloss. 3°. et Roman. 6 /

Liberi a peccatis in abscondito

Ad. 1. Rr q. Christus se liberum fatet qr in sepulchro impediri non potuit quin ab eo liber exiuerit / Ad. 2 q. sepultura Christi etiam sicut et mors operat efficienter nostram salutem ut Hieronimus in marcum docet: et glossa. Isai. 53 sup illud dabit impios pro sepultura / Ad 3 q. sicut dicit in quodam sermone concilij ephessini nil enim quæ saluant homines iniuriam deo facit et in alio eiusdem concilij sermone dicit. nihil putat iniuriam deus. quod est occasio salutis hominibus

Ar. 2 Vm conuenienti modo Christus fuerit sepultus?

Et uidet q. non qr mors fuit turpissima et ignominiosa ergo incongruenter respondit ei sepultura per Nicodemum Principem et Josephum qui erat nobilis de curio matth. 27. et Joannis 3 / 2. qr superflue attulisse uidet Nicodemus misturam myrrhæ et Aloes quasi librascentum Joan. 19 præsertim cum mulier eum unctione præuenerit ad sepulturam marci. 14 / 3. qr ex una parte sepultura fuit simplex scilicet in sindone munda, et ex alia ambiciosa scilicet

Sap. 2

UVA.BHSC

cet cum aromatibus / 4. quia quecunque scrip-
ta sunt maxime de Christo ad nostram /
doctrinam scripta sunt. ad quam nil face
re videt quod fuerit sepultus in horto. in mo
numento alieno, novo. et scisso in petra) -
Sed contra Isai. 11. erit sepulchrum eius glo
riosum / Dicendum quod modus sepulturae
Christi fuit conveniens quantum ad tria
Primo ad confirmandam fidem mortis et
resurrectionis eius. Secundo ad commendan-
dam pietatem eorum. qui sepelierunt ip
sum. ut docet August. in 1. de civit. dei -
Tertio quantum ad misterium per quod
informant illi qui Christo consepeliunt
in morte / Ad 1. Rr quod in passione commenda
tur patientia et constantia. in sepultura vero
virtus morientis contra intentionem occi-
dentium honorifice sepelitur. et fideliu de
voto / Ad 2. quod ut ait Augustinus ungere
mortuorum corpora erat mos apud Iudaeos et
idem docet. 3. de doctr. christ. myrrha autem
conservat mortificatio. et unguentum odo
riferum significat bonam famam / Ad 3.
quod ad conservanda corpora etiam in salute tem
porali licitum est uti preciosis. et ad honesta
tem tegendam mediocria ut syndon sufficiunt.
quae ut ait Hieronimus in hoc quod e
rat munda denotat mundiciam suscipi
entium Christi corpus. et ut ait Beda in Mar
cum quod in lino debet in altari sacrificium offer
ri / Ad 4. illa insinuant mortem primi ho
nis in horto. et quod pro aliis moriebatur in alieno se
pulchro positus. paupertatem simul commendans
et

qui
in Joan

UVA.BHSC

et in sepulchro nouo ut ait Hieronimus ne alius fingeret esse qui resurrexit. preter q3 q, et nouum sepulchrum uterum virginalem Marie demonstrat. et ostendit q, per Christi sepulturam omnes innouamur dici etiam potest cum Hieronimo et Augustino q, in petra excissa et cum lapide grandi superposito. ne possent calumniose dicere iudei q, alias de facili potuissent furari discipuli. corpus eius. uel ut dicit Hilarius sepulchrum in petra dura gentilium et inculta corda significat in quibus dominus erat futurus. et denique ut ait origenes omnia noua in nouo homine Christo.

Ar. 3 Vm corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum?

Et iudet q, sic qr incineratio etiam est poena peccati ut dicit gen. 3. incinerem reuerteris. ergo sicut mortuus est pro nobis sic et incinerari debuit / 2. qr corpus Christi eiusdem naturę fuit cum nostris quę statim adueniente calore extraneo quę putrefactionem causat resolui incipiunt / 3. qr incinerari debuit ut et incineratis spem resurgendi daret) Sed contra est locus psalmi (iuxta dam. ascenum) non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

post mortem

Dicendum q, putrefactio aut incineratio cuiusuis corporis prouenit ex infirmitate quę nullo modo fuit. neq3 esse potuit in corpore

pore Christi ut dictum est ac proinde nec resolui aut incinerari decuit.

Ad 1. Rr q. Christus voluntarie moriuo/ lent sed incinerari nostre saluti non conueniebat immo putaret non esse in eo virtus diuina vnde in persona ipsius in psalmo dicit que utilitas in sanguine m. dum descendo in corruptionem? / Ad 2. q. corpus quantum ad conditionem naturę fuit putrefactibile licet non quantū ad meritum putrefactionis sed virtus diuina illud a putrefactione reseruauit / Ad 3. q. Christus surrexit virtute diuina sufficienti ad suscitandos mortuos de quibus cunq; etiam cineribus.

Ar. 4 Vm Christus fuerit in sepulchro solum una die et duabus Noctibus?

Et iudet q. plus. qr in corde terrę dicit se futurum tribus diebus et tribus noctibus Matth. 12 / 2. qr ut dicit Gregor in hom. Paschali sicut Samson media nocte abstulit portas gazę ita Christus sublatis portis inferni media nocte resurrexit. sed post q3 resurrexit non fuit in sepulchro ergo non fuit in sepulchro duabus noctibus integris / 3 qr lux prevalet tenebris maxime in morte Christi. ergo potius debuisset esse in sepulchro duobus diebus et una nocte q3 e conuerso / Sed contra est August. in 4 de trinit. dicens q. a vespere sepulturę usq3 ad diluculum resurrectionis 36 horę sunt

UVA.BHSC

sunt. idest nox tota cum die tota et noc
te tota. / Dicendum q tempus quo Christus
fuit in sepulchro significauit effectum mor
tis eius scilicet liberationem nostram a
nimirum duplici morte animæ et corporis. et ideo fue
runt duæ noctes. et una dies q eius mors
diei comparatur. / ~ // ~
Ad 1. Rx cum Augustino de cons. euangel.
q non ut quidam uoluerunt pro ~~[illegible]~~ nocte et die
computandæ sunt tres horæ tenebrarum ab
hora sexta usq ad nonam. et horæ eius dē
diei subsequentes. quoniam nec sic explē
tur tres dies et noctes. sed iuxta modum lo
quendi scripturæ sumpta parte pro toto
sic ut unus dies scilicet primus compute
tur ab extrema parte sui. Secundus est integer
cum 24 horis. nox autem sequens perti-
net ad sequentem diem. et sic computan
tur tres dies naturales 24 horarum / Ad. 2
cum Augustino. 4. de trin. q Christus in
diluculo resurrexit in quo aliquid lucis
apparet. et remanet aliquid tenebrarum
noctis. ut colligitur Ioannis. 20. et ratione
harum tenebrarum dicit gregorius Christum me
dia nocte resurrexisse / Ad. 3. q luxuriis di
ei tenebras duarum noctium remouit ut
dictum est.

Quæstio 52 De Descensu Christi ad inferos in. 8. articulos diuisa

Ar. 1. vm conueniens fuerit Chris
~/. tum ad infernum descendere?
Et uidetur q non quia ut dicit Augustinus ad
eno

UVA.BHSC

enodium infernus in malum semper so
nat. at iusti nedum Christus in malum
non descendunt / 2. qr nec descendit se
cundum naturam diuinam. hęc enim
ubiqz existit. nec secundum humanam
erat ad aliquid proficuum. cum morte per
acta salus hominum et libertas iam per
fecta esset / 3. qr anima secundum quam
descendit ut pote spiritualis motu illo lo
cali moueri non posset. ut constat 6. phys.
sed contra dicitur in symbolo. et ephess. 4
et ibi glossa / Dicendum q, conueniens fu
it Christum ad infernos descendere, ut a
simili descensu (sicut et a morte) libera
ret. osee. 13. Secundo. ut iusto diabolo quos
iustos et iunctos tenebat ab eo eriperet. ut
Zachar. 9. et coloss. 2. habet. tertio ut et
in inferno suam potestatem (sicut et in ter
ra ostenderat) ostenderet confugens portas
eius ut in psalmo edocemur. ut in nomi
ne Jesu omne genu flectat cęlest. terrest.
et infernorum Philipp. 2.
Ad. 1. Rr q, nomen inferni non sonat ma
lum culpę sed poenę a qua uenit Christus
homines liberare / Ad. 2. q, passio Christi
quę est causa uniuersalis nostrę salutis ap
plicat specialiter mortuis per descensum ad
inferos. sicut uiuentibus per sacramenta /
Ad. 3 q, anima Christi descendit ad inferos
eo genere motus quo angeli mouentur ut
1. p. habitum est.

Ar. 2. Vm. Christus descenderit
ad infernum damnatorum?

et

Homines

Zach. 9

UVA.BHSC

Et videt q sic qr ex ore diuine sapientie dicit eccli. 24. penetrabo omnes inferiores partes terrae / 2. qr act. 2. dicit q deus Christum suscitauit solutis doloribus inferni. dolores autem non sunt in limbo patrum aut puerorum sed in purgatorio aut inferno damnatorum / 3 qr Athanasius illud 1. Petri 3. Christus his qui in carcere conclusi erant spiritu veniens predicauit qui incredulis fuerant intelligit de descensu ad inferos et si incredulis in inferno damnatorum / 4. qr et Augustinus in epist ad Enodium expresse affirmat q ad infernum descendit Christus ubi erant dolores insinuans illos esse damnatorum / 5. qr secundum August in quodam serm. de passione descendit liberare eos qui infecti fuerant peccato originali inter quos erat Job qui de se dicit c. 17. descendent in profundissimum infernum omnia mea / Sed contra Job. 10 antequam vadam et non reuertar ad ter. ten. ett lucis autem ad tenebras nulla est conuentio

Dicendum q Christi anima secundum suam essentiam solum descendit ad locum inferni ubi iusti detinebant. Secundum tamen diuersos effectus ad omnia inferni receptacula peruenit. damnatos confutans de incredulitate existentibus in purgatorio spem tribuens / Ad. 1. Rr ex dictis et ex ipso loco adducto subiunctis / Ad. 2 q soluit dolores duplices scilicet de passione poene. et de dilatatione speratae glorie eam conferendo / Ad. 3. cum dicit ex dictis qr increpauit damnatos. vel cum

Loquens ad Epitetum

Lumen eterne glorie infundens

preseruando ab eis.

Au-

170 bis

August. ad Enodium intelligit de prędicatione in spiritu facta in carcere corporis huius positis ut in Noe prędicante constat / Ad. 4. q. in sinu antiquo Abrahę erant dolores quantum ad ~~spem~~ glorię speratę. Unde nunc requies sanctorum sinus Abrahę nuncupat / Ad. 5. secundum Gregorium ibidem. q. etiam superiora loca inferni profundissimum infernum uocat.

ab initio mundi

non quantum ad quietem sed priuationem

Ar. 3. Vm Christus fuerit totus in infer

Fuidet q. nō qr corpus eius nō fuit ibi. Cno 2. qr corpus et anima separata fuerunt ad inuicem in morte, ergo non potuit totus esse in inferno / 3. qr aliquid Christi ut corpus et diuinitas erant extra infernum /.

etiam

Sed contra est August. lib de symbolo totus filius apud patrem totus in coelo totus in utero Virginis. totus in cruce. totus in inferno, et totus in paradyso quo latronem introduxit. Dicendum q. cum ly totus referat ad Hypostasim et ly totum ad naturā licet non totum quod fuit in Christo fuerit in in inferno. totus tamen Christus in inferno fuit et ratione diuinitatis ubiq3.

Ad. 1. Rr q. non fuit in inferno quidquid pertinet ad humanam naturam / Ad. 2. ex dictis q. remansit totus Christus. sed non humana natura in sua totalitate / Ad 3. q. persona Christi et eius diuinitas est tota in quolibet loco sed non totaliter qr nullo loco circunscribit. neq3 omnia loca simul accepta eius immensitatem comprehendere possunt immo e contra ipse omnia comprehendit ut ponderat August. lib de symbolo ~ Ar.

UVA.BHSC

Ar. 4. Vm Christus aliquam moram traxerit in inferno?

Et videt q non qr statim in suo descensu detentos ibi liberauit subito honestans pauperes ut dicit ecch. 11.) 2. qr Augustinus dicit in serm. de passione q sine aliqua mora ad imperium domini omnes uectes inferni confracti sunt, sed ad hoc ipse descendit) 3. qr luce 23. dixit dominus latroni hodie mecum eris in paradyso. et hoc non fuit secundum corpus quod remansit in sepulchro) Sed contra est actorum 2. quem deus suscitauit solutis doloribus inferni etc. Dicendum q sicut Christus ut nostras poenas in se susciperet uoluit corpus suum in sepulchro poni: ita etiam uoluit animam suam ad infernum descendere et tantum deminibi manere quantum corpus in sepulchro) Ad 1. Rr q statim eis claritate gloriæ effulsit et liberauit sed non inde eduxit) Ad 2. q uectes inferni dicunt impedimenta quibus patres de inferno exire prohibebantur reatu culpæ primi parentis quos ut dictum est Christus statim confregit Ad 3. q intelligit non de paradyso terrestri corporeo sed de paradyso spirituali et gloria qua cum Christo illo die erat fruiturus

Ar. 5. Vm Christus descendens ad inferos sanctos Patres inde liberauerit.

Et videt q non qr Augustinus in epistola ad Enodium dicit non uideo quid iustis

qui

UVA.BHSC

qui erant in sinu Abrahe descensus. Christi contulerit / 2. qr iusti illi erāt sine peccato ergo non indigebant liberari Christo ad inferos descendente / 3. qr causa descendendi erat peccatum quod iam per passionem fuerat remotum — Sed contra est Augustinus. serm. de passione. Dicendum. q dupliciter homines reatu poene erant astricti uno modo pro peccato actuali quod quilibet commisserat alio modo pro peccato primi parentis quod in omnes originaliter deuenit Roman. 5 cuius peccati poena est mors corporalis. et exclusio a vita glorie genes. 2 et 3. et ab hoc reatu descendit in infernum dominus iustos liberaturus. Zachar. 9. et Collos. 2. Ad. 1. Rr q ex verbis precedentibus intelligitur quomodo Augustinus loquatur contra quosdam qui illos sanctos patres doloribus poenarum existimabant esse subiectos cum tamen spe essent beati et gaudentes iuxta illud Ioan. 8. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum / Ad. 2 q illis iustis adhuc non patebat aditus regni. licet essent ab actualibus peccatis et macula originalis liberi. sicut et nunc per baptismum ab originali moriuntur / Ad 3. q statim ut descendit anima Christi ad infernum fructum sue passionis ibi detentis ostendit quamuis eos non inde statim eduxerit. qr ipsa Christi presentia pertinebat ad cumulum gloriae

mundati

Ar. 6 Vm Christus aliquosdam natos ab inferno liberauerit.

UVA.BHSC

Et videtur q. sic qr de damnatis qui militiam coeli adorauerant dicit Isai. 24 congregabunt congregatione unius facis in lacum et claudentur ibi in carcere et post multos dies visitabunt / 2. qr glossa Zachar. 9. dicit q. liberati sunt qui tenebant uincti carceribus ubi nulla misericordia eos refrigerabat quamdiues ille petebat / 3. qr potestas Christi non fuit minor in hoc mundo in inferno sed in hoc mundo de quolibet statu aliquos liberauit ergo et ibi.

Sed contra est glossa Oseæ. 13. in illud morsus tuus ero inferne.

Dicendum q. cum descensus Christi ad inferos in virtute suæ passionis operatus fuerit illis solis profuit qui eidem passioni per fidem formatam erant conformati et coniuncti ac ex consequenti damnatos de inferno non liberauit / Ad. 1. Rr q. omnes detenti in quibuscunque receptaculis inferni a Christo descendente sunt ~~liberati~~ visitati quidam tamen ad suam ipsorum confusionem Ad. 2. q. intelligitur de simili visitatione ad confusionem in die iuditij ut Sophoniæ. 1. habet / Ad. 3. q. illud non prouenit ex impotentia Christi sed qr homines post hanc uitam confirmant uel in bono uel in malo —

Ar. 7. Vm qui cum originali decesserant fuerint liberati?

Et uidetur q. sic qr etiam antiqui patres qui ob originale detinebant sunt liberati ergo et pueri / 2. qr efficacior fuit gratia Christi. Rom. 5 ergo si ob peccatum unius Adæ erant detrusi

mul

multo efficacius per gratiam Christi liberati quae est in plures)
3°. qr sicut baptismus per quem pueri libe-
rant ab originali et ab inferno, operat in
virtute passionis. sic et descensus ad inferos
sed contra est Apostolus Roman. 3. quem
posuit propitiatorem per fidem. Sancaut ē
pueri in originali decedentes non habuerūt.
Dicendum q pueri cum originali decedentes
Non fuerunt coniuncti passioni Christi per
charitatem ~~neq~~ et per fidem ~~formal~~ quam ne
q per actum proprium neq per fidem parē
tum, aut sacramentum aliquod sunt adepti
et ideo per descensum Christi ab inferis non
sunt erepti / Ad. 1. Rr q sancti patres deti-
nebant ob peccatum originale in quantum res
picit naturam. erant tamen in gratia dei.
Ad. 2. q cum Apostolus dicit gratiam christi-
esse in plures. ly in plures non intelligit comparative ad
numerum, sed ad virtutem, et similitudi-
nem qua fideles liberandi regenerant per
Christum / Ad. 3 q baptismus dat hominī-
bus in hac vita in qua transmutari possunt
de culpa in gratiam, descensus autem Christi
ad inferos non est sic.

Ar. 8 vm Christus in suo descen su liberauerit animas a purgatorio.

et videt q sic qr iuxta Augustinum
in epist ad enodium liberauit omnes in
doloribus constitutos. sed non damnatos
ergo eos qui erant in purgatorio / 2 qr per
sacramenta praecipue eucharistiam libe-
rant animae a purgatorio. ergo magis per
ip-

UVA.BHSC

ipsam presentiam Christi / 3. qz quoscunq3 sanauit in hoc mundo totaliter sanauit et sic Joannis .7. totum hominē sanū fecit ergo sicut liberauit existentes in purgatorio a reatu poenę etiam liberauit a reatu poenę purgatorij / Sed contra uidetur esse Gregorius .13. moral.

damni

Dicendum q passio Christi non habet uirtutem temporalem et transitoriam sed sempiternam hebr. 10. cum autem tunc non habuerit maiorem efficaciam q3 nunc nō omnes existentes in purgatorio pro tunc liberauit sed quales nunc per passionem liberant quia sunt purgati.

Ad .1 R. q Augustinus non intendit q omes sed q aliqui de purgatorio fuerint liberati / Ad .2. q uirtus passionis in sacramentis operatur per modum sanationis et expiationis. et eucharistia liberat a purgatorio ut est sacrificium satisfactorium pro peccato. descensus autem ad inferos non fuit satisfactorius, operabatur tamen in uirtute passionis quę fuit satisfactoria. erat tamen satisfactoria in generali cuius uirtutem oportebat applicari ad unumquemq3 per aliquid specialiter ad ipsum pertinens / Ad .3 q exclusio a gloria erat defectus generalis pertinens ad totam humanam naturam a quo non prohibet eos qui erant in purgatorio per Christum esse liberatos non autem a reatu poenę purgatorij. qui pertinet ad proprium defectum sicut e contra sancti patres ante Christi aduentum liberati sunt a proprijs defectibus et non a defectu cōi.

UVA.BHSC

Quæstio. 53. De Resurrectione Christi. in. 4. art. diuª.

Ar. 1 Vm Fuerit necessarium Christum resurgere?

Videtur q non. qr ut ait damascenus lib. 4. resurrectio est secunda eius quod cecidit aut dissolutum est surrectio. sed Christus nec per culpam cecidit. nec eius corpus dissolutum est / 2. qr corpus Christi etiam post mortem mansit diuinitati unitum, ergo non potuit altius surgere. quod nomen resurrectionis importat / 3. qr satis super qd fuerat ad nostram salutem Christi passio / Sed contra omnino habet Lucæ ultimo Dicendum q propter quinque conueniens fuit Christum resurgere. primo ut exaltare humilitas. Lucæ. 1. et in psalmo ex persona Christi. tu cognouisti sessionem meam et resurr. meã / 2º. ad confirmandam fidẽ nostram de domini diuinitate. 2. corint. ultimo. et. 1. corint. 15. et in psalmis. Tertio ad erigendum spem nostram de resurgendo uidentes caput nostrum resurgere. 1. cor. 15 et. Iob. 9. / Quarto ad informationem et renouationem uitæ nostræ. Roman. 6 / Quinto ad complementum nostræ salutis et promotionem ad bona. Roman. 4 propter iustificationem nostram / Ad. 1. Rr q Christus cecidit nõ per culpam sed per mortẽ ut Micheæ. 7 innuit. et ipsa separatio animæ a corpore dissolutio quædam fuit / Ad. 2. q illa erat unio personalis non naturæ. ad quam promotum est corpus animæ reunitum / Ad. 3. q passio Christi operata est propriæ nostram salutem quantum ad remotionem ma

lo-

UVA.BHSC

lor. resurrectio autem quantum ad inchoationem et exemplar bonorum.

Ar. 3. ~~Vm conueniens fuerit Christum tertia die resurgere?~~

Et uidet q. non qr resurrectio nostra quisumus membra eius differt usq. ad finem mundi. ergo similiter debebat esse de resurrectione capitis / 2. qr Matth. 27. dicit inter alia miracula passionis tempore multa corpora sanctorum surrexerunt. ergo Christus non fuit primus resurgentium / 3. qr quidam ut patres antiqui prius habuerunt gratiam quam Christus, quamuis gratia eius fuerit gratiae illorum causa. ergo similiter licet eius resurrectio sit causa resurrectionis omnium potuit non primus resurgere.

Sed contra est q. 1. Corint. 15. dicit primitiae dormientium. ut ait glossa tempore et dignitate. Dicendum q. resurrectione perfecta quae est (non qua quis qualiter cunque incipit uiuere post mortem) sed qua eripitur a necessitate immo quod amplius est a possibilitate moriendi Christus fuit primus resurgentium. resurrectione autem imperfecta iterum morituri quidam resurrexerunt ante dominum resurrectionem eius praefigurantes / et per hoc Rr ad Primum / Ad. 2. cum Hieronimo super Matth. q. illi surrexerunt post Christum non iterum morituri. uel cum Augustino in epistola ad Ennodium q. resurrexerunt ante Christum iterum morituri, quamuis quod innuit ante Christum surrexisse per anticipationem possit intelligi / Ad. 3. q. sicut ea quae praecesserunt Christi aduentum fuerunt praeparatoria ad Christum. ita gratia est dispositio ad gloriam. et ideo ea

Vm Christus primo resurrexerit.

Et uidet q. non qr inueteri testamento per Heliam et Heliseum aliqui leguntur resuscitati. Hebr. 11. et Christus ante passionem suam tres mortuos suscitauit /

Hi duo articuli errore sunt ordine praeposterorum conscripti

super Matth. q. illi

in epistola ad Ennodium

UVA.BHSC

ea quae sunt gloriae sive quantum ad animam (sicut perfecta dei fruitio) sive quantum ad corpus (sicut resurrectio gloriosa) prius debuerunt esse in Christo sicut in auctore gloriae gratiam vero conveniebat prius esse in his qui ordinabant ad Christum. tempore

~~Ar. 3. vm Christus primo resurrexerit.~~

~~et videt~~ Ar. 2 vm conveniens fuerit Christum tertia die resurgere.

Et videt quod non quia nos qui sumus membra eius non resurgemus usque in finem mundi. ergo nec ipse usque tunc debuit resurgere. / 2. quia act. 2. dicitur quod impossibile fuit Christum detineri ab inferno et morte. sed quandiu aliquis est mortuus detinet a morte ergo statim debuit resurgere / 3. quia dies incipere videt ab ortu solis sed ante ortum solis Christus resurrexit quia Joannis. 20. cum Magdalena venit ad monumentum ante lucem diei iam resurrexerat dominus / Sed contra Matth. 20. tertia die resurget. Dicendum quod per resurrectionem Christi eramus instruendo in fide divinitatis et humanitatis ipsius. ad quorum primum oportebat quod resurrectio non multum differretur et ad secundum quod tempus mortis esset sufficiens ad comprobandam veram mortem spacio nimirum trium dierum. Et commendat perfectio numeri ternarij. qui principio medio et fine constat ut dicitur primo de coelo. et innuitur quod per Christum tertium tempus gratiae incipiebat. et similiter tertius status sanctorum scilicet gloriae. post figuras legis. et veritatem fidei / Ad. 1. R. quod maior est virtus capitis et ipsius excellentia / Ad. 2. quod detentio importat coactionem, quae in Christo locum non habuit quia erat inter mortuos liber / Ad. 3. quod sicut mortuus est ad vesperam destruens tenebras peccatorum. sic resurrexit diliculo quasi conferens

lumen

UVA.BHSC

lumen glorie. Tertia die artificiali scilicet et orto iam sole non in nostro Hemisphero sed iam incipiente fugare tenebras, per quod concordant euangelistę Mari ultimo. et Ioannis 20. ut docet et aduertit Augustinus

Ar. 4. Vm Christus fuerit causa suae Resurrectionis?

Et uidet q non qr suscitatus est a deo actor 2. et Roman 8 / 2. qr meruit suam resurrectionem secundum Augustinum. et illam poposcit a deo in psalmo. miserere mei et resuscitame / 3. qr ut ait damascenus. lib. 4 quod resurrexit est corpus, hoc autem tanqz minus nobile et potens nequit animam sibi reunire / Sed contra Ioannis. 10. ego iterum sumo animam meam quam nemo tollit a me / Dicendum q corpus et anima Christi possunt considerari. uel secundum se uel prout manserunt diuinitati unita et hoc secundo modo ad inuicem se reassumpsisse dicunt. et sic Christus propria uirtute surrexit. 2. corint. ultimo. ex uirtute dei.

Ad. 1. Rr q eadem est diuina virtus Patris et Christi / Ad. 2. q meruit et petijt suam resurrectionem in quantum homo / Ad. 3 q corpus secundum suam naturam creatam non est potentior qz anima Christi. sed secundum virtutem diuinam. et e conuerso anima ut dictum est est potentior corpore

Quaestio. 54 De qualitate Christi Resurgentis in. 4. ar. diuª.

Ar. 1. Vm Christus post resurrectionem habuerit uerum corpus?

Et uidet q non qr uerum corpus non potest esse

UVA.BHSC

esse simul cum alio sicut fuit corpus Christi cum ianuis clausis ingressus est ad discipulos post resurrectionem Ioan. 20 2. quia verum corpus non euanescit ab oculis intuentium nisi corrumpatur ut contingit corpori Christi. Lucę ultimo / 3. quia Marci ultimo apparuit in alia figura ergo non fuit verum corpus.

Sed contra Lucę ultimo palpate et videte. Dicendum quod cum eius sit resurgere quod cecidit corpus Christi proprie pertinet resurgere eiusdem naturę cuius fuit prius scilicet animatum.

Ad. 1. Rr quod vel ex gloria quam habebat vel ex virtute diuinitatis habuit corpus Christi quod ianuis clausis ingrederetur ad discipulos / quod docet Augustinus. sermone Paschali et super Ioannem / et gregorius hom. de octaua Paschę / Ad. 2. quod corpus gloriosum subditur spiritui taliter quod ex conditione glorię pro voluntate beati potest oculis corporeis occultari. corpus autem Christi hoc etiam habuit ex virtute diuinitatis per quam fieri potest ut miraculose corpora etiam non gloriosa non videantur sicut prestitum est sancto Bartholomeo quod videretur aut non videretur / Ad. 3. quod ut Seuerianus dicit in quodam sermone Paschali non sunt mutata corporis Christi lineamenta aut effigies ipsius quę nihil habuit a sua conceptione quod reformari egeret sed lumine glorię est decorata erat autem in domini potestate gloriosus aut non gloriosus apparere sicut illis discipulis apparuit. modica tamen differentia sufficit ad hoc ut quis videatur in aliena effigie apparere /

non agendo in visum

// siue claritate et effecta immortalis // aut comiste et qualitercunque se habens. non gloriosus apparuit

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 2. Vm̄ corpus Christi surrexerit integrum?

Et videt q̄ non q̄r caro et sanguis regnum dei non possidebunt ut dicit 1. corint. 15 ergo Christus non habuit carnem et sanguinem / 2. q̄r si habuit carnem et sanguinem habuisset et alios humores et sic esset corruptibile. / 3. q̄r de sanguine Christi pro reliquijs reseruat in multis ecclesijs. ergo non surrexit cum integritate omnium suarum partium /

Sed contra Lucę. ultimo dicit dominus spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere.

Dicendum q̄ corpus Christi surrexit eiusdē naturę cum nostro (et sic cum carne ossibus et sanguine) licet alterius glorię. et hoc innuit Matth. 15. et Lucę 21. Vnde constat errasse euticium episcopum Constantinopolitanę urbis contrarium asserentem ut improbat Gregorius. adducens illud Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur.

^ 14 moral

^ non pro natura sed.

Ad. 1. R. cum Gregorio q̄ caro et sanguis ibi sumitur pro culpa carnis et sanguinis. vel pro corruptela carnis et sanguinis iuxta doctrinam Augustini de resurrectione carnis ad Consentium / Ad. 2 cum eodem Augustino. q̄ etsi alios tres humores in Christo admittamus (scilicet fel flauum siue coleram, fel nigrum siue melancholiam et pituitam) corruptionem tamen Meo negare debemus / Ad. 3. q̄ ille sanguis non fuit de uerita ipsius Christi nec de latere eius fluxit sed de quadam imagine Christi percusa dicitur miraculose fluxisse ~ / tenatura.

Ar.

UVA.BHSC

175 bis

Ar. 3. vm̄ corpus Christi surrexerit gloriosum?

Et videtur q non qr visum est sub specie coloris sicut prius. gloriosa autem corpora fulgentia apparent Matth. 13 / 2. qr corpus Christi mansit palpabile ut constat Lucę ultimo. ergo corruptibile ut innuit gregor in quadam homilia. ergo non gloriosum ~ 3. qr corpus gloriosum non est animale sed spirituale, 1. corint. 15. at corpus Christi post resurrectionem manducavit et bibit. Luc. ultimo. et Joannis ultimo.

Sed contra Philipp. 3. reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori. cl. suę, Dicendum q corpus Christi in resurrectione tanqz causa et exemplar nostrę resurrectionis fuit gloriosum. 1. corint. 15 / 2° qr per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. unde ait pater clarifica nomen tuum. Tertio ex redundantia animę ad corpus in qua ante passionem gloria dispensative detinebat

Ad. 1. Rr q et vitrum iuxta colorem quem habet recipit splendorem. et ultra hoc in volūtate Christi beati erat ut cum splendore aut sine eo videret / Ad. 2 q habuit corpus Christi tangibiles qualitates. sed ex redundantia glorię incorruptibile fuit ut Augustinus ponderat in epistola ad Dioscorum ✝ / Ad. 3. cū Beda q aliter absorbet aquam terra sitiens scilicet ob necessitatem et aliter solis radius calens scilicet potentia. manducavit ergo dominus post resurrectionem, non quasi cibo indigens. sed ut eo modo naturam corporis resurgentis astrueret. ac proinde non sequitur q fuerit corpus animale quod indiget cibo ~

Ar

palpabiles.

ab anima.

in lucā

✝ dicit autem corpus palpabile non solum ratione resistentię sed spisitudinis. Et sic corpus coeleste licet tactui resistat non habet proprias tangibiles qualitates nec palpabile ullo modo aut corruptibile dici potest.

UVA.BHSC

Ar. 4 Vm̃ decuerit corpus Christi cum cicatricibus resurgere?

Et videtur q. non qr resurrectio attestatur incorruptioni. 1. Corint. 15. cicatrices vero defectum et corruptionem præseferunt / 2 qr rupturæ vulnerum integritatem corporis tollunt et suffecisset aliquod signum dictorum vulnerum quod aspectui Thomæ ut crederet se obtulisset / 3 qr ut Damascenus dicit lib. 4 cicatrices dispensative ad certiorandos de resurrectione discipulos remanserunt. ergo eis certioratis non duraverunt amplius cicatrices. et dedecet immutabilitati gloriæ eiusmodi mutatio / Sed contra est quod dominus Ioannis 20. dicit Thomæ infer digitum et mitte manum / etc. Dicendum cum Beda et Augustino. 22 decimo q. cicatrices remanserunt in Christo non ex infirmitate ad curandum eas sed ad signum victoriæ. et decoris. sicut forte remanebunt et in martirum corporibus. Secundo ad confirmandam in discipulis fidem de resurrectione / ~~Secundo~~ 3 tertio ut eas pro nobis præsentet patri / 4 ut redemptis suam misericordiam iugiter ostendat / et quinto ut in iuditio damnatis iustitiæ suæ rigorem patefaciat ut dicit Augustinus lib. de symbolo. Ad. 1. Rr ex dictis / Ad 2 q. discontinuatio illa corporis neq integritati neq decori præiuditium affert. Thomæ autem vidisse suffecisset. sed tetigit pro nobis in fide firmandis ut ait Leo papa / Ad 3. q. non solum propter illam sed propter alias causas ut dictum est cicatrices semper manebunt in corpore domini ut ait Augustinus ad Consentium et gregor. 24 moral

UVA.BHSC

Ad.

Quæstio 55. De manifestatione Resurrectionis in 6. ardiũ.

Ar. 1. Vm̃ debuerit resurrectio omnibus manifestari?

Videtur q. sic. q. et passio fuit coram omnibus / 2 q. etiam resurrectio ad omnium utilitatem spectat ergo omnibus manifestanda fuit / 3 q. ~~is~~ manifestata est ~~et~~ testibus ~~[illegible]~~ ipsius et eam prædicarent — ad hoc ministerium mulieribus interdici t. 1. cor. 14. et 1. Timot. 2. ergo non debuit mulieribus primo nota fieri.

Rom. 4

Sed contra est. actorum 10 quod manifestata est non omnibus sed testibus præordinatis a deo.

Dicendum q. ea quæ præter legem naturæ speciali munere gratiæ et per revelationem cognoscuntur ut ait Dionis. lib. de coelest. Hierarchia ad inferiores per superiores deferuntur et a deo communicantur ut habet Prima ad corint. 2. ac proinde domini resurrectio non omni populo manifestata est sed quibusdam, quorum testimonio deferret in aliorum notitiam —

Ad 1. R. q. passio peracta est in corpore ad huc habente naturam passibilem quæ communi lege nota est omnibus. nec opus est ut poenæ aut premia futuræ vitæ communiter omnibus manifestentur / Ad 2. q. sicut est ad omnium salutem sic ad omnium notitiam pervenit ordine tamen quodam servato / Ad 3. q. mulieribus prohibet publice docere sed nos domesticos instruere quod fecerunt mulieres teste Cyrillo. nec quantum ad premium gloriæ sunt minus quam viri capaces et idoneæ

Ar.

quæ ad punitionem pertinet ergo et gloriosa resurrectio quæ ad premium.

(qualia sunt quæ ad gloriosam resurrectionem spectant)

UVA.BHSC

Ar. 2 vm. fuisset conueniens q. discipuli uiderent Christū resurge-
et uidet q. sic quia ad eos pertinebat testimo-
nium reddere de resurrectione act. 4 at
testimonium de visu est efficacissimum /
2. q. act. 1. uiderunt ascendentem domi-
num. ut de ascensione testificarentur /
3. q. discipulis uidentibus Lazarus resus-
citatus est. quod fuit quoddam inditium
dominicae resurrectionis — " — " —
Sed contra est q. Matth. ultimo primo appa-
ruit Magdalene. que non uidit eum resur-
gere immo resurrexisse audiuit ab angelo
Dicendum q. cum que a deo ordinata sint, sunt
Rom. 13. et ad diuinum ordinem spectet
ut que supra homines sunt eis per angelos
reuelentur qualis fuit dominica resurrectio
ideo non debuit immediate ab hominibus
uideri. sed ab angelis eis nunciari —
Ad. 1. Rr q. discipuli oculata fide uiderunt
Christum post resurrectionem sed tamen si-
cut ad uisionem beatam peruenitur per au-
ditum fidei. sic ad uisionem Christi resur-
gentis peruenerunt homines per ea que ab
angelis audierunt / Ad. 2. q. ascensio Chr-
isti quantum ad terminum a quo. idest se-
cundum q. eleuabatur a terra non transcende-
bat hominum communem notitiam. licet
sic quantum ad terminum ad quem scilicet
quomodo reciperetur in coelo. sed resurrectio
sic quantum ad utrumque terminum / Ad
3. q. Lazarus resuscitatus est ut rediret ad ui-
tam quam prius habuerat. que communem
hominum notitiam non transcendit — unde non
est simile /

UVA.BHSC

Ar

176 bis

Ar. 3. Vm Christus Post resurrectionem debuerit continuo cum discipulis conuersarj.

Et uidet q. sic qr magis ita fuissent certificati et consolati / 2. qr per 40 dies quibus in terra post resurrectionem mansit nullibi uidet conuenientius q. ubi essent discipuli / 3 qr teste Augustino eodem die resurrectionis quinquies apparuit. bis mulieribus tertio Petro quarto duobus euntibus in castellum. et quinto pluribus in Hierusalem ubi non erat Thomas. ergo et alijs diebus plures debuit apparere / 4. qr dominus in galileam se uidendum spopondit. Matth. 26. ergo inconuenienter in Hierusalem manifestum se prebuit / Sed contra Joan. 20. dicit q. post dies octo Christus discipulis apparuit

Dicendum q. ad manifestandam ueritatem resurrectionis conueniens fuit sepius discipulis apparere. sed ad gloriam resurgentis manifestandam noluit continuo conuersari cum eis ne ad talem uitam resurrexisse uideret qualem prius habuerat. ut colligit Lucę ult. cum glossa Bedę circa illa verba cum adhuc essem uobiscum. / Ad. 1. Rr ex dictis. consolationem autem in aliam uitam eis reseruabat et promissit. Joannis. 16 / Ad. 2 similiter nec scit ubinam continuo tunc maneret cuius dominatio est ubique / Ad. 3. q. ideo prima die frequentius apparuit qr per plura inditia erant admonendi ut a principio fidem reciperent. deinde autem ut ait Augustinus de consensu euangelistarum sexto apparuit eis ubi uidit eum Thomas. septimo ad mare Tiberiadis in captione piscium. octauo in monte galileę secundum Matthe

um

et sufficiens

quinquies scilicet

UVA.BHSC

um. Nono quod dicit Marcus nouissime recumbentibus. Et decimo in die ascensionis non iam in terra sed eleuatus in nube. sed non omnes eius apparitiones in euangelio scriptę sunt ut Ioannes fatet. nam. 1. corint 15 dicit. quisus est plus quam quingentis fratribus simul. et deinde Iacobo. / Ad. 4 cum Christo Math. 26. in verba adducta quia in ipsa gente cum qua fuerat conuersatus apparuit et non in longinqua regione. ut cum hinc crederent ipsum esse qui crucifixus fuerat. et in galileam dicit ut a timore Iudeorum liberarent. uel cum Augustino in galileam 1. gentilium transmigrationem quorum corda dominus ad prędicationem prę paraturus erat. uel in galileam id est reuelationem futurę glorię se prę cessurum promissit.

post apparitiones ~~factas~~ in Hierusalem semel aut bis ~~factas~~ latitantibus factas

ipso

Ar. 4 Vm Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere.

Et uidet quod non quia simulauit effigiem ficta fuit apparitio. quod de ueritate dici non potest / 2. quia fieret per prę stigia Belial / 3. quia sicut de sacra scriptura dicit Augustinus ad Hieronimum. si uel unica fictio aut mendacium admittimus in gestis Christi nulli eius facto fides erit adhibenda. Sed contra dicit Marci ultimo. quod in alia effigie apparuit euntibus in villam.

Dicendum cum Gregorio in homilia quod dominus recte dispositis in sua se manifestauit effigie. peregrinis autem in fide peregrinus apparet. et cuilibet iuxta suam dis

UVA.BHSC

positionem / Ad. 1. Rr cum Augustino in lib. de quest. euang. q. figurate dicta uel facta. ad aliquam ueritatem significandam mendacia dici non debent. Ad. 2. cum eodem de consensu euangelistarum. q. dominus suam poterat carnem transformare ut alia reuera esset effigies sicut in Thabor ante passionem. sed non ita nunc factum est. nec incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum a Sathana factum esse. unde dicit euangelista. q. tenebant oculi eorum, ne eum agnoscerent. Luc. ultimo / Ad 3. q. concluderet si ab aliena effigiei aspectu fuissent decepti. sed ab ipso domino impedimentum oculorum eius quod inimicus causauerat sublatum est in fractione panis.

Ar. 5. Vm Christus ueritatem Resurrectionis debuerit argumentis declarare.

Et uidet q. non qr. secundum Ambrosium tollenda sunt argumenta ubi fides quaerit. 2 qr secundum Gregorium fides non habet meritum. ubi humana ratio praebet experimentum / 3. qr uenit ut uitam abundantius haberemus Ioannis. 10. at Ioan. 20 dicunt beati qui non uiderunt et crediderunt / Sed contra omnino dicit actorum. 1. Dicendum q. Christus manifestauit resurrectionem suam in multis argumentis. id est signis euidentibus. non in argumentis id est rationibus quae dubiae rei fidem facerent eius modi enim fidei etiam inniti deberent. quod fecit dominus primo ut de facili fidem resurrecti

discipuli qui erant nimis dispositi et tardi ad credendum

UVA.BHSC

rectionis acciperent. ut Luc. ult. et Marci ultimo constat. Secundo ut per eiusmodi signa eis ostensa efficacius eorum testimonium redderet. 1. Joannis. 1. quod vidimus et manus nostrae contrectauerunt hoc testamur / Ad 1. Rr ex dictis / Ad 2. q. illa sola ratio meritum fidei excludit quae facit videri per scientiam, id quod credendum proponitur / Ad 3. q. procedit de non credentibus nisi ob signa ut dicit Joannis 4. respectu quorum possunt dici beati qui ~~[illegible]~~ animi promptitudine ~~[illegible]~~ nullis visis signis credenda amplectuntur.

Ar. 6. Vm Argumenta quae Christus induxit sufficienter manifestauerunt resurrectionem eius?

Et videt q. non qr etiam angeli in quibus non sunt vera corpora hominibus in humana effigie apparuerunt et cum eis conuersati manducauerunt. ut genes. 18. et in Tobiae libro constat / 2. qr euanuit ab oculis eorum quod vero corpori videt contrariari et manducauit et bibit. quod alienum est a corpore glorioso / 3. qr tunc non erat corpus eius tale ut tangi deberet ab homine mortali. ut ipse dominus insinuauit Magdalenae Joannis. 20. / 4. qr claritatem nullo argumento ostendit quae est dos gloriosi corporis 5. qr angeli testificantes a Matthaeo super lapidem monumenti. a ~~Joanne~~ intra monumentum. et rursus ab istis unus a Joanne duo sedentes. et a Luca duo stantes describuntur, ergo dissonant euangelistae / Sed contra est q. Christus dei sapientia disponit omnia suauiter

Sa

et ingressus est canuis clausis

dicens noli me tangere. n. e. ass ad. P. meum - marco

UVA.BHSC

Sapientiæ. 8 / Dicendum q. Christus sufficienter suam resurrectionem demonstrauit, tum testimonio angelorum, tum scripturarum et hoc quantum ad corpus. dum uerum esse quod palpatum est ostendit, et humanum in effigie humana. et idem numero quod cum cicatricibus. ex parte etiam animæ tam uegetatiuæ comedendo. quam sensitiuæ ~~[illegible]~~ audiendo et uidendo. quam intellectiuæ de scripturis disserendo. ex parte etiam diuinitatis ascendendo in coelum Ioan. 3. et ex parte gloriæ ut ponderat gregorius quia ianuis clausis ingressus est ad discipulos. et etiam quia cum uoluit subtraxit se ab oculis eorum /

Ad. 1. Rr q. licet singula argumenta per se, sufficienter non probarent. probabant tamen, omnia simul sumpta. angeli autem nec uere comedebant. ut constat Tob. 10. nec habebant uera corpora ut August. et Beda ostendunt / nec sicut Christus se ea habere dixerunt

Ad. 2 q. Christus diuersis argumentis diuersa quæ in resurrectione concurrerunt comprobauit ut dictum est. conditio autem humanæ naturæ secundum q. in se considerat in statu præsenti contrariat tanquam animalis conditioni gloriæ. 1. corint. 15. et sic corpus domini et incorruptibile et palpabile demonstratum est / Ad. 3. cum August. in Ioannem q. in illa fœmina figurabat gentilitas quæ dominum tetigit id est ad eum conuersa est post ascensionem ipsius. uel cum Chrisost. nolime tangere quia eodem modo præ gaudio putabat se maria etiam tunc cum domino posse conuersari sicut antea / Ad. 4. cum August. ad Orosium q. clarificata carne dominus surrexit. sed noluit in ea se discipulis ostendere. ut cum agnoscerent / Ad. 5. cum August. de cons. euang. q. ingressæ in aliquod spacium monumenti uiderunt unum angelum. intra sepulchrum uero duos. primo sedentes et deinde cum ipsæ accesserunt stantes-

ut gregorius docet in homilia.

UVA.BHSC

Quæstio 56. De causalitate Resurrectionis Christi in 2. ar. diui Ar. 1. vm Resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum?

Et videtur quod non quia ea posita tanquam causa sufficiente omnes cum eo resurgere debuerunt 2. quia ut ait Dionisius et Damasc. causa resurrectionis mortuorum est diuina iustitia reddens corporibus iuxta merita. ergo etiam Christo non resurgente resurgeremus / 3 quia neque est causa exemplaris cum deus resuscitans exemplari non egeat. neque effectiua quia non agit per contactum corporalem nec spiritualem quia etiam infideles resurgent. neque est causa meritoria quia Christus resurgens iam non erat in statu merendi. ergo / 4 quia morte sua mortem nostram destruxit. ergo potius mors est causa nostræ resurrectionis Sed contra est glossa. 1. Corinth. 15.

ut patet

Dicendum quod cum Primum in genere resurrectionis Christi. ut dicitur. 1. cor. 15. ipsa est causa nostræ resurrectionis quia apud verbum diuinum est fons vitæ ut constat ex psalm. et Ioannis. 5. et proinde primum tribuit vitam corpori sibi unito. et per illud alijs Ad 1. Rr quod verbum unitum carni operabatur per voluntatem. quando congruebat meritis nostris / Ad 2. quod supposito quod deus decreuit hoc modo nos liberare (qui alio potuisset) resurrectio Christi est causa secundaria et veluti instrumentalis iustitiæ dei ad nostram resurrectionem) Ad 3. quod est causa efficiens et exemplaris specialiter iustorum / Ad 4. quod procedit secundum efficientiam. sed exemplariter sola resurrectio causa est

sit resurrectio

virtute verbi omnes virtuali contactu attingens

UVA.BHSC

Ar

Ar. 2. Vm̄ Resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum

Et videtur q. non qr secundum Augustinum in Joannē animę resurgunt per substantiam dei sed resurrectio Christi non pertinet ad substantiam dei. sed ad dispensationem humanā qua corpora resurgunt / 2. qr corpus resurgēs Christi non potest agere in spiritum / 3. qr nō omnes animę resurgent immo multę ibūt in supplicium ęternum / 4 qr resurrectio animarum est liberatio a culpa. Apocal. 1. at hoc factum est per passionem.) Sed contra Roman. 4 resurrexit propter iustificationem nostram. et glossa in illud psalmi ad vesperū demorabitur fletus

Dicendum q. cum resurrectio Christi agat in virtute divinitatis. tam ad corpora q̄z ad animas se extendit secundum efficientiam et exemplar ut spiritualiter in illo vivamus non moriturī per peccatum /

Ad. 1. Rr q. Augustinus intelligit per dei substantiam quantum ad participationem divinę bonitatis qua animę iustificantur / Ad. 2. q. efficientia resurrectionis Christi pertingit ad animas virtute divinitatis / Ad. 3 q. resurrectio animarum est effectus iustificatoris qui nō omnibus cōmunicat. sed resurrectio corporum ordinat ad poenam vel premium. quę sunt effectus iudicantis et Christus omnes est iudicaturus / Ad. 4. q. respectu remissionis culpę passio et mors sunt causa quantum ad exemplaritatem. sed respectu novitatis vitę quę etiam in iustificatione animarum reperitur resurrectio habet rationem exemplaris. Et passio Christi est etiam causa meritoria ut dictum est /

animas resurgere

et sic non omnes animę resurgent /

Quæstio. 57 de ascensione Christi in 6. art. divisa

UVA.BHSC

Ar.

Ar. 1 Vm fuerit conueniens Christum ascendere?

Et uidet q non qr ut dicit in. 2. de coelo. quę optimo modo se habent possident suum bonum sine motu / 2 qr quod mouet. mouet ad aliquid melius quod Christo non conuenit neq3 quantum ad corpus neq3 quantum ad animam / 3. qr ad nostram salutem (ad quam Christus uenit) melius esset si semper maneret nobiscum ut innuit ~~Iuan~~. 17 / Luc. 4 qr ut ait gregor. 14. moral. corpus Christi in nullo mutatum est post resurrectionem sed non immediate post eam ascendit. unde Ioan. 20. dicit nondum ascendi ad patrem meum. ergo non ascendit unq3 /

Sed contra Ioan. 20 ascendo ad patrem meum etc. Dicendum q locus debet proportionari locato ac ex consequenti Christo post resurrectionem congruit ascendere ad coelum immortalitatis. et incorruptionis locum.

Ad. 1. Rr q procedit de deo in se omnino immutabili. malach. 3. / Ad. 2. q accreuit Christo aliquid quantum ad loci decentiam et non nouo gaudio sed nouo modo gauisus est / Ad 3. q diuinitas semper nobiscum mansit Matth. ultimo / et magis profuit nobis corporis absentia. tum quantum ad fidei augmentum quę est de non uisis. ut colligit Ioan. 16. tum quantum ad eleuationem spei nostrę sursum ascendendi. matth. 24. et Micheę 2 / tum ad inflamandum Charitatis affectum. Coloss. 3. et matth. 6 /. Ad. 4. q conueniens fuit ut illo tempore 40 dierum cum hominibus conuersatus ueritatem resurrectionis probaret. qr 40 horis fuit in sepulchro. et per numerum 40 presens uita

de illo cepit gaudere.

UVA.BHSC

uita ex quattuor elementis composita et cō
tra transgressionem decalogi erudita signifi
cat. Ar. 2. vm̄ conueniat Christo as-
cendere in coelum secundū diuinitatē.
Et uidet q, sic qr de eo etiam ante incarnatio
nem dicit in psalmo ascendit deus in iubila
tione. et deutero. 33 ascensor coeli auxiliator tuus
2. qr eiusdem est ascendere cuius descendere Io. a
3. et ephess. 4. Sed descendit secundumq, deus,
3°. qr ascendit ad aequalitatem patris. quod non
potuit esse ut homo. qr sic pater maior ipso est Io
annis. 14 / Sed contra est glossa ephess. 4. super
illud quod autem ascendit quid est nisi qr et des
cendit. Dicendum q, ly, secundumq, potest
denotare conditionem ascendentis et sic non
potest competere ei secundum naturam diui-
nam humanam. qr deus ascendere non potest nec mo
ueri. Si uero ly secundumq, designet causam
ascensionis ascendit non secundum q, homo sed
secundumq, deus pro quo est August. sermo de ascen
sione. Ad. 1. Rr q, auctoritates intelligunt de
deo incarnando / uel metaphorice. prout etiam
deus dicit in cor hominis ascendere cum se humi
liat deo / Ad. 2. q, idem est qui ascendit et qui
descendit ut docet August. lib. de symbolo. est
autem in Christo duplex descensus unus de coelo
qui attribuit Christo homini secundum q, deus nō
secundum motum localem sed ex inanitionem
alter est descensus localis in inferiores partes
terrae ephess. 4. conueniens ei secundum condi-
tionem humanae naturae / Ad. 3. q, Christus dici
t ad patrem ascendere in quantum ascendit ad
consessum paternae dexterae. quod aliqualiter
conuenit ei secundum naturam diuinam, aliq-
ualiter secundum humanam ut infra dicetur.
Ar. 3. vm̄ Christus ascenderit propria virt.
Et uidet q, non qr Marci ultimo dicit q, assumptus
est in coelum. et actor. 1. q, eleuatus est et nubes
suscepit eum ab oculis eorum. eleuari uero et as
su-

UVA.BHSC

sumi est ab alio moueri / 2 qr corpori terre
no contra propriam naturam conuenit sursum
ferri. ergo non propria uirtute / 3. qr uirtus pro
pria erat uirtus diuina infinita quæ ageret in
instanti. ergo non ascendisset successiue uiden
tibus illis / Sed contra est Isai. 63. et Gregorius in
homilia ascensionis loquens de ascensu Heliæ
aliena uirtute.
Dicendum q. Christus ascendit uirtute diuina pri
mordialiter quatenus gloria animæ a diuinita
te manabat. et uirtute animæ gloriosæ qua
corpus gloriosum reddebat et sic animæ obediens
ut pro beneplacito ipsius quo uellet anima con
uolaret et corpus ut Augustinus docet in Ioannē.
Ad. 1. Rr q. propria uirtus Christi qua ascendit
est et patris eleuantis et assumentis ipsum /
Ad 2. q. probat non ascendisse uirtute propria
humanæ naturæ. nec similis ascensus est con
tra naturam corporis gloriosi, quod animæ to
taliter subdit / Ad 3. q. effectus uirtutis infini
tæ dei recipit in rebus secundum earum capa
citatem. et secundum dei dispositionem. cor
pus autem non est capax ut in instanti localiter
moueat. ex. 6. metaphys. // ~ // ~ // ~ // ~

Ar. 4 Vm Christus ascenderit super ~ omnes coelos. ~

ergo non super coelos

Et uidet q. non qr in psalmo dicit dominus
in coelo sedes eius / 2. qr super coelos omnes non
est aliquis locus ut probat in. 1. de coelo / 3
qr duo corpora non possunt esse simul in eo
dem loco. ergo ut Christus ascenderet diuisu
est coelum, quod est impossibile / 4. qr acto
rum. 1. nubes suscepit eum ab oculis eorum
nubes autem non potest coelum transcen
dere / 5 qr contra naturam est corpori ter
reno esse supra coelum. ergo corpus Christi il

luc

UVA.BHSC

luc non ascendit.) Sed contra ephess. 3. as
cendit super omnes coelos ut impleret omnia
Dicendum q. corpora quo digniora et forma
liora superiora loca obtinent ut dicit. 4
phys. et. 2 de coelo. inter corpora autem glo-
riosa primum locum tenet corpus Christi
ac per consequens superiorem dignitate et
situ. ut dicit glossa ephess 4.
Ad. 1. Rr q. sedes dei est in coelo non sicut in
continente. sed sicut in contento et ita est ele
uata magnificentia eius super omnes coelos/
Ad. 2. q. locus habet rationem continentis, et
ita primum continens primi locantis. corpo
ra autem gloriosa et maxime corpus Christi
non indiget tali continentia. et ita potest es
se extra totam continentiam coelestium cor
porum. quod non conuenit corporibus in sua
natura constitutis. Hoc enim intendit Philo-
sophus/ Ad. 3. q. per virtutem diuinam duo
corpora possunt esse in eodem loco) Ad. 4. q. il
la nubes non apparuit ut uehiculum corpo
ris domini. sed ut signum Maiestatis quem
admodum olim in tabernaculo/ Ad. 5. q. es
se in coelo aut supra coelum competit corpori
glorioso non ex principijs suę naturę, sed ex
anima beata a qua recipit gloriam. et ita
quem admodum motus corporis gloriosi sursum
non est uiolentus sic nec quies uiolenta. ac
subinde potest esse perpetua.

Ar. 5. Vm corpus Christi ascenderit
super omnem creaturam spiritualem?
et uidet q. non qr in his cum non sint eius de
rationis. non uidet posse fieri comparatio))
2. qr. ut ait Augustinus de uera religione

om

UVA.BHSC

omni corpori spiritus præfert. at sublimio
ri rei sublimior debet locus / 3. qr sic nullus
locus erit supra spiritualem creaturam qr
in omni loco est aliquod corpus cum nil sit va
cuum in natura.

Sed contra est quod dicit ephessiorum Primo.
Dicendum q, licet corpori Christi considerando conditiones naturæ corporeæ non debeat locus supra spirituales substantias debet tamen ei propter dignitatem unionis qua est personaliter deo coniunctum et omnes spirituales substantias excedit. ut docet Gregorius in homilia ascensionis —

Ad. 1. Rr q, licet alia ratione attribuat locus corporali et spirituali substantiæ. hoc tamen est in utraq; ratione comune, quod digniori rei superior tribuit locus / Ad. 2 q, illa ratio non procedit secundum rationem unionis / Ad. 3. q, secundum rationem locorum nullus est tam altus. qui excedat dignitatem spiritualis substantiæ et sic procedit obiectio. secus est secundum dignitatem eorum quibus attribuit locus. —

Ar. 6. Vm ascensio Christi sit causa nostræ salutis?

Et videt q, non qr Christus causavit nostram salutem merendo. per ascensionem autem non meruit qr magis premium est / 2. qr hoc esset qr eius ascensio nostram ascensionem causaret. at nostra ascensio per eius passionem causata est. hebr. 10 / 3. qr nobis per christum collata est salus sempiterna isai. 51.

ascendit ut

Sed christus non semper esset in coelo. cum sæpius sanctis (ut patet in Paulo) apparuerit in terris

sed

UVA.BHSC

Sed contra Joannis 16 expedit vobis ut ego vadam
Dicendumq; ascensio Christi est causa nostrae
salutis dupliciter. primo ex parte nostra qr fides
spes. charitas. immo et reverentia ad eum iam
gloriosum augescit. 2o ex parte ipsius Christi qr tum
nobis paravit locum pandens iter ante nos Io
annis. 14. et Michee. 2. ut cum ipso capite si
mus membra. et sic eductos de inferno bona cap
tione captivos duxit. ~~Secundo~~ tum qr in figura
intrabat Pontifex in sancta sanctorum pro popu
lo fusurus preces Hebr. 7. et sic Christus suam
humanitatem patri repraesentans / tum ut se
de coelesti dona hominibus impertiret adim-
plens omnia ephess. 4 /
Ad. 1. Rr q; causat sicut et resurrectio per modum
efficientiae / Ad. 2. q; passio Christi causat nostram
ascensionem proprie loquendo per modum me
riti et removentis impedimenta peccati. sed
ascensio directe inchoando ipsam / Ad. 3. q; ex
vi suae ascensionis acquisivit Christus nobis ius
ascendendi et manendi in coelo. neq; inconve
nit q; vere et praesentialiter aliquibus sanctis
apparuerit ut Paulo Actorum. 9. prout etiam ipse
testat. 1. corint. 15

Quaestio: 58. De sessione Christi ad dexteram Patris. in. 4. art. divisa

Ar. 1. Vm conveniat Christo sedere ad dexteram Patris.

Et videt q; non qr eiusmodi differentiae sunt po
sitionum corporalium. deus autem spiritus est /
2. qr sic Pater sederet ad sinistram filij. quod
est inconveniens / 3. qr actorum. 7. Stephanus
vidit illum stantem a dextris virtutis dei
Sed contra. dicit. Marci ultimo / Dicendumq; Chris
tus

UVA.BHSC

tus dicit sedere ad dexteram patris. tumq
quiescit in ~~[illegible]~~ quietudine glorie. tumq
cum ipso patre regnat regiam et iuditiariam
adeptus potestatem. ut ponderat Augustinus
in lib de symbolo / Ad. 1. Rr cum damasce
no lib. 3. q per dexteram patris intelligimus
gloriam et honorem diuinitatis / Ad. 2. q pro
cedit iuxta positionem sessionis corporalis. in
beatitudine autem ut ait Augustinus in
quodam sermone de symbolo nihil est sinis
trum / Ad. 3 cum gregorio in homilia ascen
sionis q Stephanus uidit eum stantem tanq
paratum auxiliari in certamine laboranti

Ar. 2 vm sedere ad dexteram Pa
tris conueniat Christo secundumq
Deus? Et uidet q non qr ut deus potius est
ipsa patris dextera / 2 qr Marci ultimo di
cit q assumptus est in coelum et sedet a dex
tris dei. sed non est assumptus ut deus. ergo
nec sedet ut deus / 3. qr similimodo spiritus
sanctus sedebit ad dexteram patris et filij
et pater ad dexteram filij et spiritus sancti
Sed contra est Damascenus.) Dicendum
cum Damasceno et Augustino. q nomine dex
tere tria intelligi possunt. scilicet gloria di
uinitatis, beatitudo patris. et iuditiaria po
testas. Sessio autem ut dictum est uel habi
tationem. uel regiam seu iuditiariam potes
tatem designat. que competunt Christo ut deus
est. vnde sedet ad dexteram patris. ita tamen
ut hec prepositio ad (que transitiua est) so
lam distinctionem personalem importat et
originis ordinem. non gradum nature uel dig
nitatis. qui nullus est in diuinis personis

Ad

potiori

ut deus est

UVA.BHSC

16 Ad. 1. Rv q filius dei dicit appropriate dex
tera patris, sed secundum tres significatio
nes predictas est comunis tribus personis
Ad. 2. q Christus ut homo assumptus est ad il
lum honorem qui sibi competit ut deus per
eternam originem / Ad. 3. q etiam spiritus
sanctus admodum predictum potest dici se
dere ad dexteram patris et filij (licet appro
prie filio.) patri tamen minime conuenit /

Ar. 3 Vm sedere ad dexteram patris
conueniat Christo secundumq
Homo.

Et uidet q non qr gloria diuinitatis non com
petit ei secundumq homo / 2. qr ut homo
est subiectus patri. 1 corint. 15. Sedere autē
ad dexteram regnantis subiectionem ex
cludere uidet / 3. qr glossā. Rom. 8. et hebr
1. sedere ad dexteram patris ~~asserit~~ dicet
equalitatem in honore, quo deus pater est
hoc autem minime conuenit Christo. ut
homo est / Sed contra est August sermone
de symbolo. Dicendum q ly. ad. quemdam
accessum ad dexteram designat cum conueni
entia et distinctione. et hoc potest esse tripli
citer scilicet cum conuenientia in natura
et distinctione in persona. et sic conuenit Chris
to ut filius dei est sedere ad dexteram patris
secundo secundum gratiam unionis que e
conuerso importat distinctionem naturę et
unitatem personę. et sic etiam sedet ad dex
teram patris secundumq homo. ita tamen ut
ly secundumq non designet conditionem natu
rę. sed unitatem suppositi. Tertio potest pre
dictus accessus intelligi per gratiam habitua
lem

sicut et uirtus

UVA.BHSC

lem quae abundantior est in Christo pre omnibus alijs creaturis cum iuditiaria potestate. et ad hunc sensum etiam dicit ad dexteram patris sedere. / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q secundumq homo est subiectus patri prout ly secundumq designat conditionem naturae / Ad. 3. q esse in equalitate patris non pertinet ad ipsam naturam humanam Christi licet ei conueniat esse in potioribus bonis dei pre alijs creaturis.

Ar. 4 Vm sedere ad dexteram Patris sit proprium Christi?

Et uidet q non qr ephess. 2. dicit q deus resuscitauit nos et consedere nos fecit in coelestibus in christo Iesu. sed suscitari non est proprium christi ergo nec sedere etc / 2. qr habitare in beatitudine patris (quod secundum Augustinum est sedere ad eius dexteram) multis alijs conuenit / 3. qr Apocal. 3 dicit ipse dominus. qui uicerit dabo ei sedere mecum in trono meo. sicut et ego uici et sedi cum patre meo in trono eius / 4. qr alias frustra diceret Matth. sedere ad dexteram et sinistram non est meum dare uobis. sed quibus paratum est a patre meo.

Sed contra habet Hebr. 1. ubi prefert angelis / Dicendum q equalitas patris secundum diuinam naturam. et frui potioribus bonis gloriae (quod est sedere ad dexteram patris) proprium est solius Christi.

Ad. 1. Rr q resuscitauit nos et consedere fecit in ipso Christo tanquam in capite / Ad. 2. q sedere in dextera non significat simpliciter esse in beati.

UVA.BHSC

titudine sed habere beatitudinem cum qua-
dam dominatiua potestate quasi propriā
et naturalem. quamuis quiuis sanctus
in beatitudine possit dici esse a dextris. Matt.
25 / Ad 3. q. per tronum significat iuditia-
ria potestas, quam Christus habet a patre et
secundum hoc dicitur sedere in trono patris
alij autem sancti habent eam a Christo et
sic dicunt sedere in trono eius / Ad 4 cum Chr
isto in Matth. q. locus ille id est consessus dex
terę inaccessibilis est non solum hominibus
sed etiam angelis. dominus autem respondit
condescendens supplicationi interrogantium
uel q. Rr petebant non dexteram aut sinistram
patris sed Christi, scilicet iuditiariam potestatē

Quæstio. 59 De Iuditiaria Potestate Christi. in. 6. art. diuisa.

Ar. 1. Vm iuditiaria potestas sit specialiter Christo attribuenda?

Et uidet q. non qr iuditium aliquorum perti
net ad eorum dominum Rom. 14. at esse
dominum conuenit toti trinitati / 2. qr
Dan. 7. cum libri aperiunt antiquus dierum
sedit. qui Pater intelligit secundum Hilari
um / 3. qr Ioannis. 16. spiritus sanctus argu
et mundum de peccato. de iustitia. et de iu
ditio / Sed contra habet actorum. 10. ubi dici
tur iudex uiuorum, et mortuorum
Dicendum q. ad iuditium duo requiruntur pre
uia scilicet potestas coercendi, et zelus iustitię
eccli. 7. et prou. 3. et tertium in quo stat forma
iuditij scilicet sapientia eccli. 10. et quoniam
~~[illegible]~~ filius est sapientia genita et ueritas a pa
tre procedens. ideo proprie iuditiaria potestas at
tribuit filio dei ut docet August. lib. de uera
relig.

UVA.BHSC

religione et sic concludit q omne iuditiũ datum est filio. qr pater non iudicat quem qz / Ad. 1. Rr ex dictis q iuditiaria potestas appropriat filio licet tribus personis sit cõmunis / Ad. 2. cum Augustino sexto de trinit q auctoritas iudicandi appropriat patri. sed forma iuditij filio. et hoc constat ex ipsa dani elis loco si ponderet attente / Ad 3. cum eodem Augustino super Ioannem. q auctoritas adducta sic intelligenda est q spiritus sanctus diffundet charitatem in cordibus discipulorum ut timore depulso arguendi polleant libertate. et sic iuditium attribui potest spiritui sancto. non quantum ad iuditij rationem. sed quantum ad affectum iudicandi, quem homines habent

Ar. 2. Vm iuditiaria potestas cõueniat Christo secundũ q homo

et iudet q non qr August. dicit in lib de uera. relig. q attribuit ei in quantum est ipsa lex primæ ueritatis quod est proprium dei ut sic / 2. qr ad iuditiariam potestatem pertinet premiare per beatitudinẽ quæ non dat nisi a deo ut innuit Augustinus in Ioannem / 3. qr ad iuditiariam potestatem pertinet scrutari cordium secreta quod est dei / Sed contra Ioannis. 5. potestatem dedit ei iuditium facere qr filius hominis est / Dicendum (licet Chrisosthomus super Ioannem huic opinioni non assentiat) q iuditiaria potestas conuenit Christo secundum q homo, non quidem propter conditionem naturæ qr sic ut Chrisosthomus obiicit omni

cum Augustino

UVA.BHSC

omnibus hominibus conueniret. sed hoc pertinet ad gratiam capitis quam Christus in humana natura accepit. propter tria Primo propter affinitatem. et conuenientiam ipsius ad homines ut sit suauius iuditium hominibus. hebr. 4. Secundo quia ut dicit Augustinus in Ioannem per filium hominis suscitabit deus corpora, sicut per eundem ut est filius dei suscitabit animas. Tertio quia ut dicit idem. conueniens fuit ut in iuditio forma iudicis tam bonis quam malis ostenderet et forma dei bonis reseruaret.

Ad 1. Rr. quod ad hominem qui est ueritate imbutus pertinet iudicare secundumque est unum quodammodo cum ipsa ueritate, quae est regula iuditij. hoc autem maxime pertinet ad animam Christi. et ex consequenti ad ipsum spectat omnia iudicare. et sic Augustinus ibidem adducit illud. 1. corint, 2. spiritualis omnia diiudicat. Ad 2. quod solius dei est sui participatione animas beatas facere. sed ad beatitudinem homines perducere conuenit Christo ut capiti eorum. hebr. 2. Ad 3. quod illud per se pertinet ad solum deum sed ex refluentia diuinitatis ad animam Christi conuenit etiam ei ut homo. Rom. 2.

Ar. 3. Vm Christus ex meritis adeptus fuerit iuditiariam Potestatem?

Et uidet quod non. quia iuditiaria potestas sequitur regiam dignitatem pro v. 20. sed regiam dignitatem Christus obtinuit sine meritis ex hoc ipso quod est unigenitus dei. ut innuit Luc. 1. 2. quia gratia capitis consequitur sine meritis personalem unionem. Ioannis 1. 3. quia 1. cor 2. spirituali conuenit iudicare omnia. sed homo

(secundum quam Christo conuenit iuditiaria potestas)

UVA.BHSC

mo efficit spiritualis per gratiam que non est ex meritis / Sed contra est Iob 36. et Augustinus in lib. de verbis domini.

Dicendum q ex causis diuersis potest unum et idem deberi alicui. sicut gloria corporis resurgentis Christo. ex congruentia diuinitatis, ex gloria anime. et etiam ex merito humilitatis passionis. et similiter iuditiaria potestas homini Christo competit et propter diuinam personam et propter capitis dignitatem et propter plenitudinem gratie habitualis. et tamen eam ex merito obtinuit. ut ipse de se dicit. Apocalyps. 3. / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad 2. q procedit ex parte gratie capitis / Ad. 3. q procedit ex parte gratie habitualis. per hec tamen non excludit q iuditiaria potestas debeatur etiam Christo ex merito.

de unione ad verbum dei

Ar. 4. Vm Christo conueniat iuditiaria potestas quantum ad omnes res humanas?

Et uidet q non qr Luce. 12 dixit cuidam quis me constituit iudicem inter uos / 2 qr non dum ut dicit hebr. 2. omnia sunt ei subiecta / 3. qr ut dicit August. 20 de ciuit. ad iuditium dei pertinet q tam boni qz mali alternantibus uicibus prosperent. et affligant quod etiam ante incarnationem hominibus contingebat / Sed contra Ioan. 5. pater omne iuditium dedit filio / Dicendum q si de Christo loquamur secundum diuinam naturam sine dubio omne iuditium patris pertinet ad filium. et idem dicendum est de ipso secundum naturam humanam qr et sic omnes

petenti ut diuideret hereditatem inter se et fratrem suum

UVA.BHSC

nes res humanę eius iuditio subdunt si enim spiritualis omnia iudicat. 1. cor. 2. quanto magis anima Christi ex unione ad verbum. et secundo ex merito passionis quo viuis et mortuis dominatur quod et daniel. 7. expresse edocemur. Tertio ex comparatione rerum humanarum ad finem humanę salutis qr Christo committitur principale scilicet dare et ordinare in beatitudinem. et ex consequenti accessorium quale est de ipsis iuditium ferre ||

Ad. 1. Rr q licet iuditiaria potestas sequatur regiam dignitatem neutram tamen voluit Christus dum vixit exercere. qr regnum eius non erat de hoc mundo Ioannis. 18. nec lites dirimere curauit ut Ambrosius loco adducto demonstrat / Ad. 2. q Christo data est omnis potestas a Patre matth. ultimo. sed nondum executio / Ad. 3. q illa iuditia ante incarnationem exercebant per Christum ut deus erat.

matth. 2.

ad quam ordinant omnes res humanę

et sic

Ar 5. Vm Post iuditium quod agit presenti tempore restet aliud iuditium.

Videtur q non. qr in morte dat ultima || retributio premiorum et poenarum. ut de latrone. et de epulone diuite constat Lucę 23. et. 16 / 2o. qr Nahum. 1. secundum aliam litteram dicit non iudicabit deus bis in id ipsum. at in hoc tempore dei iuditium exercet et quantum ad temporalia et spiritualia / 3 qr premium et poena respondent merito et demerito, quę non pertinent ad corpus nisi inquantum est animę instrumentum. ergo

nec

UVA.BHSC

nec premium aut poena debet corpori ni
si propter animam quę nunc et premiatur
et punit.

Sed contra Joannis. 12. ille iudicabit in
nouissimo die /

qualis est homo

Dicendum q, cum de re mutabili ante eius con
sumationem perfecte iuditium dari non
possit pręter iuditium quod fit in morte cu
iuslibet (iuxta illud ~~Rom~~ hęb. 9 statutum
est omnibus hominibus semel mori et post hoc
iuditium) oportet esse iuditium finale qr
licet uita hominis in morte secundum se
finiat remanet tamen ex futuris secun
dum quid dependens. tum quatenus uiuit
in memorijs hominum quantum ad famam /
tum in filijs post se relictis. eccli. 30. tertio
quantum ad effectum suorum operum ut
in hęretici patet. quarto quantum ad
corpus quod uel honorifice sepelit uel feri
is obiicit etc. Et quinto quantum ad ea in
quibus homo suum affectum defixit. de qui
bus omnibus perfectum iuditium haberi non
potest quandiu cursus huius temporis durat
Ad 1. R. (reiecta opinione existimantium a
nimas non premiari aut puniri ante uniuer
sale iuditium ex auctoritate Pauli. 2. corin
5. et Joannis. 17) q quantum ad animam ho
mo post mortem sortit quendam immutabi
lem statum. Sed ad quędam alia ut dictum
est conuenit iterum in iuditium adduci licet
secundum ea nec mereat, nec demereat / Ad
2. q intelligit secundum idem, sed non se
cundum diuersa / Ad. 3. q corpus manet muta
bile ad finem temporum

^ usq3

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 6. Vm̃ iudiciaria Christi Potestas se extendat ad angelos?

Et videt q̃ nõ q̃ angeli tam boni q̃ mali a principio iudicati sunt / 2 q̃ angeli potius venient cum Christo iudicaturi Mat. 25 / 3. q̃ pari ratione esset iudex omnium omnino creaturarum. quod videtur negare Iob. 34. quem alium posuit super orbem quem fabricatus est. / Sed contra. 1 Cor. 6 an nescitis quoniam angelos iudicabimus? auctoritate nimirum Christi.

Dicendum q̃ angeli nedum ut deo sed et ut homini subdunt iudiciariae potestati Christi. Primo ex propinquitate humanae naturae assumptae ad deum. Hebr. 2 unde et angelos illuminat ut dicit. 7. cap. coelestis Hierarchiae. Secundo q̃ ex humilitate meruit super angelos exaltari Philipp. 2. et inde Apocal. 7. omnes angeli stabant in circuitu troni / Tertio ratione eorumque circa homines operant, quorum Christus ~~est caput~~ Hebr. 1. et quantum ad gaudia sive accidentalia premia bonorum angelorum de hominum salute. et quantum ad poenas accidentales demonum. Lucae. 15. et Marci. 1. / et etiam quantum ad premium essentiale bonorum angelorum. et poenam essentialem malorum angelorum quod factum est a Christo prout est verbum dei a principio mundi. ex quo R. ad. 1. / Ad. 2 q̃ iudicabunt et ipsi a veritate ipsa quae Christus est / Ad. 3. cum August. in 3. de trin. q̃ cum inferiora regant per superiora omnia subdunt animae Christi Hebr. 2. / neq̃ Christus est alius a deo.

Quaes.

dum ait

speciali quodam modo est caput

(ut ~~[illegible]~~ de spiritualibus (qui iudicant omnia) August. lib. de vera religione docet)

UVA.BHS

Quæstio. 60 De Sacramentis in octo articulos Diuisa?

Ar. 1 Vm sacramentum sit ingenere signi?

Et uidet q, non qr dicit a sacrando quod causam denotat / 2. qr sacramentum absconditum quid significat. Tob. 12. et ephess. 3 signum autem est quid manifestum in notitiam occulti nos faciens peruenire ex Augustino. 2. de doct. christ / 3. qr sacramentum pro iuramento sumit. 22. q. 5. at iuramentum non pertinet ad rationem signi Sed contra est Augustinus. in. 10. de ciuit Dicendum q cum multa habent ordinem ad unum ab illo denominari solent sicut medicina dicta et urina a sanitate quam prima causat secunda conseruat et tertia significat. Et sic sacramentum dicit uel quod habet in se sanctitatem occultam et sic est sacrum secretum uel qr habet aliquem ordinem ad hanc sanctitatem. causæ aut signi aut secundum aliam habitudinem. Nunc autem specialiter loquimur de sacramentis prout important habitudinem signi.

Ad. 1. Rr qr qr medicina se habet ut causa effectiua sanitatis. inde est q omnia denominata a medicina dicunt per ordinem ad unum primum agens. Sanctitas autem a qua denominat sacramentum non significat per modum causæ efficientis sed formalis potius aut finalis et ideo non oportet q sacramentum semper importet causalitatem / Ad. 2 Rr ex dictis / Ad. 3 etiam ex dictis. qr iuramentum analogice etiam habet habitudinem ad res sacras ~ Ar-

UVA.BHSC

Ar. 2 Vm omne signum rei sacrae sit sacramentum?

Et videt q. non qr sic omnis creatura sensibilis esset sacramentum. cum per quamlibet invisibilia dei conspiciant Roman. 1/2. qr etiam omnia quae in veteri lege praecesserunt (siquidem in figura et tanqz signa christi praecesserunt ut dicit. 1 corint. 10. et colosen. 2) essent sacramenta. quod non est dicendum / 3. qr etiam in novo testamento aspersio aquae benedictae. benedictio altaris. et similia sunt signa rei sacrae et non sacramenta / Sed contra est q. sacramentum iuxta auctoritatem Augustini superius inductam definit esse signum rei sacrae. definitio vero convertit cum suo definito.

Dicendum q. signa praecipue dant hominibus ut ad ignota perducant. et sic sacramentum ~~est signum~~ (prout nunc de eo loquimur) est signum rei sacrae inquantum est sanctificans homines. Sic autem res omnes sensibiles non significant dei sapientiam aut virtutem per quod Rr ad. 1. / Ad. 2. q. illa / quae in veteri lege significabant sanctitatem christi ut in se ipso non erant sacramenta sed inquantum pertinebat ad nostram sanctificationem. sicut immolatio agni Paschalis etc / Ad. 3. q. res denominant a fine qui est perfectio. et non a dispositionibus ad ipsum (scilicet sanctitatem) de quibus procedit argumentum.

~~sed~~ quae significabant illam ~~in~~

Ar. 3 Vm sacramentum sit unius tantum rei signum? ~ // ~

et

UVA.BHSC

Et videt q sic. qr alias equivocationis et fallaciae tribueret occasio. quam Apostolus / contra nos praevenit. colos. 5 / 2. qr sacramentum significat rem sacram inquantum est humanae sanctificationis causa. at eiusmodi causa unica est scilicet sanguis Christi effusus hebr. ultimo / 3. qr dictum est q sacramentum significat finem sanctificationis qui unus est. scilicet vita aeterna. Roman 6. Sed contra est Augustinus in lib sent Prosperi ponens in sacramento altaris duo significata scilicet corpus Christi verum. et mysticum

perfectionem et

Dicendum q sacramentum dicit quod ordinat ad nostram sanctificationem in qua tria considerant et per sacramenta significant. primum causa efficiens quae praecessit et rememorat scilicet passio Christi, secundum effectus qui demonstrat scilicet gratia, et Tertium quod praenunciat scilicet futura gloria Ad 1. Rr q hic non est equivocatio nec fallacia quoniam plura significant per modum unius. et cum ordine unius ad alterum / Ad 2. q sacramentum significat etiam effectum qui intelligit in ipsa causa sanctificante ut sanctificans est / Ad 3. q ad rationem sacramenti sufficit significare perfectionem quae est forma. neq oportet q solum significet perfectionem quae est finis

Ar. 4 Vm sacramentum sit semp aliqua res sensibilis?

Et videt q non qr ut dicit in lib. priorum omnis effectus suae causae signum est. sunt autem effectus sacramentorum intelligibiles. ergo et sacramen

UVA.BHSC

nō
meta sunt sensibilia signa / 2 qr ordinan
t ad cultum dei qui sume spiritus est / 3
qr ex Augustino lib. de lib. arbitrio. res sen
sibiles sunt minima bona sine quibus ho
mo recte uiuere potest / Sed contra est Aug.
in Ioannem dicens q accedit verbum ad
elementum (sensibilē scilicet aquam) et
fit sacramentum.
Dicendum q cum diuina sapientia dispo
nat omnia suauiter. iuxta unius cuiusq
uirtutem sapie. 8. et Matth. 25. et homines
per sensibilia ad spiritualia manuducant
fit consequens ut eis spirituales sacramen
torum effectus per signa sensibilia scilicet sa
cramenta innotescant. ut dicit. 1. cap. de
coelest. Hierarchia.
Ad. 1. Rr q spiritualia etiam si sint signa
respectu hominum qui per se per sensibilia
edocent potius habent significatorum ratio
nem. et constat ex definitione signi adduc
ta ab Augustino. 2. de doctr. christ. scilicet
q est id quod preter speciem quam ingerit sē
sibus facit nos in alterius cognitionē uenire.
Ad. 2. q sensibilia ut ordinant ad spiritua
lia ad cultum dei spectant / Ad 3. q Augus.
loquitur de sensibilibus secundum se ipsa —

Ar 5. Vm requirant determinatae res ad sacramenta?

Et uidet q non qr nihil prohibet unum et
idem diuersis rebus sensibilibus metaphorice significari
sicut. Christus significat per leonem lapi
dem et solem / 2. qr ad salutem corporis que
minus necessaria est qz salus anime. defici
ente uno medicamento adhibet aliud. ergo

UVA.BHSC 3.

3. qr in lege ~~[illegible]~~ naturæ non arctabant homines ad certa et determinata remedia et sic genes 28. Iacob decimas et hostias pacificas uouit. ergo multo minus in lege Christi qui specialiter uenit saluare omnes.

Sed contra dicit dominus Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aq. et ss. n. p. intr. i. r. dei

Dicendum q. in sacramentis duo possunt cõsiderari scilicet cultus dei ex parte hominis et sanctificatio hominis ex parte dei in cuius potestate est institutio remedia ad eiusmodi sanctificationem ordinata scilicet sacramenta in rebus determinatis. " " "

Ad 1. Rr concedendo illud antecedens determinare tamen quo signo utendum sit ad sanctificantem pertinet. sicut et ad spiritum sanctum quibus metaphoris in scripturis. / Ad 2. q. in rebus medicinalibus est naturalis virtus quæ in pluribus reperitur sed ad sanctificandum sortiuntur uirtutẽ determinatam ex institutione diuina)

Ad 3. q. in lege naturæ interiori instinctu mouebantur homines ad necessaria remedia. ed postmodum in lege scripta tum ob obscurationem legis naturæ, tum ob expressiorem significationem Christi uenturi determinatæ res sunt institutæ. et a fortiori in lege gratiæ. nec propterea ponitur impedimentum saluti qr res illæ uel obuia sunt et cõmunes, uel de facili inueniri possunt. ~/.

este articulo es el sexto q̃ se troco por yerro

Ar. 7. Vm̃ Requirant determinata verba in Sacramentis?

Et uidet q. non qr salus, quæ per sacramenta

quæ

UVA.BHSC

quęrit est eadem apud omnes. uoces autem nō sunt eędem teste Philosopho / 2 qr contingit per diuersa verba significari / 3. qr cum quidā sint balbi et alij corrupte verba proferant frequentissime in sacramentis defectus perniciosi contingerent / Sed contra est q, dominus Matth. 26. et Matth. ultimo. determinatis verbis usus est in consecratione eucharistię. et in forma baptismi - / Dicendum. q, cum in sacramentis res se habeant ut materia. verba autem ut forma a qua principalius sumit determinatio rei, qr habet se ut finis et terminus materię. in sacramentis multo magis requirit determinata verborum forma qz determinata materia / Ad 1. R. cum August. in Joannem. q, verba operant in sacramentis non secundum sonum. sed secundum fidem et sensum quacunqz lingua uel idiomate proferant / Ad 2 q, licet illud uerum sit - semper tamen in omni lingua dat aliquod uocabulum quo res cōmunius et proprius significat. et idem dicimus de materia. ut aqua in baptismo / Ad 3. q, si ex intentione corrupte proferant verba. aut ita corrupte ut mutet sensus. pręcipue in principio dictionis. ut si dicat quis baptizans in nomine matris non perficit sacramentum. alias sic qr ex accōmodatione usus est eadem significatio. ut si dicat in nomine patrias.

unum et idem -

Ar. 6 Vm in significatione sacramentorum requirant verba?

este articulo es el septimo que se troco por yerro -

Et uidet q, non qr August contra Faustū dicit q, sacramenta sunt quędam verba uisibilia. at superfluum est addere verba verbis / 2°. qr res sensibiles sunt a natura verba autem a ratione. ex quibus ut potedi

uer

UVA.BHSC

uersorum generum non uidet posse confi
ci unum sacramentum / 3. qr in sacra
mentis ueteris legis (quibus ut ait Augus
19 contra Faustum noua successerunt) nõ
requirebant ulla verba /
Sed contra est ephess. 5. q Christus munda
uit ecclesiam lauacro aquę in verbo uitę
et August supracitatus in Joannem.
Dicendum q verba sunt necessaria in sacra
mentis et congruunt eis. tum ex parte cau
sę sanctificantis, quę est verbum incarna
tum sensibili carni unitum. tum ex parte
hominis qui sanctificat compositus exani
ma et corpore. unde dicit August. Joan. 15.
quę est ista tanta virtus aquę ut corpus tã
gat et cor abluat. Tertio ex parte ipsius sig
nificationis sacramentalis. qr ut dicit idẽ
2. de doctrina christiana verba inter ho
mines obtinuerunt primatum signifi
candi. et sic cum aqua possit significare
et ablutionem ob suam humiditatem. et
refrigerium ob suam frigiditatem. per ver
ba ego te baptizo determinat ad emunda
tionem spiritualem.
Ad. 1. Rr q significatio ~~verborum~~ rerum est simili
tudinaria et determinat per verba / Ad. 2
q ex illis resultat unum signum sensibi
le significatione rerum. et actionum (v. gab
lutionis et unctionis) determinata per
verba / Ad. 3. cum Augustino contra Faus
tum q aliter et distinctius debent significa
re sacramenta noua pręsente Christo qr uę
tera quę ipsum pręnunciabant uentarum
quamuis et ministri illorum sacramentorum in diui
no cul
et

UVA.BHSC

et qui sacramentis utebant quedam verba proferebant. numer. 6. et deuter. 26.

Ar. 8. Vm liceat aliquid addere verbis in quibus consistit forma sacramentorum?

Et videtur q. non quia non sunt minus necessaria quam verba sacre scripture quibus non licet aliquid addere vel minuere. deuter. 4. et Apocal. ultimo. 2. quia in formis (qualia sunt verba) quelibet additio vel mutatio variat speciem. ut dicit. 8. metaph. 3. quia si posset addi quid aut minui possent similiter et verba transponi aut quando proferuntur interpollari. cum non sint ista minus necessaria quam determinatus numerus verborum. Sed contra est q. greci baptismum verum conficiunt dicentes (aliter quam latini) baptizet servus Christi in n. P. et f. et spiritus sancti

Dicendum q. si additio aut diminutio sit ex parte intendentis inducere novum ritum quam servat ecclesia non conficit verum sacramentum. Si tamen sit ex parte significationis ipsorum verborum taliter q. non mutet sensus forme erit sacramentum. Et sic si quis dicat ego te baptizo in nom. Patris. et f. et spiritus sancti et beate virginis Marie intendens solam virginis intercessionem ad baptismum et non virtutem influentem vere baptizabit alias non iuxta illud. 1. cor. 1. numquid in nomine Pauli baptizati estis aut ipse pro vobis crucifixus est.

ut notat Didimus lib. de spiritu sancto

Ad. 1m. Rr q. sic non licet dicere aliquid esse de necessitate forme quod non est. Ad 2. ex dictis q. verba pertinent ad formam sacramenti ratio

tione sensus significati / Ad 3. q. si sit tanta interruptio verborum q. intercipiat intentio pronunciantis. aut tollat sensus non conficit sacramentum, quia iuxta Philosophum nomina et verba transposita idem significant.

aut eorum trãs positio

alias sic -

Quæstio. 61 De Necessitate sacramentorum in. 4. art diuisa

Ar. 1. Vm sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.

Et videt q. non quia ut dicit. 1. Timot. 4 corporalis exercitatio (qualis est sacramentorum sensibilium) ad modicum utilis est / 2 q. 2. cor. 12. dicit dominus Apostolo sufficit tibi gratia mea. ergo superfluunt sacramenta) 3. q. posita sufficienti causa ad nostram salutem scilicet Christi passione nihil aliud necessarium videt / Sed contra est Augus. 19. contra Faustum affirmans q. in nullam etiam falsam religionis nomen possunt homines sine aliquo signaculorum siue sacramentorum visibilium consortio conuenire -

Rom. 5.

Dicendum q. sacramenta sunt necessaria ad hominum salutem triplici ratione Primo ad nostram eruditionem pro conditione naturæ quia per sensibilia cognoscimus. Secundo ad nostram humiliationem pro isto statu ut corporalibus subiiciamur bene agendo. qui peccando sensibilibus a principio mundi obsecuti sumus. Tertio ad nostram exercitationem ut a noxijs occupationibus et sensibilibus delectationibus preseruemur / Ad. 1. R. q. procedit de exercitatione pure corporali. qualis non est in sacra

cra

UVA.BHSC

cramentis / Ad 2. q sacramenta sunt necessaria homini ad gratiam modo congruentis sibi consequendam / Ad 3. q passio Christi applicat nobis per sacramenta ut patet Roman 6. neq hoc insufficientiam in ea arguit ullam

Ar. 2. Vm etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta?

Et videt q sic qr etiam in statu innocentie erat homini necessaria gratia, que per sacramenta causat / 2. qr sunt necessaria pro conditione humane nature. at hec eadem fuit ante peccatum et post peccatum / 3. qr matrimonium quod Apostolus ephess. 5. vocat magnum sacramentum institutum est ante peccatum gen 2. ergo et alia / Sed contra est q medicina no est necessaria nisi egrotantibus ut dicit Matth. 9 / Dicendum q ante peccatum et anima deo. et vires inferiores et corpus perfecte anime subdebant. ac proinde nullum sensibile sacramentum fuit in illo statu necessarium tanqz remedium, nec tanqz ad animae perfectionem pertinens / Ad 1. R. q homo tunc egebat gratia, non tamen per signa sensibilia consequenda. Sed spiritualiter et invisibiliter / Ad 2. q licet sit eadem natura non est idem status ipsius / Ad 3. q matrimonium in illo statu institutum est non in sacramentum, sed in officium nature, quamvis ex consequenti aliquid circa Christum venturum prefiguraret

Ar. 3. Vm post peccatum ante Christum debuerint esse sacramenta?

Et videt q non qr per sacramenta passio Christi hominibus applicat tanqz causa, effectus au-

UVA.BHSC

autem non precedit causam / 2. qr status / humani generis non fuit mutatus post / peccatum usq; ad reparationem factam per Christum. ergo non debuerunt alia sacramenta institui q̄ quę in lege naturę erāt 3. qr sacramenta ueteris legis fuerunt propinquiora Christi perfectioni q̄ quę fuerūt ante legem. ergo et similiora sacramentis Christi. et per consequens debuissent prędici secundum ordinem Aaron. et non Melchisedech. Sed contra est Augustinus. 19. contra Faustum. dicens q sacramenta in lege prenunciandum Christum ~~Christi~~ requirebant. Dicendum q sacramenta sunt necessaria ad salutem in quantum sunt quędā sensibilia signa inuisibilium rerum, quibus homo sanctificat per Christum. ad quem prę signandum fuerunt omnino necessaria in ueteri lege sacramenta.

^ noua sacramenta.

Ad. 1. Rr q passio Christi est causa finalis ueterum sacramentorum precedens non tempore. sed in intentione agentis / Ad. 2. q fuit idem status quantum ad fidem Christi uenturi qua iustificabant homines. sed nō quantum ad necessitatem maioris remedij contra incrementa peccatorum. et ad maiorem fidei augmentum et cognitionem dei ut ait gregorius. unde sacramenta legis ueteris habebant se ad sacramenta legis naturę sicut determinatum ad indeterminatū / Ad. 3. q quantum ad materiam panis scilicet et uini magis assimilat sacramentum melchisedech sacramento nouę legis. sed sacramenta legis mosayscę (ut agnus Paschalis) magis assimilan

lant in re significata per sacramentum sci licet passioni. ne uideret eiusdem sacramenti esse continuatio.

Ar. 4. Vm̄ Post Christum debuerint esse aliqua sacramenta?

Et uidet q̄ nō. q̄r ueniente ueritate debent figurę, aut signa cessare) 2 q̄r sam non sumus paruuli. ergo nec debemus sub elementis constitui in quibus sacramenta consistunt / 3. q̄r arguit mutabilitatem in deo. (apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio) diuersa a uęteribus sacramenta instituere

temporis plenitudine adueniente ut dicit Paulus galat. 4 -

Jacobi. 1.

Sed contra. est August. 19 contra Faustum dicens q̄ uętera sacramenta sunt ablata q̄r impleta. et alia sunt instituta uirtute maiora; utilitate meliora, actu faciliora et numero pauciora.

Dicendum cum Augustino. 19 contra Faustum q̄ eadem res aliter significat̄ facienda et aliter facta. et sic alia fuerunt sacramēta significantia Christum passurum. a sacramentis quibus ipsum significamus et protestamur iam passum.

Ad. 1 Rr cum dionisio. cap. 5. coelest Hierar q̄ status gratię medius est inter legem uęterem et statum glorię in quo omnia nude manifestabit̄ ueritas ac proinde cum uideamus per speciem (licet non tam obscure sicut in lege uęteri) signis sensibilibus indigemus / Ad. 2. q̄ a postolus sacramenta uętera infirma et egena elementa uocat, q̄r nec gratiam continebant, nec causabant, sicut noua / Ad. 3. q̄ neq̄ pater familias mutabilitatem uoluntatis ostendit si alia pręcepta pro hieme q̄ prouere seruanda proponat -

Q -

UVA.BHSC

Quæstio 62 De effectu Principali Sacramentorum qui est gratia in 6 sex articulos diuisa.

Ar. 1 Vm sacramenta sint causa gratiæ.

Et uidet q non qr ~~non uidet~~ idem non potest esse signum et causa cum signum potius ad effectum spectet / 2. qr ut dicit August 12. super gen. nullum corporale (qualia sunt sacramenta) potest agere in spirituale qualis est anima in qua recipit gratia / 3. qr causare gratiam est proprium dei iuxta illud psalmi gratiam et gloriam dabit dominus. Sed contra est Augustinus citatus in Ioannem, dicens q aqua baptismi corpus tangit et corabluit. / Dicendum q sacramenta nouæ legis non solum causant gratiam ut quidam posuerunt qr deus ad eorum præsentiam eam causat sicut cum quis ob denarium plumbeum ex sola ordinatione regis accipit centum libras hoc enim non excederet rationem signi. et sacramenta ut ex auctoritatibus sanctorum constat. et significant et causant gratiam. Vnde ad Titum. 3. dicit saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. causant ergo illam non tamq causæ principales assimilantes sibi effectum sed sicut instrumenta mota a diuina virtute quæ semper manet ut simus consortes diuinæ naturæ. ut dicit. 2. Petri. 1. ut ait Augu

Ad 1m. Rr q sacramenta ut mouent a principali agente habent etiam rationem effectus. et sic communiter dicit q significant et causant

gra

UVA.BHSC

gratiam / Ad. 2. q. instrumentum media actione sibi propria exequitur actionem ~~instru~~ principalis agentis prout instrumentaliter ab eo movet. sicut serra scindendo ex propria acuitate facit scamnum correspondens principali agenti scilicet arti. et sic baptismus corpus ~~abluit~~ tangit. et corabluit / Ad. 3. q. procedit de causa per modum principalis agentis.

est enim in instrumento hec duplex actio aut securis

Ar. 2. Vm Gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum et donorum?

Et videt q. non qr per gratiam virtutum et donorum sufficienter perficit homo quantum ad animę essentiam et potentias / 2 qr omnes defectus peccatorum excludunt per gratiam donorum et virtutum ad quod gratia sacramentalis ordinatur / 3. qr si eiusmodi gratia aliquid addit cum sit additio in forma erit variatio in specie ex. 8. meta. et sic dicet ę quinoce gratia / Sed contra est q. alias frustra fuissent adhibita sacramenta.

Dicendum q. a gratia (quę ut dictum est perficit essentiam animę) profluunt virtutes perficientes animę potentias quę dicunt virtutes et dona. et sic addunt super gratiam communiter dictam perfectionem ordinatam determinate ad proprios actus potentiarum. Gratia vero sacramentalis supra gratiam communiter dictam et virtutum et donorum addit divinum auxilium ad consequendum sacramenti finem v. g. in baptismo ad quamdam spiritualem / regenerationem / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 q. quantum ad presens et futurum sufficienter ex

UVA.BHSC

excludunt vitia et peccata. Sed quantum ad reatum preteritum succurrunt sacramenta / Ad. 3. q immo gratia sacramentalis habet se ad gratiam comuniter dictam sicut species ad genus. ac proinde nulla est equiuocatio.

Ar. 3. Vm sacramenta noue legis contineant gratiam?

Subiectum enim gratie spiritualis est anima

Et uidet q nō qr nec continent tanqz subiectum accidens. neqz tanqz uas liquorem qr accidentia non sunt in loco / 2. qr sic gratia migraret de subiecto in subiectum scilicet a sacramentis in animam / 3. qr spirituale non continet a corporali licet in eo sit imo continet illud sicut anima corpus / Sed contra est Hugo de Sanct. Vict. dicens q sacramentum ex sanctificatione inuisibilem gratiam continet. Dicendum q gratia est in sacramentis sicut in signis. et sicut in causa non specifice assimilante sibi effectum aut habente virtutem siue formam permanentem et proportionatam ad talem effectum sicut effectus sunt in causis non uniuocis. Sed secundum instrumentalem et fluentem virtutem incompletam in esse naturę / Ad. 1. Rr q gratia non est in sacramento tanqz in subiecto. neqz tanqz in uase prout est locus quidam. Sed prout uas dicitur instrumentum operis faciendi ut Ezech. 9 uas interfectionis unius cuiusqz in manu sua / Ad. 2. q illud non est transire de subiecto in subiectum. sed a causa per instrumentum aliqualiter in subiectum in unoquoqz secundum propriam rationem. et non eodem modo / Ad. 3. q spirituale existens perfecte in aliquo continet illud et non continet ab eo sed gratia est in sacramento secundum esse fluens et sic continet eam

sicut causa uniuoca

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 4. Vm in sacramentis sit aliqua virtus gratiae causativa.

Videtur quod non quia in re corporea neque ut ab ea manans ut patet, neque ut recepta ab alio (quadmodum recipientis recipit) potest esse virtus spiritualis, qualis esse debet causativa gratiae / 2. quia ad nullum genus entis nec ad ullum gradum bonorum pertinere videtur eiusmodi virtus / quia nec inter minima, cum sacramenta sint de necessitate salutis, neque inter media cuiusmodi sunt potentiae animae neque inter maxima bona qualis est gratia aut virtus mentis computari potest / 3. quia esset adeo per creationem et inconveniens inter tam nobilis creatura statim transeunte sacramento desineret esse / 4. quia unius sacramenti est virtus una quae non potest esse in diversis scilicet verbis et rebus sed contra est August. supra citatus in Joannem, et Beda dicens quod dominus tactu suae mundissimae carnis vim regenerativam contulit aquis.

ut discurrenti patebit.

Dicendum quod in sacramentis est virtus instrumentalis non manens sicut principalis agentis sed transiens ex uno in aliud habens esse incompletum, sicut motus ab agente in patiens, et sic in re sensibili potest esse virtus spiritualis, sicut in voce ad excitandum intellectum hominis in quantum procedit ex conceptione mentis. Et per hoc Rr ad. 1 / Ad. 2. quod sicut motus reducitur ad genus virtutis perfectae / Ad. 3. quod sacramentum consequitur spiritualem virtutem ~~virtute~~ ex /

in natura

quia est actus imperfectus reducitur ad genus perfecti sic dicta virtus.

UVA.BHSC

ex benedictione Christi et applicatio-
ne ministri ad usum sacramenti. ut
August. dicit in quodam serm. de epyph.
de aqua baptismi penetrante animæ uni-
uersa latibula quæ subtili rore pertransit.)
Ad. 4. q. sicut uirtus principalis agentis re-
perit in multis instrumentis prout sunt
ordine unum, sic et in uerbis et rebus in-
uenit eadem uis sacramentalis. prout
ex ipsis perficit unum sacramentum)

Ar. 5. Vm sacramenta nouæ legis
habeant uirtutem ex passione Christi?

Et uidet q. nō qr passio pertinet ad uerbū
prout est caro factum. et ut sic uiuificat
corpora quod ut erat apud patrem ut ait
Augustinus uiuificat animas qui est effec-
tus sacramentorum / 2. qr sacramenta et
uerba eorum habent uirtutem ut dicit Aug.
qr creduntur et ex fide. fides autem non so-
lum est de passione sed et de alijs misterijs
et præcipue de diuinitate / 3. qr iustificatio
quæ fit per sacramenta attribuit resurrec-
tionj. Roman. 4)

Sed contra est glossa Roman. 5. asserens q. ex
latere Christi dormientis in cruce fluxerunt
sacramenta per quæ saluata est ecclesia)
Dicendum q. per instrumentum coniunctū
N. g. manum mouet instrumentum sepa-
ratum. N. g. calamus, quorum utrumq. or-
dine quodam habet uirtutem a principali
agente ~~saluat~~ Christus autem liberauit nos
a peccatis et perfecit in uirtutibus quin et ini-
ciauit ritum Christianæ religionis per suam pas-
sionem Ephess. 5. et per consequens ab ea reci-
piunt sacramenta uirtutem. Vnde de latere
Christi

UVA.BHSC

Christi exiuit sanguis et aqua per quę duo pręcipua signant sacramenta eucharistia scilicet et baptismus.

Ad 1. Rr q. verbum prout in principio apud deum uiuificat animas sicut agens principale. caro tamen eius instrumentaliter ad uitam autem corporis etiam per quamdam exemplaritatem ut dictum est supra / Ad 2. q. virtus Christi copulat nobis per fidem per quam ipse habitat in nobis ephess. 3. sed virtus remissiua peccatorum specialiquodam modo pertinet ad fidem passionis ipsius Roman. 3. / Ad 3. q. iustificatio attribuitur resurrectioni ~~quantum ad~~ ratione termini ad quem, passioni tamen ratione termini a quo. scilicet quantum ad dimissionem culpae.

Ar. 6. Vm sacramenta uęteris legis gratiam causarent?

Et uidet q. sic qr et cultores illius legis habebant eumdem spiritum fidei scilicet passionis Christi quem nos nunc ut dicit. 2. corint. 4 / 2o qr per illa sacramenta sanctificabant ut constat de Aaron et filijs eius leuit. 8. at sanctificatio non fit nisi per gratiam / 3. qr secundum Bedam homilia de circuncisione idem salutifere curationis remedium prębebat circuncisio contra originale. quod nunc baptismus ergo similiter in alijs sacramentis quorum erat etiam ianua circuncisio. galat. 5 / Sed contra est q. galat. 4 dicunt infirma et egena elementa. et ut ait glossa non iustificantia / Dicendum q. sacramenta uęteris-

Le

UVA.BHSC

legis non causabant gratiam per se ipsa
id est propria virtute: quia sic non fuisset
necessaria Christi passio. ut dicitur galat
2. Sed neque ex ~~virtute~~ passione Christi quia
cum nondum esset exhibita licet posset
operari per modum finis ad actus interio
res fidei quibus homines illius legis iusti
ficabantur non tamen per modum causae
efficientis in exterioribus actionibus et usu
sacramentorum quia causa efficiens praecedit
non solum in intentione sed et in re ip
sum effectum. non ergo illa vetera sacra
menta gratiam causabant, sed significa
bant fidem passionis Christi qua iustifica
bant illius legis cultores.

Ad. 1. Respondeo quod nos habemus fidem de passio
ne exhibita ut dictum est. / Ad. 2. quod illa
sanctificatio erat figuralis / Ad. 3. quidam
dixerunt quod per circumcisionem auferebat
peccatum sed non conferebat gratia. sed hoc
sibi repugnat. Alii quod in ea conferebat grati
a quantum ad effectus remissivos culpae
sed non quantum ad positivos gratiae sed
et hoc non est verum quia per illam dabatur
pueris ius ad gloriam. et in formis priores
sunt effectus positivi. licet in causis mate
rialibus sit e conversio / Alii dixerunt quod da
bat gratiam quantum ad effectum posi
tivum qui est facere dignum vita aeterna
sed non quantum ad hoc quod est reprime
re concupiscentiam (quod doctori sancto a
liquando placuit. sed cum minima gratia
possit resistere cuilibet concupiscentiae. ve
rius Respondet quod circumcisio sicut et alia
legis sacramenta conferebat gratiam in qu
antum erat signum passionis Christi futu
rae.

forma enim non excludit priva tionem nisi informando subiectum /

UVA.BHSC

Quæstio 63. De effectu sacramentorum qui est character. in 6 ar. dj.

Ar. 1. Vm sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.

Et videtur q. non. qr character significare videtur quoddam signum distinctiuum sed distinctio membrorum christi ab aliis fit per æternam prædestinationem quæ non ponit aliquid in prædestinato / 2. qr character esset signum in anima, in qua nihil potest esse quod speciem sensibus ingerat quod est de ratione signi / 3. qr etiam in veteri lege per sacramenta distinguebantur fideles ab infidelibus et tamen illa sacramenta non imprimebant characterem vn anima vn de hebr. 9 dicunt iustitiæ carnis.

Sed contra est 2. corint. 1. qui unxit et signauit nos deus est.

Dicendum q. per sacramenta ut ex prædictis patet et defectus peccatorum tollunt et anima perficit. quicunque autem ad aliquid certum ordinat aliquo signo vel characterem prænotat et insignit ut antiquitus milites exterioribus characteribus ad corporalia ministeria erant insigniti. et sic homines per sacramenta spirituali characterem ad dei cultum consignant.

Ad. 1. Rr q. fideles ad premium futuræ gloriæ / deputant signaculo prædestinationis diuinæ. ad actus autem conuenientes nunc ecclesiæ signaculo characteris / Ad. 2. q. signaculum vel character potest dici quidquid configurat alicui, vel distinguit ab alio licet sit spirituale. character autem animæ habet ratio

Timo

in his quæ pertinet ad cultum christianæ vitæ.

UVA.BHSC

tionem sensibilis inquantum imprimit
per sensibile sacramentum / Ad. 3. q. sacra
menta vetera non habebant in se spiritua
lem virtutem ad aliquem spiritualem ef
fectum operantem. et sic sufficiebat signa
culum exterius circumcisionis. ut eam vo
cat Paulus Roman. 4.

Ar. 2. Vm character sit spiritualis potes
tas. Et videtur quod non quia character est figura ut
ex graeco constat hebr. 1. sed figura est in qu
arta specie qualitatis / 2 quia ex dionisio. 2
cap. eccles. Hierarch. signum luminis par
ticipationem divinae beatitudinis appellat
lumen autem ad tertiam pertinet speciem
qualitatis. non ad secundam / 3. quia character
definitur a quibusdam signum sanctae comu
nionis fidei. et sanctae ordinationis datum
a Hierarcha. at signum in genere est rela
tionis / 4. quia potestas pertinet ad rationem
principii et causae. signum vero ad effectum /
Sed contra est quod est in anima et non passio quia
haec cito transit nec habitus quia charactere ali
qui male et bene utuntur. ergo est potentia
a sufficienti eorum quae sunt in anima e
numeratione iuxta Philosophum. 2. ethic.
Dicendum ut supra cum dionisio. 2. cap. ec
clesiast. Hierarch. quod aliqua sacramenta nova
imprimunt characterem. qui est potentia ad
tradendum vel recipiendum aliqua ~~sacram~~
~~cuta. ministris ecclesiae~~ quae spiritualis
potentia instrumentalis est. et non proprie
in genere vel specie. sed reducitur ad secundam
speciem qualitatis / Ad. 1. Rr. quod figura in spi
ritualibus dicitur metaphorice / Ad. 2. quod charac
ter non est lumen sensibile et sic nec in tertia

spe

^ activa
^ passiva
^ divina et ad cultum dei spectantia

UVA.BHSC

specie qualitatis. ut quidam posuerunt)) Ad 3. q relatio signi fundat non in ipsa essentia animę (sic enim omnibus mihi conueniret) sed supra essentiam characteris ac proinde ipse non est in genere relationis ut quidam dixerunt / Ad 4. q character secundum se habet rationem principij. sed habet rationem signi per comparationem ad sacramentum sensibile a quo imprimit.

Ar 3. Vm character sacramentalis sit character Christi?

Et uidet q non. qr. ephes. 4. dicit nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis. ergo magis debuit attribui spiritui sancto q3 Christo / 2. qr character est signum gratię. quę per sacramentum confert. hęc autem est a tota trinitate / 3. qr character dat ad distinguendum alios ab alijs. at distinctio sanctorum ab alijs fit per charitatem quę potius spiritui sancto. et Patri attribuit q3 Christo. Rom. 5. et 2. corint. ultimo

Sed contra est q quidam sic definiunt characterem. character est distinctio a charactere ęterno impressa animę rationali secundum imaginem consignans trinitatem / creatam trinitati creanti et recreanti. et distinguens a non configuratis secundum statum fidei. sed character ęternus est ipse ~~filius~~ Christus. secundum illud hęb. 1. qui cum sit. spl. gl. et figura. uel character substantię eius. ergo. etc. Dicendum q fideles consignant ad gloriam per gratiam. et ad tradendum uel recipiendum aliqua quę ad cultum

vnde Apocal. 13 perditionis filij dicunt habere characterem bestię

UVA.BHSC

tum dei spectant per characterem deri-
uatum a sacerdotio Christi a quo est omnis
ritus Christianę religionis ac proinde cha-
racter sacramentalis dicit et est character Christi
Ad. 1. Rr q. Apostolus ibi loquit de consigna-
tione ad gloriam. per gratiam quę spiri-
tui sancto tribuit. 1. corint. 12 / Ad. 2
q. character sacramentalis est res respectu
sensibilis sacramenti. et est sacramentum
respectu ultimi effectus. unde primo modo
est signum inuisibilis gratię. secundo ve-
ro iuxta suam propriam rationem est sig-
num configurativum alicui principali
scilicet Christo / Ad. 3. Rr ex dictis. et
q. character in malam partem uel sumitur
pro obstinata malicia qua aliqui deputan-
tur ad poenam eternam. uel pro professio-
ne illiciti cultus.

Ar. 4. Vm character sit in Poten-
tijs animę sicut in subiecto?

Et uidet q. non qr est dispositio ad gratiam
gratia autem est in essentia animę et non
in potentijs / 2. qr potentia animę non
est subiectum nisi habitus aut dispositio-
nis character autem est potentia ergo est
in anima / 3. qr neqz est tantum in poten-
tia cognitiua animę neqz tantum in appe-
titiua qr ad neutram determinate ordi-
nat. neqz est in utraqz qr unum accidens
non est in duobus subiectis / Sed contra est
q. ratio imaginis ad quam spectat character
attendit secundum potentias ~~~ //.
Dicendum q. cum diuinus cultus in quibus-
dam actibus consistat ad quos proprie ordinan-
tur

sacramentalem

specialiter

solam

dei et trinitatis

UVA.BHSC

tur animę potentię in potentiis tia animę existit character / Ad 1. Rr q. proprie magis est tribuendum characteri quod ad actus et potentiam pertinet q̃ quod ad essentiam in qua est gratia. licet hęc etiam a deo ad debitum cultum fidelibus cum characterе concedat / Ad 2. q. non est potentia naturalis animę ab ipsa procedens. sed potentia spiritualis ab extrinseco potentię animę communicata ut exeat in actus / Ad 3. q. character ordinat ad ea quę sunt diuini cultus. et sic est in potentia animae cognitiua in qua est fides.

(sicut essentia animę ad esse)

Ar 5. Vm character insit animae indelebiliter?

et uidet q. non q. accidens quo perfectius fortius hęret. at gratia quę perfectior est q̃ character amittit per peccatum mortale ergo similiter character / 2. q. per characterem deputat quis diuino cultui sed ab hoc deficit aliquando per apostasiam a fide ergo amittit characterem / 3. q. cessante fine cessant et ea quę sunt ad finem ergo saltem in patria quando cultus exterior cessabit (q. omnia erunt facialia et nihil figurale) character non manebit. sed contra est Augustinus. in 2. contra Parmenianum / Dicendum q. character est quaedam participatio ęterni sacerdotij Christi (in quo non est character sed omnino plena potestas) ac proinde sicut et in rebus inanimatis v.g. ecclesia uel altari reconsecrata manente non perdit consecratio. sic nec character participatus ab ęterno sacerdotio Christi in anima secundum

UVA.BHSC

dum partem intellectiuam quę semper manet indelebiliter hęret.

Ad 1. Rr q. gratia est forma completa existens in anima iuxta conditionem liberā ipsius subiecti. character uero qr est quid incompletum, et uirtus instrumentalis respicit principale agens scilicet sacerdotium Christi indelebiliter influens / Ad 2 similiter Rr cum Augustino. qr et apostatę baptismum amittunt / Ad 3. q licet posthanc vitam cesset exterior cultus, non tamen cessat finis ipsius; et sic manebit character tam in bonis, qz in malis. in illis ad gloriā in his ad ignominiam. sicut in militibus vincentibus. et uictis character militaris.

Ar. 6. vm Per omnia sacramenta nouę legis imprimat character?

et uidet q sic qr per omnia fit fidelis particeps sacerdotij Christi / 2. qr per quodlibet sacramentum sacrat homo per gratiam. at character habet se sicut consecratio ad res consecratas / 3. qr character est res et sacramentum simul / Sed contra est q sacramēta in quibus imprimit character non iterāt. iterant autem multa sacramenta.

Dicendum q non omnia directe ordinant ad cultum diuinum ut patet de poenitentia per quam homo liberat a peccato. ad diuinum autem cultum pertinet aliquod sacramentū tripliciter uno modo per modum ipsius actionis sicut eucharistia^. alio modo per modum agentis sicut ordo. Tertio per modum recipientis sicut baptismus qui est ianua sacramētorum et ad ea recipienda idoneum reddit et ad idem ordinat quodammodo confirmatio. et ideo per hęc tria scilicet baptismum, confirmationē

^ in qua non imprimit character, qr per hoc sacramentum non ordinat homo ad aliquid ulterius agendū uel recipiendum /

et

UVA.BHSC

et ordinem character imprimit. Ad 1. Rr (concesso posito antecedente) q non per omnia sacramenta deputat quis ad aliquid agendum vel recipiendum etc. / Ad 2 q specialiter per quedam sacramenta ultra gratiam receptam sanctificat homo quadam consecratione, qua ordinat ad divinum cultum. / Ad 3. q ut ex infra dicendis patebit, non omne quod est res et sacramentum est etiam character.

Quaestio 64. De causa sacramentorum in decem articulos divisa.

Ar 1. Vm solus Deus operet interius ad effectum sacramenti.

Et videt q non q ut dicit in 5. cap. ecclesie Hierar. etiam ministri ecclesie illuminant purgant et perficiunt interius / 2 q orationes et preces iustorum plurimum valent apud deum. Ioan. 9. ergo magis operat interius sacramentum a bono ministro datum. / 3. q dignior est homo q res inanimata N. g. aqua. sed hec in baptismo interius abluit ergo / Sed contra Rom. 8. Deus est qui iustificat / Dicendum q tanq causa principalis deus operat interius effectum sacramenti q ipse solus illabit anime et causat gratiam in ea. sed instrumentaliter etiam ministri sicut et sacramenta operant virtute dei ad dictum interiorem effectum.

Ad 1. Rr q ministri non purgant a peccato sed diaconi dicunt purgare immundos eiiciendo a cetu fidelium. vel disponendo eos ad sacramenta. et sacerdotes dicunt illuminare populum non gratiam infundendo sed sacramenta gratie tradendo ut ibidem dicit / Ad 2. q principa

UVA.BHSC

cipalis effectus sacramenti est a virtute passionis Christi. non ab orationibus quae in persona ecclesiae offerunt, neque ad devotione offerentium, quamvis ratione horum aliquid annexum sacramenti impetrari possit a deo non quia minister illud operet sed quia impetrat operandum a deo / Ad. 3. patet ex dictis. quia inanimata non operantur nisi instrumentaliter, et homines per modum ministerij.

Ar. 2. Vm sacramenta sint solum ex institutione divina?

Et videtur quod non quia de multis quae concurrunt ad sacramenta ut de chrismate confirmationis. et de oleo quo sacerdotes ungunt. et similibus nulla fit mentio in sacra scriptura, in qua divinitus instituta traduntur nobis / 2. quia res quaedam sensibiles naturaliter significant. nec potest dici quod deus magis his quam illis alliciat. quia hoc ad daemones pertinere videtur ut dicit Augustinus 21. de civit. dei / 3. quia Apostoli personam Christi gerebant et repraesentabant unde. 2. Corint. 2. dicit nam et ego si quid donavi in persona Christi donavi. ergo et ipsi possent sacramenta instituere

Sed contra est quod solus deus potest dare robur et virtutem sacramentis.

Dicendum quod sacramenta cum sint instrumenta quaedam habent virtutem a principali agente scilicet deo. utens autem sacramento solum operatur per modum ministerij.

Licet etiam sit agens.

Ad. 1. Rr quod quae sunt ab hominibus non sunt de essentia sacramentorum. quae autem sunt de essentia. vel habentur in sacra scriptura. vel ex

ex familiari apostolorum traditione iux illud. 1. cor. 11. cetera cum venero dispo nam / Ad. 2. q res sensibiles ex sui natura aptitudinem habent ad significandos spirituales effectus. hec tamen aptitudo determinat ex institutione diuina ex qua ut dicit Hugo de sancto Victore sacramentum habet quod significet / Ad 3. q Apostolis et eorum successoribus neq alia sacramenta licet instituere neq tradere / aliam fidem.

qui sunt rectores ecclesie in fide et ~~fundata~~ Sacramentis fundate

Ar. 3. Vm Christus secundum q homo habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum?

Et videt q sic. q Joan. 1. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ dicit super quem descendit spiritus sanctus (scilicet Christum ut homo est) ipse est qui baptizat in spiritu sancto / 2. q matth. 9 dicit filius hominis habere potestatem in terra dimittendi peccata quod fit per interiorem sacramentorum effectum / 3. q id pertinet ad sacramentorum institutorem qui fuit ipse Christus / 4. q Christus sine sacramento contulit Magdalene sacramenti effectum. scilicet remissionem peccatorum ergo et in sacramentis / 5 q sacramenta habent virtutem ex passione Christi et invocatione nominis eius / Sed contra est Augustinus dicens q in sacramentis diuina virtus secretius operatur salutem. ergo non secundum q homo etc.

Dicendum q interiorem effectum sacramentorum operatur Christus ut deus auctoritative ut homo vero meritorie et efficienter ministerialiter tamen tanq minister principalis

per

UVA.BHSC

per potestatem excellentie respectu instrumentorum extrinsecorum qui sunt ministri ecclesie quia humanitas est instrumentum coniunctum verbi. Huiusmodi autem potestas excellentie consistit in qualtuor primo in merito ipsius et passionis virtute communicata nobis per fidem. Secundo quod ex primo sequitur quia in nomine eius sacramenta sanctificantur. et Tertio quod ad secundum accedit quia virtutem illis conferens instituit sacramenta. et quarto quia causa non dependet ab effectu sed potius econverso ad eandem excellentiam pertinet quod effectum sacramentorum potuerit sine exteriori sacramento conferre. et ex his patet Responsio ad obiecta. utraque enim pars obiectionum secundum aliquid vera est.

Ar. 4 Vm Potestatem suam quam Christus habuit in sacramentis potuerit ministris communicare.

et videtur quod non quia ut arguit Augustinus contra maximum si potuit et non fecit invidus esset. ergo non potuit / 2 quia idem dicit Joan 14 maius quid est impium iustificare quam creare, sed hoc non potuit Christus communicare ministris ergo neque illud / 3. quia esse caput ecclesie non potuit Christus alijs communicare sicut ab illis in alios gratia communicaretur. (esset enim monstruosum ecclesie corpus) ergo

Sed contra est Augustinus. Joan. 1 / Dicendum quod Christus potestatem auctoritatis sicut nec divinam essentiam) nulli creature com-

mu

UVA.BHSC

municare potuit; bene tamen excellentiæ / potestatem quæ ei conuenit ut homo est / potest enim instrumentum coniunctum quanto fuerit fortius uirtutem suam instrumento separato tribuere.

Ad. 1 Rr q. Christus illam potestatem non communicauit qr sic fidelium utilitati cõgruebat. ne quis diceret ego sum Pauli ego uero Apollo et ego Cephæ. ut dicit. 1. corint. 1.

Ad. 2 q. procedit de potestate auctoritatis in quantum est deus. quamuis et potestas excellentiæ respectu eius quam habent ministri potestas auctoritatis etiã dicat. ut 1. corint. 1. innuit glossa / Ad. 3 Rr ex dictis. dato tamen q. ipse dictam potentiam cõmunicasset ipse esset caput primarium et principale.

Ar 5. Vm per malos ministros sacramenta conferri possint?

Et uidet q. non qr neq; habent gratiam ac / per consequens eam conferre non possunt / et cum sint immundi nequeunt mundare alios ut dicit. eccli. 34 / 2. qr mali sunt præcissi a christo ac per consequens per ipsos. alijs gratia cõmunicari non potest / 3. qr deficiente aliquo ex debitis ad sacramentum non perficit sacramentum sed / debitus minister sacramenti est qui caret macula peccati. ut innuit expresse Leuit. 21 / Sed contra est August. Joann. 1. quid tibi facit malus minister ubi bonus est dominus / Dicendum q. eadem est ratio ministri ac instrumenti. hoc autem non

agit

UVA.BHSC

agit secundum propriam formam aut
uirtutem. sed eius a quo mouet, et ideo
accidit instrumento ut sic, qualem formam
uel uirtutem habeat, preter id quod exi
git ad rationem instrumenti. unde fit
consequens q ministri ecclesię possunt
sacramenta conferre etiam si sint mali
Ad. 1. Rr q effectus consequit secundum
configurationem ad agens principale
scilicet Christum / Ad 2. q per charitatem
membra Christi uniunt suo capiti ut ab eo
uitam recipiant. Joan. 3. potest tamen
quis operari per instrumentum carens
uita et a se separatum. dum sit coniunc
tum per quamdam motionem / Ad. 3.
q si debitum ex necessitate desit sacra
mento quale est materia et forma non
conficitur sacramentum. secus si defi
ciat debitum ad solam decentiam. sicut
est bonitas ministri.

Ar. 6. Vm mali ministrantes sacramenta peccent.

et uidet q non qr faciendo elemosinas
aut alia bona bona opera non peccant
immo peccata redimunt. ergo nec minis
trando sacramenta / 2. qr qui communi
cat cum malum faciente etiam peccat
ergo similiter peccarent recipientes ab
eis sacramenta. quod non uidet / 3. qr
nullus ~~sic~~ qui ex officio teneat minis
trare esset perplexus. et similiter prop
ter periculum. ut cum puer in periculo
mortis constitutus offeret alicui malo uel
peccatori ministro baptizandus.

Sed

UVA.BHSC

Sed contra est Dionisius. cap. 4 eccles Hierarch. et in epistola ad Demophilu/ Dicendum q. cum instrumentum et minister debeat proportionari principali agenti et domino. Levit. 19. et eccli. 10. sine dubio ministri in peccato mortali existentes mortaliter peccant ministrando sacramenta (qr indebite faciunt) in dei inveerentiam et sacramentorum contaminationem quamvis ipsa incontaminabilia sint.

Ad. 1. Rr q. opera charitatis non sunt aliqua consecratione sanctificata nisi sicut quedam iustitie partes/ Ad. 2. q. recipiens sacramentum a ministro ecclesie ab ea tolerato non peccat qr non recipit ab eo inquantum est talis persona. sed inquantum ecclesie minister/ Ad. 3. q. cum quilibet poenitere possit non erit perplexus nisi velit in peccato manere et tunc sibi imputet. in necessitate autem baptizando non peccabit sicut neq laicus qr non facit ut minister ecclesie/ secus autem est in alijs sacramentis que non sunt tante necessitatis sicut baptismus.

Ar. 7. Vm Angeli possint sacramenta ministrare?

Et videt ipsie qr quidquid potest minister inferior potest et superior. angeli autem sunt superiores ministri qz homines in ordine Hierarchico ut dicit Dionisius in lib. coelest. Hierarch./ 2. qr homines sancti in coelo assimilant angelis. Matth. 22. sed aliqui sancti in coelo existentes possent minis

tra

UVA.BHSC

trare in sacramentis qr character sacramentalis est indelebilis. ergo et angeli / 3 qr per malos qui sunt membra diaboli possunt ministrari sacramenta. ergo et per dęmones / Sed contra hęb. 5. omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituit ett

Dicendum q sacramenta habent uirtutē a Passione Christi ut homo est ac proinde et ministrare sacramenta et recipere ad homines pertinet non ad angelos. q si aliquod ministerium sacramentale per bonos angelos fieret rarum esset et aliquo sufficienti testimonio deberet constare illud factum fuisse uoluntate diuina (sicut aliqua templa dicunt angelico ministerio consecrata) secus si per angelos mendacij / Ad 1. Rr q angeli non sacramentaliter sed superiori modo causant id quod homines modo sibi proportionato per sacramenta / Ad 2 q sunt similes in gloria. nō quantum ad participationem naturę / Ad 3. q mali non habent q possint ministrare ex malitia aut qr sunt membra diaboli unde neq diabolus id magis potest —

Ar 8. vm intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti?

et uidet q non qr est instrumentum. actio uero non perficit nisi secundum intentionem principalis agentis / 2. qr cum de intentione ministri nulli constare possit recipiens sacramentum nunqz esset certus se sacramentum uerum recepisse. neq esset de salute certus / 3. qr cum ministri intentione

^ quę ad conferendos sacramentorum effectus nō est alligata ecclesię ministris /

^ purgant, illuminant et perficiunt, et sic -

^ mini

ne uagantes sacramenta ministrant illa non conficerent /
Sed contra est q ea quę sunt pręter intentionem sunt casualia quod in sacramentis dici non potest.
Dicendum q cum aliquid se habet ad multa. v.g. ablutio ad lauandum uel sanandum corpus. oportet determinet ad unum efficiendum. et hoc fit per intentionem ministri per sacramentorum verba expresam
Ad 1. R. q instrumentum inanimatum non habet aliquam intentionem sed eius locomotionem a principali agente instrumentum uero animatum sic. qr quodam modo mouet etiam se ipsum / Ad 2 q minister profert verba exprimens intentionem ecclesię quę sufficit ad intentionem sacramenti nisi contrarium exprimat ex parte eiusdem ministri aut recipientis sacramentum / Ad 3. q licet non adsit intentio actualis sufficit virtualis qua ex pręcedenti intentione uult facere quod facit ecclesia quamuis actualis sit procuranda.

Comissa opinione dicentium in ministro requiri mentalem intentionem supplebilem in paruulis per Christū et in adultis per fidem et deuotionem) (q sepe cor nostrū ut ait psalmista derelinquit nos)

Ar. 9 vm Fides ministri sit De necessitate Sacramenti.

Et uidet q sic qr ut ait August. contra Iulianum fides intentionem dirigit, intentio autem necessaria est / 2 qr carens fide uidet hęrethicus. at hęrethici non conferunt uera sacramenta ut docet Cyprianus epistola contra hęrethicos. et Leo papa innuit idem in epistola ad Leonem Augustum / 3. qr hęrethici sunt excomunicati et carentes uera fide sunt ab ecclesia separati. 2 in canonica

minister

UVA.BHSC

ca Joannis. et ad Titum. 3. habet / Sed contra est Augustinus. contra Petilianum Donatistam.

Dicendum q, cum ~~fides~~ minister agat in virtute dei sicut non est illi necessaria charitas sic nec propria fides dum cętera adsint quę ad sacramenti perfectionem necessario requirunt.

Ad. 1. Rr q, si defectus fidei non sit circa ipsam veritatem sacramenti quod exhibet sed intendat facere quod facit ecclesia (licet credat per id quod agit exterius nullum sequi interiorem effectum) verum conficiet sacramentum. / Ad. 2. q, hęretici in collatione sacramentorum formam ecclesię non seruantes sacramenta non perficiunt neq; conferunt. q, si formam seruent conferunt sacramentum sed non rem sacramenti q, si sunt manifeste ab ecclesia pręcissi q, recipientes ab eis sacramenta peccant. et impediunt sacramenti effectum. quod docet August. lib. de fide ad Petrum. et Leo Papa. Cypriani vero sententia non tenet eius tamen error ut idē August. ait falce martirij purgatus est.

Ad. 3. q, character manet indelebilis ad conferendum sacramenta, quamuis in usu dandi et recipiendi possit esse peccatum.

Ar. 10. Vm intentio recta ministri requirat ad perfectionem sacramenti

Et videt q, sic q, debet conformari rectę intentioni ecclesię / 2. q, 10 cosa intentio non conficit sacramentum. ergo nec peruersa ut si quis baptizet aliquem ut postea eum occidat / 3. q, peruersa intentio totum opus reddit

dit vitiosum. Lucę. 12 / Sed contra est q per
uersa intentio pertinet ad solam maliciam
ministri. / Dicendum q si intentio ministri
peruertat circa ipsum sacramentum. ut
cum non intendit sacramentum conferre
sed irridere non confert illud. Secus si peruer
tat intentio circa id quod sequitur sacramen
tum. ut si sacerdos intendat foeminam bap
tizare ut abutat ea / Ad. 1. Rr q intentio
ministri sufficit conformet rectę intentio
ni ecclesię quantum ad perfectionē sacramē
ti q̄uis non quantum ad debitum usum / Ad
2. q excludit per iocum prima intentio per
fectionis sacramenti / Ad. 3. q peruertitur
opus intendentis ut a se. sed non opus alte
rius quale est sacramentum, sicut si minis
ter alterius praua intentione deferret pau
peribus eleemosinam.

Quaestio 65. De Numero Sacramentorum in 4 art. diuisa.

Ar. 1. Vm̄ Debeant esse septem sacramenta ecclesiae.

Et uidet q non q̄r una est uirtus diuina
et una passio Christi. hebr. 10 / 2. q̄r defec
tus peccati est duplex scilicet poena et cul
pa ergo sufficerent duo sacramenta / 3. q̄r
pertinent ad actiones ecclesiasticę hierar
chię. quę sunt tres scilicet purgare illu
minare et perficere. ergo sufficiunt tria sa
cramenta / 4 q̄r iuxta Augustinum. 19 cō
tra Faustum sacramenta noua sunt pau
ciora q̄z uętera. sed in uęteri lege non erat
sacramentum quod corresponderet confir
mationi et extremę unctioni. ergo non sunt
septem

UVA.BHSC

5.

5. qr luxuria non est grauius qz alia pecca
ta. ergo non debuit contra eum speciale
institui sacramentum)
Sed e conuerso videntur q, sint plura qz septē
qr sanctificationes in ecclesia fiunt etiam
sensibilibus signis aquę benedictę. et conse
cratione altarium ett) 2. qr in lege prę
ter ~~obla~~ sacrificia erant oblationes et decimę
sacramenta ut dicit Hugo de Sanct. Victore
ergo et in ecclesia prę ter sacrificium alta
ris ett. 3. qr contra originale peccatum est
baptismus. contra mortale poenitentia er
go prę ter septem deberet esse aliud specia
liter contra ueniale.
Dicendum q, sacramenta ordinantur contra de
fectus peccatorum. et ad perficiendum hominē
in cultu dei. et hoc uel in ordine ad seipsū
uel ad cōmunitatem. et ad seipsum qui
dem dupliciter scilicet uel ad acquiren
dum aliquem essendi gradum. uel ad re
mouendum impedimenta quę lędunt no
ciua et noxia. sic q, per baptismum rege
neramur, per confirmationem augemur
per eucharistiam nutrimur. Per poeni
tentiam (si ęgritudines incurrimus) sa
namur, per extremam unctionem co re
liquijs morborum liberamur, et conua
lescimus. In ordine autem ad cōmunita
tem sunt ordo et matrimonium. ordo qui
dem ad actus gubernationis spiritualis. et
matrimonium ad eosdem diuersimode
et ad propagationem naturę qr est etiam
in naturę officium, de quibus edocemur
ad Titum 3. Ioannis 6. Iacobi 5. hęb.
7. Colligunt etiam alij sacramentorum
numerum iuxta numerum septem vir
tutum scilicet fidei. spei. charitatis. pru
dentię. iustitię. temperantię. et fortitudinis

(ad similitudinē eorum quę in vi ta naturali con tingunt)

prę ter qz quod est in remedium

etiam

Ad

UVA.BHSC

Ad 1. Rr q idem agens principale utitur diversis instrumentis ad diversos effectus secundum congruentiam operum / Ad 2 ex dictis / Ad 3. q illę actiones sacramentis suo modo correspondent et accomodant / Ad 4 q in veteri lege confirmationi qr roborabat et extremę unctioni qr proxima erat preparatoria ad gloriam nullum sacramentum respondebat Ad 5. q contra concupiscentiam oportuit speciale sacramentum institui tum qr per eam non solum vitiat persona sed et natura tu propter vehementiam eius quę rationem absorbet

Ad 6. q illę non sunt sacramenta sed dispositiones diversimodę. / Ad 7. q oblationes et decimę in lege erant figuralia et sacramenta nunc autem non rem anserunt inquantum sunt figuralia / Ad 8. q ad peccata venialia quędam sacramentalia sufficiunt. licet quidam extremam unctionem contra ea institutam affirment. /

^ naturę et scripta

^ ideo

Ar. 2. Vm sacramenta conuenienter ordinent secundum modum Prędictum.

Videt q non qr prius est quod animale 1. cor. 15 ergo prius est matrimonium in quo est generatio naturalis q3 baptismus / 2 qr per sacramentum ordinis accipit aliquis potestatem agendi actiones sacramentales ergo est primum sacramentorum 3 qr nutrimentum est causa augmenti ergo precedit confirmationem / 4. qr poenitentia preparat ad eucharistiam ergo eam precedere debet / 5. qr extrema unctio est propinquior ultimo fini. ergo et ultimo loco ettq Sed contra est q communiter numerant ordine dicto

^ eucharistia

Di

UVA.BHSC

Dicendum q. ratio ordinis sacramentorum ex dictis constat. sicut enim unum est prius q3 multitudo. sic sacramenta quæ ordinantur ad unius personæ perfectionem. q3 quæ ad perfectionem multitudinis. et inter hæc primatrimonium post ordinem q. minus participat de ratione spiritualis vitæ.

Ad. 1. R. q. matrimonium secundum q. ordinat ad animalem vitam est naturæ officium. Ad. 2 q. priora sunt sacramenta quibus quis constituitur perfector aliorum. Ad. 3. q. nutrimentum et antecedit et sequitur augmentum ut conservans hominem in perfecta quantitate et virtute. et sic p. est præmitti confirmationi ut facit dionisius lib. eccl. Hierarch. vel postponi ut facit magister in 4. sent. Ad. 4. q. poenitentia supponitur eucharistiæ et præcedit eam per accidens ex suppositione peccati. non per se ut 2. paralypom. ultimo patet. Ad. 5. q. extrema unctio est ultima q. non inchoat sanationem sicut poenitentia sed conservat eam.

augmentum ut causa ipsius

Ar. 3. Vm sacramentum eucharistiæ sit Potissimum inter sacramenta?

Et videtur q. non q. bonum commune ad quod ordinatur matrimonium excellentius est q3 bonum proprium sumentis ad quod est eucharistia. 2. q. maiora videntur sacramenta quæ per maiores ministros conferuntur. qualia sunt confirmatio et ordo. 3. q. potiora videntur quæ imprimunt characterem tanq3 habentia maiorem virtutem

4°

UVA.BHSC

18 f. qr eucharistia ex Baptismo pendet. Si quidem nullus illam potest sumere nisi baptizatus: ergo potior est baptismus. Sed contra est Dionisius 3. cap. eccles. Hierarchiæ / Dicendum q. eucharistia simpliciter est omnium sacramentorum perfectissimum. Primo ex parte rei contentæ qr substantialiter continet ipsum gratiæ auctorem Christum dominum. alia vero quamdam eius participatam virtutem. Secundo. ex parte ordinis ipsorum sacramentorum quæ ad eucharistiam tanqz ad finem ordinantur. Tertio qr cætera in eucharistia consumantur nam ordinati communicant. et etiam baptizati si sint adulti. loquendo vero de reliquis sacramentis via necessitatis est potior baptismus. Via perfectionis ordo. medio modo se habens confirmatio. poenitentia vero et extrema unctio (quæ sunt inferioris gradus qr ex suppositione superuenientis delicti) sic se habent inter se se. q. poenitentia est maioris necessitatis et unctio maioris perfectionis habens se ad poenitentiam sicut confirmatio ad baptismum / Ad 1. Rr. q. matrimonium ordinat ad bonum comune corporaliter / Ad. 2 quod per ordinem et confirmationem deputant homines ad aliqua specialia officia quæ pertinent ad officium Principis. sed eucharistia est finis omnium officiorum et non deputantur fideles per eam ad aliquod officium / Ad. 3 q. dignius est sacramentum quod coniungit Christum homini qz quod imprimit characterem / Ad. 4 q. procedit de potioritate Necessitatis.

~~ex ritu ecclesiæ~~

nam et matrimonium saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, in quantum significat coniunctionem Christi et ecclesiæ cuius unitas per eucharistiam figurat

+ ex ritu ecclesiæ

~ Ar. 4. Vnomnia sacramenta ~ Sint de Necessitate Salutis.

UVA.BHSC

Et videtur q. sic. qr nullum est superfluum / 2. qr de eucharistia dicit Joan. 6 nisi manducaveritis carnem filij hominis non habebitis vitam in vobis. ergo tam necessaria est sicut baptismus / 3. qr sine baptismo in re nisi adsit contemptus potest quis salvari. cum contemptu vero cuiuslibet sacramenti nullus salvabitur. ergo omnia sunt eque necessaria.

Sed contra est q. pueri salvantur per solum baptismum sine alijs sacramentis.

Dicendum q. necessarium ad finem de quo nunc loquimur est dupliciter scilicet ad esse. vel ad melius esse. Primo modo sunt necessaria cuilibet homini duo sacramenta scilicet baptismus absolute. et poenitentia supposito peccato mortali post baptismum. et sacramentum ordinis toti ecclesie. Secundo autem modo sunt necessaria alia sacramenta.

Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. illud verbum domini intelligitur ut ait Augustinus de spirituali manducatione / Ad. 3. q. aliud est contemnere sacramentum. aliud non curare illud suscipere. nam primum est saluti contrarium. Secundum non alias omnes tenerentur ordinari aut nubere.

Quaestio. 66 De Sacramento Baptismi quantum ad ea quae ad ipsum pertinent in 12. articulos divisa.

Ar. 1. Vm Baptismus sit ipsa ablutio?

Et videtur q. non qr ablutio transit. baptismus autem permanet ergo potius est

UVA.BHSC

et regeneratio. sigillum custodia et il
luminatio ut dicit Damasc. in 4 libro //
2. qr Hugo de sanct. vict. dicit q, est aqua //
sanctificata per verbum dei / 3 qr Augusti
nus in Joannem dicit q accedit verbum ad
elementum et fit sacramentum. ablutio
autem non est elementum. sed ipsa aqua est elementum –
Sed contra est quod dicit eccli. 34. qui bap
tizat a mortuo et iterum tangit eum quid
proficit lavatio eius –
Dicendum q, in Baptismo sacramentum tan
tum est non aqua ipsa (ut innuit Hugo et
quidam dicere voluerunt) sed ablutio in qua
perficit sanctificatio. Character autem est
res et sacramentum simul. qr significat
per exteriorem ablutionem. et significat
interiorem sanctificationem per gratiam
que est res tantum sacramenti

in aqua enim non perficit sanctificatio. sed est in ea quedam instrumentalis virtus transiens et fluens sanctificationis –

Ad. 1. Rr q, Damascenus non definit baptis
mum prout est sacramentum tantum, sed
quantum ad rem et sacramentum, et rem
tantum sacramenti pertinet: et Dionisius
2. eccles. Hierarch. definit ipsum per ordi
nem ad alia sacramenta quorum est fundamen
tum. et per ordinem ad beatitudinem. et ad
principium vitae spiritualis quam causat –
Ad. 2. q, opinio Hugonis non est sequenda ni
si dicamus aquam esse materiale baptismi
principium / Ad. 3. q, accedente verbo ad
elementum fit sacramentum non in ipso ele
mento sed in homine cui adhibet elementum
per usum ablutionis. et hoc significat in ver
bo cum dicit ego te baptizo.

Ar. 2. Vm Baptismus fuerit institutus
Post christi passionem?

Et videt q, sic ~~qr sic~~ qr causa precedit effectum
et

UVA.BHSC

virtutem

Et sic passio sacramentorum et maxime baptismum. iuxta illud Rom. 6. quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in mortem ipsius baptizati sumus / 2. quia mandatum baptizandi datum est a Christo. Matt. ultimo post passionem. et resurrectionem / 3. quia ante passionem adhuc vigebat circuncisio. baptismus autem est maxime necessitatis

Sed contra est Augustinus in quodam serm. de epyphan. dicens quod ex quo Christus in aqua mergitur omnium abluit peccata.

Dicendum quod tunc instituitur aliquod sacramentum, quando accipit virtutem producendi suum effectum. Hoc autem in baptismo factum est cum Christus est baptizatus. Sed necessitas utendi hoc sacramento inducta est post passionem et resurrectionem. tum quia in passione terminata sunt figuralia tum quia per baptismum configuratur homo passioni et resurrectioni Christi.

Ad. 1. Rr quod etiam ante passionem baptismus habebat efficaciam a Christo et eius passione quam aliter ac vetera sacramenta prefigurabat

Ad. 2. quod Christus qui venit figuras impletas auferre noluit ante passionem homines pluribus figuris arctari. nec necessitatem baptismi imponere / Ad. 3. quod sacramenta non obligant nisi cum sub precepto ponuntur quod non fuit de baptismo ante passionem, quod enim dominus dixit Nicodemo Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua. et ps. 5. non potest introire in regnum dei. magis ad futurum respiciebat quam ad presens tempus.

Ar. 3. Vm aqua sit propria materia baptismi et videtur quod non quia secundum Dionisium

et

UVA.BHSC

et Damascenum habet uim illuminati
uam. ergo potius debet in igne fieri. ma
xime qr Baptista dixit de Christo ille uos
baptizabit in spiritu et igni / 2. qr etiam
vinum et oleum abluunt et alia similia /
3. qr baptismus (sicut et alia sacramenta)
fluxit de latere Christi. a quo exiuit aqua
et sanguis. at in sanguine ~~lauant stolae~~ et
(Apocal. 1) lauamur a peccatis / 4. qr ut
Augustinus et Beda dicunt Christus tactu
suae mundissimae carnis uim regenerati
uam contulit aquis. at non omnes aquae
continuant cum aqua Iordanis. ergo nō
omnis aqua est materia baptismi / 5. qr si
aqua secundum se esset materia baptismi
non egeret benedictione et exorcismis quae
in solemni baptizatione circa eam fiunt.
Sed contra est dominus Ioan. 3. nisi quis re
natus fuerit ex aqua et ss. n. p. intr. 1. r. dei
Dicendum q, ex institutione diuina aqua est
propria materia baptismi et congruenter
primo qr aqua generant et nutriunt plantae
et ut quidam dixerunt omnia viuentia. se
cundo quantum ad effectus aquae lauantis. re
frigerantis. et diaphanitate lumen recipi
entis. Tertio qr ut dicit Chrisostomus in a
qua submergimur consepelimur et rursus
sursum eleuamur et ascendimus. et quar
to qr ratione suae communitatis facile ubique in
uenit ad sacramentum maxime necessari
um. Ad. 1. Pr q, per ignem intelligit spiritus
sanctus. uel tribulatio. uel innuit ultima iu
dicij purgatio per ignem secundum Hilarium / Ad
2. q, illis communiter non utimur ad abluendum
Ad. 3. q, sanguini fluenti respondet eucharistia

Ad

secundum Chrisost

uel dicendum q, per ignem constitu
it quis in esse illu
minantis. per bap
tismum uero in esse
illuminati per fidem

UVA.BHSC

Ad. 4 q virtus Christi deriuata est ad omnē aquam, non ob continuitatem loci sed similitudinem speciei ut dicit August. in quodam serm. de epyphania) Ad. 5. q illę benedictiones non sunt de necessitate, sed solemnitate ad deuocionem fidelium excitandam et demonum potentiam coercendam)

Ar. 4 vm ad Baptismum requiratur aqua simpliciter -

Et uidet q non requirat aqua simplex qr aqua quę apud nos est non est pura. ut apparet pręcipue in aqua maris. ut constat ex lib. meteororum) 2. qr ei immiscet chrisma in solemni baptismo) 3. qr aqua fluens de latere Christi non fuit pura. qr in mixto non sunt elementa in actu) 4. qr in lexiuio. et in aquis sulphureis balneorum potest fieri baptismus) 5. qr. et in rosacea et alchimicis uidet posse fieri baptismus. sicut et in pluuialibus calore solis sursum genitis) Sed contra est q species aquę non est nisi in pura et simplici) Dicendum q in qualibet aqua qualitercunqz transmutata siue per artem siue per naturam, siue per mixtionem, siue per alterationem, dummodo non soluat species aquę potest fieri baptismus Ad. 1. Rr q ibi non soluit species aquę) Ad. 2 similiter) Ad. 3. q illa aqua non fuit humor flegmaticus. sed naturalis miraculose fluens a corpore mortuo) Ad. 4. q ibi est alteratio non mutans aquę speciem) Ad. 5. q illę aquę sunt licores resoluti, nec est simile de aquis pluuialibus. quę generant ex maiori parte ex resolutione vaporum eleuatorum ex aquis) Ar. 5. vm Hęc sit conueniens forma baptismi ego te b. in n. P. f. et ss.

UVA.BHSC

et

Et videtq; non qr minister solum est instrumentum. actus autem magis debet tribui principali agenti. qui est Christus. Ioan. 1. ergo inconuenienter minister dicit ego te baptizo / 2. qr simul et semel mandauit Christus baptizare et docere. ergo sicut qui docet actu non est q; dicat ego uos doceo sic neq; ego te baptizo / 3. qr surdus aut infans non percipit verba dicta ergo cum non sit effundendus sermo ubi non est auditus eccles. 32. ad illos baptizandos non erit illa forma conueniens / 4. qr contingit plures a pluribus baptizari ut constat act. 2. et 4. ergo tunc dicendum erit nos Vos baptizamus / 5. qr baptismus habet uirtutem a passione Christi et ab ea sanctificat. ergo in forma deberet de passione Christi fieri mentio / 6. qr tres sunt proprietates diuinarum personarum. ergo cum nomen designet proprietatem rei. deberet dici in nominibus / 7 qr persona patris significat etiam nomine genitoris. et innascibilis. et persona filij nomine verbi. geniti. et imaginis. et spiritus sanctus nomine amoris procedentis. et doni. ergo etc.

Sed contra habet Matth. ultimo ex verbis ipsius Christi domini.

Dicendum q; baptismus per suam formam consecrat. ut ait August lib. de unico baptismo. et habetur ephess. 5. mundans eam lauacro aquę in verbo uitę. ac proinde in ea debet fieri mentio causę principalis baptismi scilicet sanctę trinitatis. et etiam instrumentalis scilicet ministri exterius tradentis sacramentum. ut constat in verbis formę adductis / Ad 1. Rr ex dictis. gręci tamen in odium erroris quorumdam tribuentium virtutem baptismi ministro iuxta illud ego sum Pauli ego

Cephae

UVA.BHSC

Cephe. dicunt baptizet N. seruus Christi in / nom. P. et filij. et sp. s. et uerum conficiunt / sacramentum. Cy uero ego non est necessarium sed addit ad maiorem expresionem intentionis / Ad. 2. q. qr ablutio hominis in aqua ad multas actus fieri potest oportet determinet et exprimat ad quem assumit. dicendo baptizo uel baptizet iuxta decretalem Alexandri tertij / Ad. 3. q. verba informis et significant et efficiunt. et hoc secundo modo etiam ad res insensibiles dirigunt. et sic dicimus exorzizo te creatura salis etc / Ad. 4. q. plures simul non possunt eumdem baptizare. unus tamen potest baptizare plures dicendo ego uos baptizo. neq; idem seipsum baptizare poterit dicens ego me baptizo, ob quod dominus a Ioanne uoluit baptizari ut dicit extra de baptismo et eius effectu. c. debitum / Ad 5. q. passio Christi est etiam instrumentum respectu trinitatis / Ad. 6. q. est unum nomen essentiale. et uirtus una diuina / Ad. 7 q. solum in dictis nominibus quibus communius diuinæ personæ significantur ~~personæ~~ in illa lingua conficit sacramentum baptismi. sicut et de aqua dictum est.

Ar. 6. Vm in nomine Christi possit dari baptismus?

Et uidet. q. sic. qr actorum 8. dicit q. in nomine Christi baptizabant uiri et mulieres / 2. qr ut dicit Ambrosius in nomine Christi. et ipse unctus. et pater ungens. et spiritus quo unctus est designatur / 3. qr Nicholaus Papa ad consulta Bulgarorum respondit non esse rebaptizandos. qui in nomine trinitatis. aut in nomine Christi baptizati

UVA.BHSC

ti essent / Sed contra est Pelagius Papa ad Gaudentium Episcopum. et Didimus Lib. de spiritu sancto.

Dicendum q. cum sacramenta habeant efficaciam ab institutione Christi ~~et proinde~~ ~~cum~~ Christus instituerit sacramentum dicto modo cum inuocatione trinitatis dari si pretermittat aliquid efficacia carebit nisi ex speciali dispensatione ipsius, qui uirtutem suam non alligauit sacramentis. ».

Ad 1. Rr q. Apostoli ex speciali reuelatione in primitiua ecclesia in nomine Christi baptizabant ut tale nomen iudeis odiosum inter eos coalesceret / Ad 2 similiter Rr et q. Ambrosius reddit causam assignatam in argumento / Ad 3. q. Nicholaus dictum suum cõfirmat ex duobus premissis.

Ar. 7. Vm immersio in aqua sit de necessitate Baptismi?

Et uidet q. sic qr ephess. 4. una fides est et unum baptisma at multi immergendo baptizant / 2. qr apostolus Roman. 6. baptizatos consepultos cum Christo uocat. et Chrisost. Ioannis. 3. sicut in quodam sepulchro baptizatos submergi dicit. ut nouiter rursus ascendant / 3. qr alias sufficeret quamlibet partem corporis aqua perfundi uel aspergi. quod uidet inconueniens; qr originale peccatum contra quod est baptismus non est in una tantum corporis parte.

Sed contra est hebr. 10. aspersi corda. et abluti corpus aqua munda.

Dicendum q. aqua in baptismo assumit ad usum ablutionis. ablutio uero fieri potest per aspersionem et effusionem. ezech. 39. ef

fun

UVA.BHSC

fundam super uos aquam mundam. communius tamen et congruentius in baptismo fit per immersionem. nisi adsit aliqua necessitas. uel plurium baptizandorum. uel debilitatis baptizati aut baptizantis etc. Ad. 1. R. q. prędicta diuersitas per accidens se habet ad baptismum / Ad. 2 q. per immersionem expresius representatur sepultura Christi / Ad. 3. q. si omnia membra non possint ablui saltem caput ablui debet in quo vigent omnes sensus. nec oportet membra quę deseruiunt generationi aqua perfundi. qr per baptismum non tollitur transmissio originalis in prolem. in ueteri autem lege circuncisio in illa parte significabat etiam fidem Abrahę ut dicit Roman 4.

Ar. 8. Vm Trina immersio sit de necessitate Baptismi.

Et uidet q. sic qr Augustinus fer. de symbolo ad cathecum. ait q. trina immersio significat trinitatem. et triduum sepulturę. sed hęc significatio uidet omnino necessaria. ergo / 2 qr Pelagius ad gaudentium dicit q. de pręcepto domini in nomine trinitatis. et trina immersione est baptismus celebrandus / 3. qr si una sufficeret adhibitis alijs duabus essent duo uel tria baptismata / Sed contra est Gregorius scribens Leandro episcopo / Dicendum q. ad baptismum per se requiritur ablutio aquę quę unica immersione fieri potest. et sufficit (significat enim unicam dei essentiam et unicam Christi passionem) quamuis pro diuersitate temporum in ecclesia una uel trina inoleuerit immersio, quę nunc seruanda est. tamen trina

ut ex canonibus Apostolorum. Augustino. et Concilio Toletano constat

UVA.BHSC

Ad.

Ad 1. Rr q, similitudo agentis pertinet ad effectum secundum formam et non secundum materiam. triduum autem sepulturę non est de necessitate salutis nostrę satis enim superq; fuisset si una die mansisset in sepulchro / Ad 2. q. trina immersio ibi intelligit necessaria in suo simili in hoc scilicet q, dominus prę cepit baptizare in nomine Patris et filij et spiritus sancti / Ad 3. q. intentio ministri est in trina immersione unum conficere sacramentum.

Ar. 9. Vm baptismus possit iterari?

Sed videt q, sic qr peccata iterant. misericordia autem Christi transcendit Dominis culpam / 2. qr baptizati a Baptista (quo non surrexit maior inter natos mulierum) rebaptizabant ab Apostolis actorum 19. ergo a fortiori erunt rebaptizandi, qui ab hęretticis baptisma susceperunt / 3 qr in Niceno concilio statuit ~~ut~~ confugientes ad ecclesiam de Paulianistis et Catafrigis hęretticis rebaptizari debere ergo idem est de alijs hęretticis / 4. qr de quibusdam baptizatis dubitat an sint baptizati sed baptismus est omnino necessarius. ergo sunt rebaptizandi / 5. qr eucharistia quę perfectius sacramentum est iteratur. ergo et baptismus. Sed contra ephes. 4. una fides unum baptisma / Dicendum q, baptismus non iterat. Primo qr est quędam regeneratio spiritualis ad modum generationis naturalis quę semel fit. ut constat Joan. 3. Secundo qr in morte Christi (qui semel mortuus

UVA.BHSC

us est) baptizamur. vnde Hebr. 6. ubi Apostolus loquitur contra quosdam rebaptizare volentes. una christi mors unum baptisma consecrauit. Tertio quia imprimit characterem datum cum consecratione quę semel fit. quarto quia dat principaliter contra originale. quod non iterat ad quod alludit Apostolus Roman. 5. Ad. 1. R. q. poenitentia superueniente tollitur peccatum quod impediebat effectum baptismi / Ad. 2. cum August. Ioannis 1. q. non est similis ratio quia Ioannes dedit baptismum suum hęrethici autem aut homicidę dant baptismum Christi impolutum / Ad. 3. q. illi hęrethici non baptizabant in nomine trinitatis sicut nec bonosiani ut ait Pregnius scribens Quirino episcopo / Ad. 4 cum Alexandro Tertio in sua decretali q. illi sub conditione premissa sunt baptizandi quia non iudetur iterari quod nescit esse factum / Ad. 5. q. in eucharistia commemoratur mors Christi in quantum ipse Christus passus exhibet nobis quasi paschale conuiuium. 1. corint. 5. conuiuium uero et cibus iterabiles necessario sunt.

Ar. 10. Vm Ritus quo ecclesia utitur in Baptizando sit conueniens?

Videtur q. non quia ut Chrisost. ait aquę purgant peccata ex tactu dominicę carnis. qui contigit in die epyphanię. ergo in illo die congruentius quam in Paschę vigilia. et vigilia Pentecostes deberet solemniter dari baptismus / 2. quia inconuenienter adhibentur plures materię ad idem sacramentum ergo non debent baptizandi (preter ablutionem) in pectore et inter scapulas oleo. et in uertice chrismate inungi / 3°. in Christo Iesu non est

mas

UVA.BHSC

masculus et foemina barbarus et Scita. ergo multo minus diversitas vestium albę dum albis induunt baptizati / 4. qr sine eiusmodi observantijs posset valide conferri baptismus. ergo superfluunt.

Sed contra est q ecclesia regit a spiritu sancto / qui nihil inordinate operatur.

Dicendum q de necessitate baptismi sunt forma. minister. et usus materię scilicet ablutio in aqua. cętera vero quę in eius ritu observat ecclesia magis ad solemnitatem ipsius baptismi pertinent. propter tria. primo ad reverentiam et devotionem fidelium excitandam. Secundo ad eruditionem eorumdem ex sensibilibus. Tertio ad cohibendam vim dęmonum / Ad. 1. Rr q dominus illo die non suo sed Ioannis baptismo baptizatus est. alijs vero duobus diebus congruenter dat baptismus Christi qr recolit memoria dominicę sepulturę et resurrectionis in vigilia Paschę. et spiritus sancti in vigilia Pentecostes quo die tria millia baptizati sunt / Ad. 2. q illę unctiones non sunt de necessitate. sed ad mistice significandam pugilum unctionem robur in scapulis. sapientiam et munditiam in pectore. et regnum Christi in capitis unctione. ut Ambrosius. Innocentius et Rabanus docent. / Ad. 3. q vestis alba est in signum glorię. et puritatem vitę. Rom. 6 / Ad 4. q non sunt superflua. sed ad bene esse sacramenti ut dictum est.

et novitatem.

Ar. 11. Vm conuenienter describant Tria baptismata? — //

Scilicet aquę sanguinis. et flaminis?

Et videt q non qr una est fides et unum baptisma ut dicit ephess. 4 / 2 qr est unicum sacramen

UVA.BHSC

mentum / 3. qr damascenus 4 libro alia plura cõmemorat / Sed contra est glossa hebr 6. in illud baptismatum doctrinę.
Dicendum q cum baptismus habeat efficaciã a passione Christi. et ab spiritu sancto. et [redacted] virtus eiusmodi causarum supergrediatur et excedit ipsum baptismum potest ipsius effectum sine baptismo producere et ipsius vicem supplere ut Augustinus docet lib. 4. de unico baptismo parvulorum. et cyprianus etiam. ac proinde in sanguine pro Christo fuso. et in poenitentia a spiritu sancto procedente vices baptismi supplent. ut Apocal. 6. et Isai 4 constat. et sic tria consueverunt baptismata enumerari scilicet aquę sanguinis. et flaminis sive spiritus sancti.
Ad. 1. Dr. q illa dico in baptismo aquę includunt / Ad. 2. q alia duo conveniunt cum baptismo aquę in effectu non in ratione signi. et ideo non sunt sacramenta / Ad. 3. q damascenus ponit quędam sacramenta figuralia ut diluvium a quo liberati sunt in arca. 1. Petr 3. et transitum maris rubri. 1. corinth. 10. et diversas ponit veteris legis ablutiones. et baptismum Ioannis.

Ar. 12. Vm Baptismus sanguinis sit potissimus inter alia Baptismata?

Et videt q non imprimit characterem sicut baptismus aquę / 2. qr sine baptismo flaminis sive charitatis nihil valet ut habet. 1. corint. 13. at baptismus flaminis sine baptismo sanguinis efficaciam habet / 3. qr baptismus sanguinis sicut et aquę habet efficaciam a passione Christi passio vero Christi ab spiritu sancto. hebr 9. ergo baptismus flaminis

UVA.BHSC

914

potior est. Sed contra est Augustinus ad Fortunatum loquens de comparatione baptismatum / Dicendum q, cum virtus passionis Christi et spiritus sancti excellentius et efficacius operent in baptismo sanguinis (qr passio per imitationem operis et spiritus sanctus per potissimum dilectionis affectum ut habet Joannis 15) potior inter baptismata est baptismus sanguinis. Ad 1. Rr q, character est res et sacramentū non autem excedit baptismus sanguinis in esse sacramenti, sed quantum ad effectum / Ad 2. q, qr baptismus sanguinis includit baptismum flaminis. et non econverso. ideo probatur perfectior / Ad 3. q, baptismus sanguinis preeminet non solum ex parte passionis Christi sed et spiritus sancti.

Quaestio. 67. De ministris per quos traditur sacramentum baptismi. in. 8. articulos divisa.

Ar. 1 Vm ad officium diaconi pertineat Baptizare?

Et videt q, sic qr Matth. ultimo simul et semel imponit officium predicandi et baptizandi, sed diaconis convenit ex officio predicare. ergo et baptizare / 2. qr iuxta Dionisium. 5. cap. eccles. Hierarchie. purgare pertinet ad diaconum. hoc autem fit per baptismum. ephes. 5 / 3. qr de beato Laurentio diacono legit q, plurimos baptizabat / Sed contra est Gelasius Papa. 93. distinctione Dicendum cum dionisio q, proprietates officiorum ex ipsis nominibus cognoscunt. diaco-

nes

UVA.BHSC

nes uero dicunt ministri scilicet sacerdotum in baptismo. Chrismate Patena et calice ut ait isidorus, ac proinde baptizare nō conueniteis ex officio.

Ad. 1. Rr q ad diaconum pertinet recitare euangelium et exponere illud per modum cathezizantis. sed non per modum prędicantis solemniter qr hoc ad episcopum pertinet cuius proprius actus est perficere. iuxta dionis. 5. cap. eccl. Hierarchię / Ad. 2 q baptismus purgat et illuminat. ad diaconum uero solum purgare pertinet dyponendo hos. repellendo illos / Ad. 3. q procedit necessitate urgente.

Ar. 2. vm baptizare pertineat ad officium presbiterorum.

et iudet q ad solos episcopos quorum est perficere siue docere qr simul matth. ultimo iniungit preceptum baptizandi. et docendi / 2 qr per baptismum annumerat quis populo Christiano. quod iudet pertinere ad solos Principes scilicet episcopos iuxta illud ps. almi constitues eos Principes sup. om. terrā. 3. qr secundum isidorum ad episcopum pertinet basilicarum consecratio. unctio altaris. et confectio Chrismatis. ordines ecclesiasticos distribuere. et virgines benedicere. sed maius his est baptizare. ergo / Sed contra est isidorus lib. de officijs / Dicendum q sacerdotes ad hoc principaliter consecrant ut eucharistiam conficiant quę est sacramentum ecclesiasticę unitatis. 1. cor. 10. per baptismum autem fit quis particeps ecclesiasticę unitatis. ac proinde ad proprium eius officium etiam pertinet baptizare.

Ad. 1. Rr q officium baptizandi commissit deus Apostolis uel per se. uel per alios exercendum. non

sic.

et purgantis

siue docere

UVA.BHSC

sic officium docendi. Unde .1. Corint. 1. dicit Apostolus non misit me Christus baptizare sed euangelizare. in cuius etiam signum ne quipse dominus baptizauit. ut habet Joan. 4 Ad. 2. q. ut constat exod. 18. maiora maioribus committunt. et minora minoribus quale est baptizare ad sacerdotes spectans / Ad. 3. q. baptissimus potissimus est necessitate non dignitate ut dictum est.

Principibus

Ar. 3. Vm laicus possit baptizare?

Et uidet q. non qr est actus sacerdotis / 2. qr cathezizare et aquam baptismi benedicere et alia sacramentalia quae minoris momenti sunt facere non potest laicus / 3. qr laicus non potest sacramentaliter absoluere quamuis etiam poenitentia sit de necessitate salutis / Sed contra est quod Gelasius Papa et Isidorus dicunt si necessitas immineat.) Dicendum q. admisericordiam dei qui uult homines omnes saluos fieri pertinet de materia baptismi tam paruulis qz adultis necessarij scilicet aqua facillime habenda prouidere. et de ministro etiam laico in casu necessitatis. Ad 1. R. q. sacerdos est necessarius ad solemnitatem non ad necessitatem baptismi. extra quam peccabit laicus baptizans sed erit uerus baptismus / Ad 2. q. illa solemnia baptismi nequeunt a laico fieri / Ad. 3. q. poenitentia non sic est necessaria sicut baptismus qr potest suppleri defectus sacerdotalis absolutionis per contritionem.

Ar 4. Vm mulier possit baptizare?

Et uidet q. non qr ut statuit in concilio carta

gi-

UVA.BHSC

ginensi. et habet .1. corint. 14 ~~mulieri~~ mulieri non permittit publice ~~viros~~ in ecclesia loqui aut baptizare / 2. qr baptizare pertinet ad officium prelationis quod mulieribus interdicitur .1. Timoth. 2 / 3° qr aqua in spirituali regeneratione videt habere locum materni uteri ut dicit Augustinus Ioannis. 3. ille autem qui baptizat videt magis habere patris officium quod mulieri competere non potest.

Sed contra est Urbanus Papa. 30. q. 3. loquens in casu necessitatis

Dicendum q, qui principaliter baptizat Christus est. Ioannis. 1. apud quem non est masculus nec foemina ut dicit coloss. 3. ac proinde foemina sicut minister Christi potest baptizare. non tamen debet id facere si adsit copia viri (qui est caput eius) neqs laicus presente clerico, neqs clericus presente sacerdote. quamvis sacerdos possit presente episcopo. qr ei ex officio convenit —

Ad. 1. Rr q mulier non publice sed in necessitatis articulo permittit baptizare. et sic docere / Ad. 2. q procedit de solemni et publico baptismo / Ad. 3. q in regeneratione spirituali baptismi vir aut foemina solum se habent instrumentaliter quod non impedit etc. Si tamen mulier extra casum necessitatis baptizaret non esset rebaptizandum quamvis ipsa peccaret. et ei cooperantes adiuvando. inducendo aut baptismum recipiendo

Ar. 5 Vm non baptizatus possit sacramentum Baptismi conferre?

Videtq, non. qr nemo dat quod non habet / 2. qr non est minister ecclesie / 3. qr non potest

UVA.BHSC

test alia sacramenta suscipere, sed magis est ministrare ergo / Sed contra est Isidorus etiam Paganum posse baptizare affirmans Dicendum q. hanc quæstionem tactam et insolutam reliquit Augustinus lib. 2 contra Parmenianum. Sed postea pars affirmativa ab ecclesia determinata est ut constat per Nicholaum de consecratione distinct. 4 ad consulta Bulgarorum respondentem. et idem affirmat Gregorius secundus Bonifacio episcopo scribens. quod intelligendum est. si servet forma ecclesiæ. quoniam sicut ad tam necessarium sacramentum ex parte materiæ sufficit quævis aqua naturalis communiter occurrens. sic ex parte ministri quivis homo. taliter q. duo non baptizati in necessitate possent se invicem baptizare dummodo unus alterum prius baptizet. peccarent tamen extra necessitatem id faciendo taliter q. licet sacramentum susciperent non tamen sacramenti effectu. Ad 1. R. q. baptismus ut ait Nicholaus non est illorum baptizantium sed Christi / Ad 2. q. faciunt ut ministri ~~non re sed~~ intentione et formam ecclesiæ servantes. qui virtutem suam non alligavit ministris sicut nec sacramentis / Ad 3. q. hoc concedit non in alijs sed in baptismo qr est maioris necessitatis.

cap. 3. a quodam Iudæo.

Christi

quamvis re et sacramento nondum ad ecclesiam pertineant

Ar. 6. Vm Plures possint simul unum baptizare?

Videtur q. sic qr in multitudine includitur unum / 2. qr difficilius est q. unum agat in plura qz e converso. sed unus potest plures

UVA.BHSC

res baptizare. ergo / 3. qr instante extre-
ma necessitate baptizandi puerum presē-
tibus tantummodo muto, et altero braquij-
is truncato. videt q alter posset puerum
abluere et alter verba proferre /

duoly altero

Sed contra est q unius agentis una est actio
sic autem essent plura baptismata contra
illud ephess. 4 una fides unum baptisma

qr baptismus pręcipue habet uirtutem ex forma quam Apostolus nominat verbū uitæ ephess. 5 -

Dicendum q quibusdam visum est non esse
baptismum si duo aut plures dicerent nos te
baptizamus qr ut dicunt non seruat forma
ecclesię. sed certe minus conuenit cum forma
nostri baptismi forma grę corum dicentium
baptizet seruus Christi. qui tamen uerum
baptisma conferunt. quoniam ergo oportet
unum esse ministrum sicut et unum est princi-
pale agens scilicet deus iuxta illud ephess. 4
unus dominus una fides unum baptisma
et ~~cum~~ si dicerent nos te baptizamus insinuaret
et multiplex intentio / Si tamen uterq di-
ceret ego te baptizo uterq suam exprimeret
intentionem. et tunc qui prius verba pro-
ferret sacramentum conficeret et alter ni-
hil faceret. quin immo si verba proferret
esset puniendus sicut rebaptizator. q si si-
mul verba proferrent et abluerent essent
puniendi de inordinato modo baptizandi
sed non de iteratione baptismi / Ad. 1. Rr
q id quod potest unus possunt et plures quā-
do agunt propria uirtute ut intrahentibus
nauem etc. Ad. 2. q in necessitate unus
posset plures baptizare dicens ego uos baptizo
nam et Matth. ultimo dicit ~~ego uos baptizo~~
baptizantes eos. neq est simile de baptizan-
te et baptizato qr plures per baptismum effi-
unt unum in Christo / Ad. 3. q in illo casu
nulla

non baptizarent /

UVA.BHSC

nulla forma verborum poterit esse conueni-
ens scilicet neq; ego te baptizo. neq; nos
te baptizamus. cum neuter baptizet ut cons-
tat. Ar. 7. vm in Baptismo requirat
aliquis qui baptizatum leuet de sacro
Fonte?
Et videt q non q Christum in baptismo no
legimus q quis de aqua leuauerit. immo
Matth 3. dicit baptizatus statim ascendit
de aqua / 2 q in generatione naturali
sufficit principium actiuum scilicet pater
et passiuum scilicet mater. ergo et in bap-
tismo sufficit minister et aqua ut dictum est.
3 q cum baptizat adulti, qui seipsos suf-
ficientissime sustentare possunt de riso-
rium uidet q leuantem habeant.
Sed contra est auctoritas dionisij .2. cap. eccles
Hierarchiae. Dicendum q sicut in genera-
tione carnali infans recenter natus nutrice
et pedagogo indiget ad sui debitam educa-
tionem. sic et in regeneratione spirituali
baptizati egent duce et pedagogo specialem
curam eorum gerente preter communem
qua Prelati in commune bonum occupantur.
Ad .1. Rr q Christus non est baptizatus ut
regeneraret sed ut alios regeneraret / Ad 2
Ad .2. q quamuis non ad necessitatem ad
facilem tamen partum. et infantis conueni-
entem educationem in generatione carna-
li requirit obstetrix. nutrix et pedagogus.
Ad .3. q susceptio de fonte non fit ob imbecil-
litatem naturalem baptizati, sed ob spiritua-
lem Ar. 8. vm qui aliquem leuat
de sacro fonte teneat ad eius instructionem
et

UVA.BHSC

Et videt q non qr sæpe simplices et non instructi admittuntur ad levandum de sacro fonte. / 2. qr melius potest instruere filium proprius pater qui tamen prohibet levare eum de fonte. 30. q. 1. pervenit, et dictum est / 3 qr plures melius instruerent. et tamen unus tantum permittit levare sive vir sive mulier iuxta decreta Leonis Papæ.

Sed contra est Augustinus in serm quodam paschali / Dicendum q cum levans baptizatum de fonte officium Pedagogi assumat tenet illum instruere si resciverit parentes in eo munere deficere. aut alias baptizatum instructione indigere ~

Ad. 1. Rr cum Dionisio q ubi immineret periculum oporteret levantem doctum esse in divinis. sed inter fideles necessarijs communiter omnes edocent. et sic simplices ~~[illegible]~~ ad levandum admittunt dummodo sint baptizati. / Ad. 2 q alia est instructio carnalis a spirituali. et sic instructores alij. nisi necessitas aliud exigant / Ad. 3. q ne sit confusio unus tantum ut principalis admittendus est alij tamen possunt admitti ut eo adiutores ~

Quæstio. 68. De suscipientibus baptismum. in. 12 articulos divisa.

Ar. 1. Vm omnes teneant ad susceptionem baptismi?

Et videt q non qr ante Christum non tenebant. sed Christus non arctavit viam salutis / 2. qr baptizati iam carent originali: ergo filij baptizatorum ~~qui~~ non sunt baptizandi. qr non videt quomodo a non habentibus originale ~~[illegible]~~ contrahant illud / 3. qr sanctificati in

(contra quod instituit baptismus)

UVA.BHSC

In utero (cum non egeant sanctificatione ad quam ordinat baptismus) non est q. baptizent / Sed contra omnino habet Joannis 3. nisi quis renatus fuerit ex aq. et ss.o / et in lib. de eccless. dogmatibus. ||

Dicendum q. cum in baptismo homo regeneret et ut membrum uniat Christo galat. 3. (quod omnino ad salutem necessarium est ut dicit Roman. 5) fit consequens ut omnes ad baptismi susceptionem teneant. ||

Ad 1. R. q. licet non omni tempore fuerit necessarius baptismus fuit tamen semper fides Christi necessaria ad incorporandum homines cum ipso vel per signum circumcisionis in lege vel per oblationes et sacrificia ante legem Christum prefigurantia ut gregorius ait / Ad 2. q. homo non generat generatione carnali secundum spiritum. illi autem qui baptizant renouantur per baptismum secundum spiritum corpus de non remanet subiectum uetustati peccati Rom 8. unde Augustinus contra Julianum dicit q. non baptizatur in homine quidquid in eo est / Ad 3. q. illi indigent charactere baptismi ut per illum alijs Christi membris conforment. ||

Ar. 2 Vm sine Baptismo quis possit salui videt q. non q. ut dicit Matth. 3. sine Cuari baptismo nullus potest intrare regnum dei / 2.o q. in lib. de eccles. dogmatibus dicit q. cathecumenus etiam in bonis operibus defunctus non saluat. ergo multo minus alij sine baptismo saluabunt / 3. q. est necessarius ut supradictum est ergo sine eo salus esse non potest. id enim dicit necessarium in 5. metaph. / Sed contra est Augustinus superleuit asserens q. inuisibilis sanctificatio quibusdam adfuit et profuit sine uisibilibus sacramentis. / Dicendum q. baptismus sic alij

cui

UVA.BHSC

cui desit re et uoto non potest consequi sa-
lutem hoc enim in adultis ad contemptum
baptismi pertinet. Si tamen desit re, sed nō
desiderio, poterit quis sine actuali baptis-
mo saluari (si in aliquo casu antequam ad eum
peruenire possit morte preueniatur) prop-
ter desiderium baptismi quod procedit ex
fide per dilectionem operante, ut de Vale-
tiniano refert Ambrosius.
Ad. 1. Rr ex. 1. Reg. 16. q. deus intuet corpu-
mentaliter et si non sacramentaliter ejuni-
ri potest sicut et Rom. 2. dicit Apostolus /
Ad. 2. q. illud intelligit de ingressu in ipsam
fruitionem glorię quatenus cathecumenus
indiget purgatorio. qr tota poena peccatis de-
bita sine actuali baptismo, aut martirio nō
solet condonari. et sic saluabit quasi per ignē
ut dicit. 1. corint. 3 / Ad. 3. q. uoluntas baptis-
mi iuxta dicta a deo solet pro facto reputari
Ar. 3 Vm Baptismus sit differendus?
Et uidet omnino q. sic. qr Leo papa secundū
Pontificia statuta solum duo tempora ad bap-
tizandum prefigit scilicet Paschae et Pente-
costes / 2 qr in concilio Agathensi Iudęis ad
fidem conuersis statuit tempus noctem mē-
sium quo inter fideles cōmorent antequam bap-
tismum suscipiant / 3. qr Isai. 27. dicitur q.
omnis fructus est ut auferat peccatum, ma-
gis autem aufert si differat baptismus
tum qr peccata post baptismum cōmissa sunt
grauiora. tum qr baptismus tollit omnia pec-
cata preterita non autem futura / Sed con-
tra dicit eccle. 5. non tardes conuerti ad domi-
num. nec differas de die in diem / Dicendum
q. paruulis non est differendus baptismus adul-
tis.

^hebr 10 /

UVA.BHSC

tis uero sic. Primo ad cautelam ecclesie ut || spiritus eorum probet. 1. Ioannis. 4. ne ad ad irrisionem faciant. Secundo ad maiorem utilitatem et instructionem ipsorum qui baptizandi sunt. Tertio ad reuerentiam sacramenti. Si tamen apparerent sufficienter instructi. ut in eunucho Regine Candacis constat actorum 8. aut immineret periculum ut act. 10 statim adulti essent etiam baptizandi. Si quis morte superueniente differret baptizari usque ad duo dicta signata tempora saluaret ex desiderio baptismum supplente. illud tamen esset quasi per ignem ut dictum est.

Ad. 1m. et 2. Rr ex dictis / Ad 3. q. per baptismum etiam fulcit homo contra peccata futura et impedit ea –

Ar. 4 Vm Peccatores sint baptizandi.

Et uidet q. sic qr Zach. 13. dicit q. erit in illa die fons patens domui dauid. et habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris et menstruate / 2. qr Matth. 9 dicit dominus q. male habentibus est opus medico. et ex consequenti medicina baptismi / 3. qr ex ipso charactere baptismali adiuuantur peccatores ad gratiam /

Sed contra est Augustinus dicens. qui creauit te sine te. non iustificabit te sine te scilicet cooperante ad gratiam et odiente peccatum / Dicendum q. Peccator dicit dupliciter uno modo propter maculam et reatum preteritum. et huic non est denegandus baptismus. Alio modo dicit peccator qr habet uoluta-

/ per quem macule mundant ephes. 5.

UVA.BHSC

tatem et propositum peccandi. et talis non est baptizandus. qr sic non potest christo incorporari quod est baptismus galat. 3 tum qr frustra adhiberet baptismus eius effectui repugnanti / tum qr ibi esset falsitas dum qui se abluendum prebet sed dispositum ad lauandum ostendit. quę 2. cor 6. innuit Apostolus. et docet Augustinus in lib. de poenitentia.

Ad. 1. Rr q. locus intelligit de peccatoribus uolentibus recedere a peccato / Ad. 2 q. sacramentum est sicut exterior medicina quę non adhibet nisi in recipiente aliquis uitalis motus appareat / Ad. 3 q. baptismus ~~qui~~ est fidei sacramentum quę si sit informis non sufficit ad salutem neq ipsa est fundamentum sed sola fides formata ut dicit August. lib de fide et operibus. nec baptismus salutem conferre potest cum uoluntate peccandi quę fidei formam excludit. sed neq taliter affectus est per characterem baptismalem ad gratiam disponendus ut Damascenus ait.

Ar. 5. Vm Peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria

et uidet q. sic qr ad iustitiam dei pertinet ut pro quouis peccato quiuis puniat eccli. ultimo / 2 qr per satisfactoria opera baptizati exercent in operibus iustitię et subtrahunt occasiones peccandi nouiter conuersis. ergo / 3. qr nuper baptizatis imponendum est ut proximis lęssis satisfaciant ergo et deo / Sed contra est Ambrosius super illud Roman. 11. sine poenitentia sunt dona et uocatio dei —

Dicen —

UVA.BHSC

Dicendum ut supra q. per baptismum incorporamur morti Christi et consepelimur ei. ut dicit Roman. 6. ac proinde iniuria fieret passioni Christi si recenter baptizatis satisfactoriae poenae imponerentur. Ad. 1. Rr cum Augustino lib. de baptismo parvulorum q. per baptismum incorporamur Christo ut membra eius specialiter. et Isaias 53. dicit langores nostros ipse portavit / Ad. 2. q. tales non per opera satisfactoria difficilia. sed sicut ablactatus super matre sua sunt facilibus assuefaciendi ut dicit glossa. Et sic dominus discipulos suos de novo conversos a ieiunio excusavit Matth. 9. et hoc dicit 1. Petri. 2. quasi modo geniti infantes lac concupiscite / Ad. 3. q. satisfacere laesis est cessare a peccando. qr hoc ipsum quod est detinere aliena et proximum laesum non placare est peccatum. nec ob id est nuper baptizatis imponendum ut aliquam poenam patiantur.

quae sufficientissima est Ioan. 2

Ar. 6 Vm Peccatores ad baptismum accedentes teneant sua peccata confi

Et videt q. sic. qr Matth. 3 dicit q. a / Ceteri Ioanne baptizabant multi confitentes peccata sua, sed dignior est baptismus Christi ergo / 2. qr proverb. 28 dicit q. qui confessus fuerit peccata sua misericordiam consequet / 3. qr poenitentia (cuius pars est confessio praemittit baptismo iuxta illud actorum 2. poenitentiam agite et baptizet unus quisque vestrum /

Sed contra est q. ut dicit Augustinus lib. de poenitentia debet fieri cum fletu at secundum Ambrosium baptismi gratia lamenta non

re

UVA.BHSC

requirit / Dicendum q ante baptismum requirit poenitentia interior qua quis recogitans peccata sua de eis doleat. non tamen exterior quae fit sacerdoti quoniam haec respicit personam ministri. et tendit ad opera satisfactoria imponenda. et in se ipsa poenalis est ob verecundiam confitentis. Si quis tamen ex devotione ante baptismum sacerdoti voluerit confiteri audiendus erit ad hoc ut assuefiat talibus actibus contra peccata. sed non ut ei aliqua satisfactio imponat. / Ad 1. Rr q in baptismo Joannis non remittebant peccata sed erat baptismus poenitentiae et sic confitebantur illa. ut iuxta qualitatem eorum, eis poenitentia determinaret / Ad 2. ex dictis et Rr q sufficit exterior poenitentia generalis, non autem requiritur q fiat per sacerdotem / Ad 3. q sufficit interior poenitentiae virtus nec requiritur poenitentia sacramentalis.

Ar. 7 vm ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi baptismum?

Et videtur q non quia est patiens. intentio autem requiritur in agente. / 2. quia cum nunquam constet de interiori intentione suscipientis semper videretur iterandus baptismus / 3. quia originale peccatum, contra quod est baptismus. contrahitur sine intentione nascentis / sed contra est ritus ecclesiae quo baptizandi interrogati. respondent se baptismum petere ab ea.

Dicendum q in baptismo morimur vitae veteri peccati et incipimus novam gratiae. Roman. 6 ad quorum primum teste Augustino requiritur in habentibus usum liberi arbitrij dolor praeteritae vitae. et ad secundum novae vitae intentio Ad 1. Rr q ibi non est passio coacta. sed voluntaria Ad 2. q si constaret intentionem defuisse esset re

UVA.BHSC

rebaptizandus. vel sub conditione in dubio) Ad 3. q. baptismus ordinat etiam contra peccata actualia.

Ar. 8. Vm Fides requirat ex parte Baptizati.

Et videt q. sic. qr. Matth. ultimo pro forma baptismi ponit. quod qui credidit et baptizatus fuerit saluus erit / 2. qr. qui ad baptismum accedens de fide interroga t dicendo credis in deum patrem etc. / 3. qr. ad baptismum requirit intentio baptizati, quod non potest esse sine recta fide cum baptismus sit rectæ fidei sacramentum. ut ait Augustinus. lib. de baptismo paruulorum / 4. qr. permanentes in peccato non sunt baptizandi. ergo neq; permanentes in infidelitate. quæ grauissimum peccatum est) Sed contra est. Gregorius scribens Quirino episcopo asserens rectam fidem ad baptismum non requiri. cum scilicet hæretici in nomine sanctæ trinitatis baptizantur. Dicendum q. ad ultimum effectum baptismi scilicet gratiam fides recta requirit. Sed ad effectum qui est character sicut in baptizante non requirit recta fides sic nec in baptizato. ut innuit Rom. 3.

Ad. 1. Rr q. dominus loquit quantum ad ultimum effectum baptismi. et sic addit q. saluus erit / Ad. 2 cum Augustino q. ecclesiæ intentio est omnes baptizare ut emundent a peccato ad quod requirit recta fides quam ipsa exquirit a baptizatis dum interrogat eos an credant / Ad. 3. q. non habens rectam fidem circa alios articulos potest illam habere circa baptismum si tamen et circa hoc sacramentum non recte sentiat suf

fecit

UVA.BHSC

ficit generalis intentio ad perfectionem sacramenti. qua intendat suscipere baptismū sicut Christus instituit. et sicut ecclesia tradit / Ad. 4. q. ~~permanenti in quo in mortali peccato~~ sicut ~~et~~ nolenti recedere ab alijs peccatis non est conferendus baptismus sic neq; permanenti in infidelitate, uterq; tamen suscipit sacramentum si ei conferat ut dictum est licet non ad salutem —

Ar. 9. vm̄ Pueri sint baptizandi?

Et videt q. non. qr intentionem habere non possunt / 2 qr fidem habere non possunt neq; fides parentum cum infideles sint ipsis suffragari potest / 3. qr non possunt habere bonę conscientię interrogationem in deum secundum quam saluos facit baptisma, ut dicit 1. Petri. 3.

Sed contra est Dionisius. cap. ultimo. Ecclesiae Hierarchię.

Dicendum q. cum gratia per Iesum Christū magis q3 culpa superabundauerit Adę. ut dicit Roman. 5. cumq; pueri obnoxij nascant originali peccato per gratiam regenerationis baptismi renasci debent. ut habet Ioannis. 3. ut et per hoc a pueritia nutriti in his quę sunt christianę uitę firmius in ea perseuerent. iuxta sententiam prov. 22 adolescens iuxta uiam suam etc. et hanc rationem assignat Dionis. cap. ultimo cęlestis Hierarchię / Ad. 1 Rr q. pueri (sicut in uteris maternis per ~~[illegible]~~ nutrimentum matris sustentant. sic et in utero ecclesię et per eam uelle. et intentionem habere dicunt. ut dicit August. lib. de peccat. meritis et remissione / Ad. 2. cum Augustino

ad

UVA.BHSC

ad Bonifacium q. fides ecclesiæ et societatis sanctorum pueris applicat et prodest (etiamsi parentes et tenentes infideles sint) nec mirum siquidem peccato Protoplasti etiam inquinantur ad culpam / Ad. 3. q. pueri sicut per alios credunt sic et per alios interrogantur. consequuntur autem conscientiam bonam in seipsis per gratiam iustificantem.

et respondent.

non actu sed habitu.

Ar. 10 Vm Pueri Iudæorum uel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.

Et uidetur q. sic qr inuitis parentibus esset illis succurrendum contra periculum mortis temporalis / 2. qr Iudæi et infideles sunt serui Regum et Principum ergo eorum filij ipsis inuitis possunt a Principibus baptizari / 3. qr tales filij sunt magis dei qz parentum carnalium, ergo ab eis possunt auferri. ut domino consecrentur. Sed contra habetur in decretis 45. distinctione ex concilio Toletano.

Dicendum q. filij Iudæorum aut aliorum infidelium si usu rationis careant non sunt inuitis parentibus baptizandi. qr esset contra iustitiam naturalem, qua eorum gubernationi subduntur. et uergeret in christianæ religionis detrimentum dum ad parentum dogmata de facili redirent propter naturalem affectionem ad eos.

sicut si quis habens usum rationis baptizaretur inuitus.

Ad. 1. R. q. neqz a morte corporali est quis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis / Ad. 2. q. illa seruitus est ciuilis, quæ non excludit ordinem iuris naturalis, uel diuini / Ad. 3. q. pueri quandiu propria ratione carent ordinantur natu-

UVA.BHSC

turali ordine per rationem parentum per quos in divina sunt dirigendi.

Ar. 11. Vm Pueri in maternis uteris positi sint baptizandi.

et videt q sic qr ut dicit Rom. 5. efficacior est gratia Christi q3 peccatum Adæ. sed propter originale damnant in maternis uteris. ergo / 2. qr puer in utero est aliquid matris. ergo si mater baptizet censebitur et puer baptizatus / 3 qr cum mors æterna peior sit et magis fugienda q3 corporalis si puer in utero matris baptizari non potest. poterit uterus rumpi et cum morte matris puer baptizari / 4. qr quando cum periculo nascit infans. egrediente aliqua corporis parte in ipsa saltem poterit baptizari. ut in partu Thamar contigit genes. 38

Sed contra est Augustinus in epistola ad Dardanum dicens. q nemo renascit nisi prius nascat.

Dicendum q cum pueri in uteris maternis ablui non possint (quantumuis abluant matres) quorum animæ distinctæ omnino sunt ab animabus matrum. Nō possunt in earum uteris baptizari. ut pōderat Augustinus contra Iulianum

Ad. 1. Rr q in uteris non possunt subiici actioni humanæ. bene tamen actioni dei apud quem vivunt ut interius sanctificent privilegio gratiæ /

Ad. 2. q membra matris sunt aliquid eius per continuationem. puer autem per quamdam colligationem / Ad. 3. q non sunt facienda

UVA.BHSC

da mala ut eueniant bona ut dicit Rom. 3. et sic nec mater antequam moriat aperienda ut baptizet uiuus infans. / Ad. 4 q. in necessitate si caput egrediatur baptizanda est proles. nec postquam nata fuerit rebaptizanda est. et idem faciendum quauis corporis parte egrediente. in hoc tamen casu iudet quibusdam postquam fuerit nata, est sub conditione baptizanda proles.

qr in capite vigent omnes sensus et fundantur in eo -

Ar. 12 vm furiosi et amentes debeant baptizari?

Et iudet q. non qr non possunt habere ordinatam et requisitam intentionem / 2 qr bruta non baptizant ex eo q. ratione carent ergo neque amentes, maxime qr in multis rationis usus neque est neque speratur / 3. qr nõ dat dormientibus in quibus minus ligatus est rationis usus /. Sed contra est Augustinus 4. confess. de amico suo qui cum desperaret baptizatus est nesciens / Dicendum q. si tales sint a natiuitate non habentes lucida interualla iudicandum est de eis. sicut de pueris. et baptizandi sunt, q. si eiusmodi interualla habeant, aut in amentiã inciderint iudicium sumendum est iuxta intentionem, quam habuerunt dum essent mentis compotes. q. si tunc baptizari uoluerunt cum amentia superuenit etiam si renuant sunt baptizandi. nisi expectetur rationis usus. quem qui habent diminutum, taliter tamen q. de sua salute curare sufficiunt ad baptismum admitti debent.

eorum

taliter defuit

Ad. 1. Rr q. cum ~~deest~~ intentio in supradictis supplet ex intentione ecclesiæ sicut in paruulis / Ad. 2 q. in illis est accidentalis defectus rationis habent enim animam ratio-

UVA.BHSC

tionalem) Ad. 3. q. in dormientibus expectandum est q. euigilent nisi adsit periculum mortis et præcesserit intentio baptismi ut narrat loco citato Augustinus de amico suo.

Quæstio 69 De effectibus baptismi in decem articul. diuisa.

Ar. 1 vm per baptismum tollantur omnia peccata?

Videtur q. non q. per generationem carnalem solum contrahitur originale peccatum ergo per regenerationem spiritualem illud solum tollitur) 2. q. in adultis ante baptismum requiritur poenitentia act. 2 per poenitentiam autem remittuntur omnia peccata actualia) 3. q. diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ, at per baptismum sanamur ab originali. ergo actualia alijs remedijs indigemus. Sed contra Ezechiel. 3. effundam superuos aquam mundam. et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

Dicendum q. per baptismum morit homo omniue tu stati peccati. et inchoat nouam vitam Roman. 6. ac proinde per ipsum tollunt omnia omnino peccata.

Ad. 1. Rr cum Paulo Rom. 5. et cum Augustino de baptismo paruulorum. q. gratia Christi in baptismo superat peccati malitiam et ad omnia peccata extenditur) Ad. 2 q. nullius peccati remissio fit nisi per uirtutem passionis Christi ut dicit hebr. 9. et sic in illa poenitentia includit fides passionis Christi et propositum participandi ipsam in realis sus cep.

UVA.BHSC

susceptione baptismi / Ad 3. q. procedit de particularibus medicinis. baptismus autem operatur in virtute passionis Christi quae est universalis medicina omnium peccatorum

Ar. 2. Vm per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati?

Et videtur q. non quia culpa non ordinatur nisi per poenam sed quae a deo sunt ordinata sunt ergo 2. quia effectus sacramenti similitudinem habet cum ipso sacramento. at ablutio baptismalis similitudinem habet cum ablutione maculae sed non cum ablatione reatus / 3. quia si subtraheret reatus poenae iniustum esset suspendere lationem ob peccatum commissum ante baptismum. et sic tolleret rigor humanae disciplinae quod est inconveniens.

Sed contra est Ambrosius super illud Roman. 11. sine poenitentia sunt dona dei Dicendum ut supra q. per baptismum incorporamur passioni et morti Christi Rom. 6 ac per consequens omni baptizato communicatur passio et mors Christi ac si ipse passus et mortuus esset. et sic liberatur ab omni poenae reatu pro peccatis sibi debitae / Ad. 1. Rr q. peccata baptizati remanent ordinata per poenam passionis Christi / Ad. 2 q. aqua abluit et refrigerat et sic tollit etiam reatum poenae — Ad. 3. q. liberatio a reatu poenae intelligitur quantum ad deum. quamvis et Principes pie possent talibus poenas remittendo indulgere.

Ar. 3 Vm Per Baptismum debeant auferri poenalitates huius vitae?

Et videtur q. sic quia donum Christi potentius est quam peccatum Adae Rom. 5 sed per peccatum Adae

UVA.BHSC

Adę introductæ sunt omnes pœnalitates. ergo / 2. qr baptismus tollendo actualia peccata tollit omnem reatum pœnę illis debitum. ergo tollendo originale tollit pœnalitates omnes huius uitę quę ab eo manarunt / 3. qr causa harum pœnalitatum est ipsum peccatum originale, quod per baptismum tollit.

Sed contra est glossa in illud Roman. 6. destruat corpus peccati.

Dicendum q, baptismus habet uirtutem auferendi pœnalitates huius uitæ non tamen eas aufert in pręsenti uita sed in resurrectione quando mortale hoc (ut dicit. 1. cor 15) induet immortalitatem. et hoc Primo qr per baptismum homo incorporat Christo passibili gratia tamen pleno. ut innuit Rom. 8. Secundo conuenit hoc ob spiritualę exercitium contra concupiscentias et lebus quum relictas iudicum. 3 / Tertio fuit conueniens ne homines ad baptismum accederent propter impassibilitatem pręsentis uitæ, et non propter gloriam uitæ ęternę. sic enim miserabiliores essemus omnibus hominibus ut dicit. 1 corint. 15.

Ad. 1. Rr cum glossa Rom. 6. q, sicut hostem captum non statim occidimus sed cum dolore et afflictione ipsum uiuere aliquandiu sinimus, sic et Christus pœnam in futuro perimet. hic ligat / Ad. 2. q, Christus gheenalem pœnam statim omnino abstulit. temporalem uero non statim. sed abstulit regnum ipsius / Ad. 3. q, Christus reparat (e conuerso ac peccatum destruxit) primo ea quę pertinent ad personam deinde in fine ea quę pertinent ad naturam omnes eius pœnalitates ablaturus.

Ar

UVA.BHSC

Ar. 4 vm̃ per baptismum conferant homini gratia et virtutes?

Et videt q̃ non q̃r sacramenta id efficiunt quod significant, ablutio autem baptismalis non significat ~~[illegible]~~ informationem per gratiam, sed emundationem a culpa / 2. q̃r iam aliqui cum accedunt ad baptismum cum iustitia et virtutibus accedunt ut constat de Cornelio actorum 10 / 3. q̃r. per virtutes prompte et faciliter operamur. at post baptismum manet pronitas ad malum, et difficultas ad bonum / Sed contra est ad Titum. 3. et ibi glossa / Dicendum cum Augustino lib. de baptismo parvulorum q̃ cum per baptismum christo incorporemur tanq̃ capiti influenti in membra ab eo accipimus gratiam et virtutes in baptismi susceptione / Ad. 1. q̃ aqua per suam ~~[illegible]~~ claritatem significat gratiae splendorem, et virtutum / Ad. 2. q̃ illi qui ante baptismum cum ordine ad ipsum (ut dictum est) consequuntur gratiam et virtutes eo postmodum in re suscepto maiorem earum copiam accipiunt et pleniorem remissionem a tota poena. ut explicat glossa in illud psalmi super aquam refectionis educavit me / Ad. 3. q̃ illa pronitas et difficultas non nascitur ex defectu virtutum, sed ex concupiscentia. quae non tollitur per baptismum quamvis minuatur ne dominetur sicut et effectus ipsius.

Joan. 1°

implicito vel explicito –

Ar 5. vm̃ convenienter attribuantur baptismo quidam actus virtutum? ut illuminatio. incorporatio ad christum. et fecundatio? et

Et videtur q. non. qr adulto non datur baptismus nisi credenti. at per fidem fit incorporatio ad Christum. ephess. 3. / 2. qr illuminatio fit per doctrinam ephess. 3. doctrina autem præcedit baptismum in cathecismo / 3. qr fecunditas pertinet ad generationem activam. sed per baptismum potius quis regenerat spiritualiter.

Sed contra est Augustinus lib. de baptismo parvulorum. et Dionisius. 2. cap. ecclesij. Hierarchiæ quantum ad illuminationē et glossa super illud psalmi super aquā refectionis. quantum ad fecunditatem.

quantum ad incorporationē /

Dicendum q. in baptismo (ut sæpius dictum est christo tanqr capiti incorporamur a quo comunicat nobis sensus spiritualis intelligentiæ et doctrinæ. et motus per instinctum gratiæ. ad similitudinem capitis corporalis. Ad. 1. Rr q. adulti ante baptismi susceptionem cum ordine ad ipsum mentaliter deo incorporant. eo autem suscepto quodammodo corporaliter / Ad. 2 q. doctor illuminat exterius per ministerium cathezizandi. deus autem illuminat interius baptizatos præparans corda eorum ad recipiendam doctrinam veritatis. ut habet Ioan. 6 / Ad. 3. q. fecunditas data in baptismo non est ad alios spiritualiter gignendos, sed ad prolem bonorum operum producendam

iuxta dictum / Apostoli. 1. cor. 4 /

Ar. 6. vm Pueri in baptismo consequantur gratiam et virtutes.

Et videtur q. non qr haberi non possunt sine fide et charitate. quæ in credentium et diligentium voluntate consistunt ut dicit Augus

UVA.BHSC

gustinus. sed eiusmodi uoluntas non potest
esse in pueris. ergo nec virtutes et gratia.
2. qr Augustinus Joannis. 14 ait q sine
nobis non iustificamur. at pueri usum
liberi arbitrij non habent / 3. qr Roman
4. credentis reputat fides ad iustitiam se-
cundum propositum gratie dei. pueri au-
tem non credunt / 4. qr quandoqz pueri
deferunt ad baptismum ea intentione
ut corporaliter sanent. ergo tunc non con-
sequent effectum spiritualem.

Sed contra est Augustinus in Enchiridio
Dicendum q non solum (ut quidam puta-
uerunt) pueris imprimit in baptismo cha-
racter (donec perueniant ad usum rationis)
sed et et gratia et uirtutes. Primo qr sicut
et adulti efficiunt membra Christi. Secun-
do qr pueri decedentes cum baptismo an-
te usum rationis non peruenirent ad ui-
tam eternam quod omnino dicendum non
est. habent enim habitus gratie et virtutum
licet sicut et dormientes in actus pro il-
la non prorrumpant etate / Ad. 1. Rr
q illi habitus requirunt ~~tamq~~ ~~[illegible]~~
uoluntatis potentiam. que in pueris re-
perit quibus sine actibus ut docet Augusti-
nus lib. de paruulorum baptismo / Ad. 2. cum
Augustino. lib. de charitate. q procedit de
adultis q si paruuli baptismo reluctent ta-
liter nesciunt, quod faciunt ac si non face-
rent, ut dicit idem sanctus ad Dardanum / Ad
3. cum eodem q paruulis mater ecclesia ali-
orum pedes accomodat ut ueniant, aliorum
cor ut credant, aliorum linguam ut fateant /
Ad. 4. q illa illorum carnalis intentio pue-
ris

UVA.BHSC

ris non nocet sicut nec peccatum unius al
teri nisi consentiat ut dicit Augustinus ad
Bonifacium.

Ar. 7 Vm effectus baptismi sit apertio ianuæ Regni cœlestis.

Et videt q non qr iam est aperta per passio
nem Christi. Apocalyp. 4 / 2 qr quidam bap
tizati sunt baptismo Christi. Mannis. 3. an
te eius passionem. quibus si tunc decessis
sent introitus regni nondum pateret. ut col
ligit et constat. Micheæ 2 / 3. qr baptiza
ti in hoc mundo sunt multis poenis afflicti
ergo non est illis ianua aperta. sicut neqz
existentibus in purgatorio.

Sed contra est glossa Bedæ Lucæ. 3. in illud
apertum est coelum. Dicendum q cum per
baptismum tollat omnis culpa. et reatus
poenæ. tollit impedimentum ad ingressum
regni coelestis. et hoc est aperiri ianuam eius
Ad. 1. Rr q baptismus applicat passionis vir
tutem baptizato / Ad. 2 q tunc aperiebat
ianua non in re. sed in certa spe / Ad. 3. qr
illæ poenalitates non sunt in baptizatis ob
reatum personæ. sed ob statum ipsius natu
ræ, in morte autem persoluit id. quod natu
ræ debebatur

Ar. 8 Vm baptismus habuerit in omnibus æqualem effectum?

Et videt q non. qr in quibus dam plura
(etiam dempto originali) in quibus dam
pauciora peccata dimittit / 2 qr Post bap
tismum quidam uident habere maiorem
gratiam. et plures uirtutes / 3. qr natura
perficit per gratiam sicut materia per formam
ergo

UVA.BHSC

/ ergo ubi maior capacitas naturalis ad recipiendum erit maior gratia / 4 qr quidam preter salutem spiritualem consequuntur etiam corporalem in baptismo ut in constantino constitit

Sed contra est. ephess. 4 una fides, unum baptisma ergo uniformis causandi modus.

Dicendum q. effectus baptismi per se qui est regeneratio hominis ad spiritualem vitam ad quam ipse baptismus ordinatur equalis est in omnibus qui equaliter se habent ad ipsum ut in pueris. in adultis enim est alia ratio juxta maiorem aut minorem devotionem eorum. effectus autem per accidens baptismi etiam si qui cum equali devotione accedant non equaliter eis dispensant sed iuxta ordinem divine providentie. ut glossa ponderat Roman. 6.

Ad. 1. Rr q. minima gratia baptismalis omnia peccata tollit / Ad 2. q. illa apparitio maioris gratie potest esse. vel qr revera quis maiorem gratiam accepit. vel qr equali gratia inequaliter utitur / Ad 3. q. diversa capacitas naturalium in hominibus non est ex diversitate mentis (cum omnes sint eiusdem speciei) sed ex diversa dispositione corporum. secus autem est in angelis ac proinde eis et non hominibus dat gratia iuxta naturalem capacitatem / Ad 4. Rr ex dictis.

Ar. 9 Vm fictio impediat effectum baptismi? Et videt q. non qr ad galat. 3 dicitur quicunque in Christo baptizati estis Christum induistis. at omnes qui baptismum Christi suscipiunt baptizantur in Christo. ergo induunt per gratiam ipsum / 2 qr effectus virtutis divi-

UVA.BHSC

uinæ quæ est causa agens in baptismo
potest hominis uoluntatem mutare in
bonum. Sed effectus causæ agentis non po
test impediri per id quod ab illa causa po
test auferri ergo / 3. quia multa sunt pec
cata grauiora quam fictio de quibus non dicit
quod effectum baptismi impediant.
Sed contra Sapientiæ 1. Spiritus sanctus
disciplinæ effugiet fictum.
Dicendum cum Damasceno quod deus non cogit
hominem ad iustitiam. et ideo ut quis iustifi
cet per baptismum requirit quod eius uoluntas
amplectatur baptismum. et baptismi effectum
dicit ~~autem~~ fictus quia eius uoluntas contra-
dicit baptismo uel eius effectui. nam secun
dum Augustinus dicitur aliquis fictus qua
tuor modis. scilicet. uel quia non credit. uel
quia ipsum sacramentum contemnit. tertio
quia non seruat in eo ritum ecclesiæ. et quar
to quia indeuote accedit. unde manifestum
est. quod fictio impedit effectum baptismi.
Ad 1. Respondeo quod baptizari in Christo contingit
uel in Christi conformitate per gratiam, uel
quia accipiunt sacramentum Christi per confi
gurationem characteris sed non gratiæ / Ad
2. quod cum deus de malo in bonum hominis uo
luntatem mutat accedit non fictus. sed ad hoc
sacramentum non ordinatur / Ad 3. quod quicum
quam accedit in quouis mortali peccato dicitur
ficte accedere quia accessus ille ad baptismum
de se ostendit fidem et deuotionem in accede
te.

Ar. 10. Vm fictione recedente fictione baptismus suum effectum consequatur.

Et uidetur quod non quia opus mortuum nunquam po

test

ergo

UVA.BHSC

testificari / 2 qr fictio siquidem impe
dit baptismum fortior est illo. ergo non potest
peccatum fictionis tolli per baptismum fictio
ne impeditum / 3. qr post fictum accessum
potest quis multa peccata committere quae per
baptismum (cum sint post ipsum) remitti
non possunt. ergo / " — " — " — "
Sed contra est Augustinus in lib. de bap
tismo / tunc valere incipit etc. /
Dicendum q, cum quid generatur simul cum
forma recipit effectum formae nisi adsit im
pedimentum, quemadmodum cum grave gene
ratur statim deorsum descendit, et sic cum
quis in baptismo recipit characterem recipit
gratiam q, si per fictionem gratiae consecutio
impediatur impedimento remoto per poeni
tentiam baptismus consequitur suum effectum /
Ad. 1. Rr q, baptismus non est opus hominis
sed dei. et sic non est mortuum in ficto / ~~Ad. 2~~
Ad. 2. cum Augustino q, fictio non tollitur per
baptismum sed per poenitentiam ad effectum
autem baptismi concurrit per se baptismus
poenitentia vero quasi per accidens et remo
vendo prohibens / Ad. 3. q, baptismus non fu
tura sed praeterita aut praesentia peccata tol
lit. Unde illa peccata sequentia fictionem /
remittuntur per poenitentiam non per bap
tismum. et sic non remittuntur quantum
ad totum reatum sicut praecedentia baptis
mum.

Quaestio 72. De circuncisione quae praecessit baptismum in 4 ar. 1.

Ar. 1. Vm circuncisio fuerit praepara
toria et figurativa Baptismi. —
Et videtur q, non qr nullam similitudinem
habet cum illo. ut habet figura ad figuratum.

UVA.BHSC

2. qr. 1. corint. 10 de antiquis patribus / dicit q. omnes in nube et in mari baptizati / sunt ergo magis ista fuerunt figura baptismi / 3. qr etiam baptismus Joannis fuit preparatorius ad baptismum Christi ergo superfluus fuit / Sed contra est Apostolus Coloss. 2. circuncisi estis consepulti Christo in baptismo / Dicendum q. per baptismum fit / fidei professio et aggregant homines congregationi fidelium eadem autem fuit antiquorum patrum fides et nostra. 2. corint. 4. cui aggregabant et quam profitebantur per circuncisionem Roman. 4 ac proinde fuit preparatoria et figurativa baptismi sicut et alia que in figura contingebant illis 1. corint. 10. Ad 1. Rr q. in circuncisione spoliabat homo pellicula carnis et in baptismo carnali conversatione / Ad. 2. q. illa figurabant baptismum qr ibi erat aqua et columna spiritus sancti. non tamen erant sacramenta. neq. in eis fiebat fidei protestatio / Ad. 3 q. baptismus Joannis fuit preparatorius solum quantum ad exercitium actus. sed circuncisio quantum ad professionem fidei.

/ et expressius quantum ad exteriora / qz circuncisio. ob quod exprimunt ab Apostolo /

Ar. 2 Vm circuncisio fuerit convenienter instituta.

Et videt q. non qr in ea fiebat fidei professio at a peccato primi hominis nullus potuit saluari sine fide passionis Christi. Roman. 3 ergo statim et non tempore Abrahe instituj debuit / 2. qr in circuncisione fiebat professio veteris legis. galat. 5. lex autem vetus non incepit a tempore Abrahe / 3. qr fuit figurativa baptismi. qui omnibus gentibus conferri mandat Matth. ult. ergo et illa non debuit

ad

UVA.BHSC

ad illum specialem populum limitari ~ /.
4. qr carnalis circuncisio debet respondere
spirituali. ~~in~~ hęc autem quę fit per Christum
indifferenter conuenit utriq; sexui. ut in
nuit galat. 3^ ergo inconuenienter circū
cidebant soli mares ~

cum dicit q, in Christo Iesu non est masculus et foemina ~ // ~

Sed Contra est q circuncisio instituta fuit
a deo genes. 17 cuius perfecta sunt opera
Dicendum q, ad Abraham in terantiquos pa
tres primo fuit facta promissio de Christo
nasciturò genes 22. et ipse primus sea con
pregatione infidelium segregauit audiens
mandatum dei dicentis illi egredere de
terra tua. ac proinde conuenienter in eo cir
cuncisio fidei protestatiua instituta est.
Ad. 1. Rr q, immediate post peccatum propter
doctrinam ipsius Adę uigebat ratio natura
lis et cognitio dei quę postmodum labefacta
ta signis exterioribus (qualis est circuncisio)
indiguit / Ad. 2. q, prius oportuit aliquod sig
num exterius dari in quo homines legem
obseruaturi conuenirent. ut dicit Augusti
contra Faustum. quod et in omni religione
obseruat / Ad. 3. q, baptismus continet perfec
tionem salutis. ad quam deus omnes uocat
1. Timot. 2 circuncisio uero eam figurabat
in illo populo, ex quo dominus erat nasciturus /
Ad. 4. q circuncisio instituta est ut signum
fidei Abrahę qui credidit se patrem Christi
futurum. et peccatum originale contra quod
ordinabat a patre non a matre contrahitur
ut dictum est

Ar. 3 Vm Ritus circuncisionis fuerit
conueniens?

et uidet q non qr signum professionis fidei magis
de

UVA.BHSC

debuisset dari in capite in quo est vis apprehensiva ad quam virtus pertinet / 2. quia communior est culter ferreus quam lapideus. ergo ferreo potius esset utendum ad sacramentum tanto pere necessarium / 3. quia baptismus qui est contra originale ob necessitatem datur ante octavum diem. et quandoque tardius ergo circuncisio etiam potuit ante octavum diem quandoque dari. sicut etiam quandoque tardabat / Sed contra est glossa Roman. 4

Dicendum quod determinare convenientia signa (qualis fuit fidei circuncisio) ad sapientiam dei pertinuit convenienter.

Ad 1. Respondeo quod circuncisio fiebat convenientius in membro genitali quia erat signum fidei christi nascituri ex Abraham. secundo quia contra originale peccatum generatione descendens. et tertio quia contra concupiscentiam carnis /.

Ad 2. quod in lege non est preceptum de circuncisione communiter facienda cultio lapideo quamvis quedam famose circuncisiones eo legantur facta et in filio Sephore. exod. 4. et in alijs filijs israel. Josue. 5 / Ad 3. quod octavus dies determinabat ad circuncisionem ad significandam octavam resurrectionis glorie etatem. et ob teneritudinem infantium. sicut et de animalibus offerendis levit. 22. erat autem octavus dies de necessitate precepti ut Joan. 7. colligitur. non de necessitate sacramenti. quia transacto octavo poterant circuncidi. immo imminente periculo secundum quosdam poterat preveniri. sed hoc ultimum nec ex auctoritate scripture nec ex iudeorum consuetudine probari poterit. ut dicit Hugo de Sanct. vict. et glossa pro

fidei

Primo

neque ex consuetudine iudeorum hodie id constat

ad figurandam spiritualem circuncisionem per Christum qui Petra dicitur. 1 corint. 10.

N. 4.

Ar

UVA.BHSC

Ar. 4 Vm circuncisio conferret gratiam iustificantem

Et videt q, non qr ad galat. 2. dicit q, si ex lege est iustitia Christus gratis mortuus est. at circuncisio erat obligatione legis implenda galat. 6 / 2. qr ante circuncisionem ut ait gregor in moral sola fides iustificabat. ergo et fides in circuncisione et non circuncisio sanabat / 3. qr Iosue. 5. legit q, populus quinatus est in deserto per 40 annos non est circuncisus. et sic omnes essent damnati. et idem dicendum est de pueris morientibus ante octauum diem / 4. qr etiam circuncisis impediebat ingressus regni coelestis. quod non fit sine peccato / 5. qr originale peccatum non dimittit sine actuali. at non legit q, actuale per circuncisionem dimitteret ergo neq originale dimittebat. Sed contra est Augustinus ad Valerium contra Iulianum /

Dicendum q, in circuncisione conferebat gratia quantum ad omnes gratie effectus. sed aliter q3 in baptismo. qr hic confert gratiam ex virtute quam habet in quantum est instrumentum passionis Christi. ut dictum est supra.

Ad. 1. Rr q, procederet si in circuncisione non conferret gratia ex fide passionis Christi / Ad 2. q, sicut ante circuncisionem ex sola fide Christi iustificabant tam pueri q3 adulti. sic et circuncisione data. sed antea non requirebat aliquod signum protestatiuum huius fidei qr nondum fideles ab infidelibus ceperant adunari. probabile tamen est q, parentes pro paruulis aliquas preces deo funderent aut exteriorem benedictionem adhiberent et similiter adulti pro seipsis / Ad. 3. tunc populus excusabat qr nesciebat quando mouenda esset castra. tum qr ut damascenus ait tunc non egebant signo distinguente ab alijs populis cum quibus non habitabant. quamuis secundum Augus

ti //.

UVA.BHSC

tinum peccabant qui ex contemptu praeter
mittebant. videtur tamen q. nulli fuerint in
circuncisi mortui in deserto. quia dicit in ps
almo non erat in tribubus eorum infirmus. q.
si qui mortui sunt. eadem ratio est de eis et
de illis. qui mortui sunt ante circuncisionem
et de pueris ante octavum diem / Ad. 4 q.
manebat impedimentum intrandi regnum
ex parte ipsius naturae / Ad. 5. q. adulti tunc
in circuncisione liberabantur a peccatis etiam
actualibus. sed non ab omni reatu poenae si-
cut in baptismo in quo datur copiosior gratia

Quaestio 71. De praeparatorijs quae simul concurrunt cum Baptismo in. 4 artic. divisa

Ar. 1. Vm cathecismus debeat pre
cedere Baptismum.

Et videtur q. non quia per baptismum renasci
mur in novam vitam. prius autem debet
quis nasci quam edoceri, quod fit per cathecis
mi doctrinam / 2. quia ridiculum videtur
pueros rationis expertes cum baptizantur
docere et cathezizare / 3. quia qui cathezi
zatur confitetur suam fidem. quod neque per se possunt
neque per ipsos ~~possunt pueri~~ cum nemo possit (pueri
alium obligare. neque esse certus utrum pueri
assentiet fidei cum adoleverint.

Sed contra est Rabanus de institutione
clericorum / Dicendum q. cum baptismus
sit fidei sacramentum. et ut quis credat
necessarium sit ut de fide instruatur. ut do
cet Apostolus Rom. 10. necessarium est ut
ante baptismum cathecismus praecedat et

Sic

^ alij

^ etiam

UVA.BHSC

Sic dominus preceptum baptizandi tradens premittit doctrinam baptismo dicens ite. docete baptizantes eos etc.
Ad. 1. Rr q, uita gratie in qua regeneramur supponit uitam naturę rationalis in qua homo potest essa particeps doctrinę
Ad. 2. q, ecclesia accomodat pueris aliorum aures ut audiant. et aliorum intellectum ut instruant in cathecismo / Ad. 3. q, respondens Credo. pro puero non predicit illum crediturum. sic enim diceret credet. sed profitet fidem ecclesię in persona pueri ad quam obligat per alium quod non inconuenit in his quę sunt de necessitate salutis. et idem dicendum de patrino pueri. quod non sufficeret in adultis usum rationis habentibus.

Ar. 2. Vm exorcismus debeat precedere Baptismum?

Et videt q, non qr contra energumenos. idest arrepticios ordinat. non autem omnes baptizandi sunt tales / 2. qr quandiu homo est in peccato seruus est peccati peccatum autem tollit per baptismum ergo ante eum nō sunt homines exorcizandi / 3. qr aqua benedicta instituta est et sufficit ad arcendam demonum potestatem. ergo superfluunt exorcismi —
Sed contra est omnino auctoritas Celestini Papae / Dicendum cum Hierem. 4. q, quisa pienter aliquod opus aggredit prius remouet impedimenta. et sic ante baptismum expellit demō per insufflationem, arceturne

re

UVA.BHSC

redeat per benedictiones, disponit bapti-
zandus in auribus, naribus, et ore per sputū
et sal sapientiæ. et per linitionem siue
olei unctionem ut roboret ad pugnandū
contra dæmones/
Ad. 1. Rr q, ~~[illegible]~~ omnes qui sunt in pec
cato dicunt energumeni ex interna ope
ratione diaboli laborantes, quia non om
nes exterius uexent/ Ad. 2 q, baptismus
excludit dæmonem prout impedit homi
nem a perceptione gloriæ. sed exorcismus
excludit dæmonem ne impediat percep
tionem sacramenti/ Ad. 3. q, aqua bene
dicta est contra impugnationes dæmonū
exteriores. uel dicendum q, qr exorcismi
baptismales non iterantur, dat secundo
contra impugnationes dæmonum aqua
benedicta. sicut et poenitentia post bap-
tismum/. ∥.

Ar. 3 Vm ea quæ agunt in exor cismo aliquid efficiant?

Et uidet q, tantum significent qr si an
te baptismum cum exorcismis moriat
puer non saluabit/ 2. qr alias singu
la de exorcismis essent quædam sacra
menta qr scilicet significarent et effice
rent sacra/ 3 qr si efficerent esset dis
ponendo ad formam quam causat siue
inducit baptismus et sic sequeret q, sine
exorcismis baptismus gratiam non cau
saret/ 4. qr unctio in uertice fit post bap
tismum, et tamen nil efficit (alias bap
tismus non fuisset sufficiens causa) ergo
neq; quæ fiunt ante baptismum aliquid ∥
cau-

UVA.BHSC

causant) Sed contra est Augustinus lib. de symbolo asserens per exorcismos potestatem dæmonum expelli.
Dicendum contra quosdam q. exorcismi nō solum significant sed efficiunt ut ex ipsorum verbis quibus imperando loquitur ecclesia scilicet exi sathana etc. constat habent tamen differentem effectum q. baptismus q. scilicet ~~impediunt~~ ne exterius dæmones baptizandum impediant. et ne interius per reatum ~~culpæ~~ poenæ et peccati maculam suam potestatem exerceat ut Cyprianus. adiuuant etiam exorcismi contra impedimenta intrinseca quibus hominum mentes et sensus ex peccato originali præcludunt ne diuina capiant mysteria ut docet Rabanus. de institut. cleric.
Ad. 1. Rr q. per exorcismos tollunt impedimenta ad remissionem culpæ per sacramentum. as proinde post mortem exorcismus non ualet sine baptismo. licet Præpositiuus ad minores tenebras exorcizatos affirmet.
Ad. 2. ex dictis. sunt ergo non sacramenta sed sacramentalia quædam. Ad. 3. q. dispositio ad baptismalem gratiam est fides et intentio. nec tamen nisi in necessitate exorcismi sunt omittendi. immo post eam supplendi. q. sicut ante. sic et post baptismum potest eius effectus impediri. Ad. 4 q. interea quæ fiunt post collatum baptismū quædam (ut uestis candida) solum significant. quædam ut unctio chrismatis significat et efficit conseruationem gratiæ baptismalis.

Ar. 4 Vm sit officium sacerdotis cathecizare, et exorcizare baptizandū?

et

obsistunt

ut dicit Aug.

ait

pati

UVA.BHSC

Et videtur q̃, non q̃ dicat dionisius. 5. cap eccles. Hierarch. ad ministros ꝑtinet scire operationem super immundos. quales sunt catheccumeni et energumeni/ 2. q̃. catheccumeni instruunt̃ per scripturam q̃ si ystoriales et testamentales recitat per lectores. sive per nouitestamenti per diaconos et subdiaconos exorcismi autem per exercitatos fiunt/ 3. q̃ catheccizare ẏst docere. docere autem ẏst ꝑficere q̃d ad episcopos ꝑtinet et ẏste dionisius vbi supra.

Sed contra ẏst Nicholaus Papa et Gregorius super Ezechielem/

Dicendum q̃, ministri q̃n dignores assistunt sacerdoti tanq̃ primarii agenti in dignioribus ministerijs. et subdiaconi q̃n sunt supremi ministri cooperant sacerdoti in ipsa sacramentorum collatione patene et calicis ut dicit Isidorus. inferiores vero ministri cooperant sacerdoti in preparatorijs ad sacramenta. sicut lectores in catheccismo. et exorcista in exorcismo/ Ad. 1. R. q̃, ministri habent operationem ministerialem. et quasi instrumentalem/ Ad. 2. similiter/ Ad. 3 q̃, instructio conuersiua ad fidem et de pluribus misterijs ꝑtinet ad episcopum vt dicit dionisius 2. cap. eccl. Hierar. Sed instructio de fide recipiendi et generaliter quoslibet debeat scire ad sacramentorum susceptionem, non datum ad sacerdotes sed et ad ministros ꝑtinet. instructio autem de conuersatione christiana vite ad patrinos spectat.

Et videtur q̃, non q̃ dicat dionisius. 5. cap eccles. Hierarch. ad ministros ꝑtinet scire operationem super immundos. quales sunt catheccumeni et energumeni/ 2. q̃. catheccumeni instruunt̃ per scripturam q̃ si ystoriales et testamentales recitat per lectores. sive per nouitestamenti per diaconos et subdiaconos exorcismi autem per exercitatos fiunt/ 3. q̃ catheccizare ẏst docere. docere autem ẏst ꝑficere q̃d ad episcopos ꝑtinet et ẏste dionisius vbi supra.

Sed contra ẏst Nicholaus Papa et Gregorius super Ezechielem/

Dicendum q̃, ministri q̃n dignores assistunt sacerdoti tanq̃ primarii agenti in dignioribus ministerijs. et subdiaconi q̃n sunt supremi ministri cooperant sacerdoti in ipsa sacramentorum collatione patene et calicis ut dicit Isidorus. inferiores vero ministri cooperant sacerdoti in preparatorijs ad sacramenta. sicut lectores in catheccismo. et exorcista in exorcismo/ Ad. 1. R. q̃, ministri habent operationem ministerialem. et quasi instrumentalem/ Ad. 2. similiter/ Ad. 3 q̃, instructio conuersiua ad fidem et de pluribus misterijs ꝑtinet ad episcopum vt dicit dionisius 2. cap. eccl. Hierar. Sed instructio de fide recipiendi et generaliter quoslibet debeat scire ad sacramentorum susceptionem, non datum ad sacerdotes sed et ad ministros ꝑtinet. instructio autem de conuersatione christiana vite ad patrinos spectat.

Questio. 72 De sacramento confirmationis in 12 articulos diuisa

Ar. 1. Vm confirmatio sit sacramẽ(tum)

UVA.BHSC

Videt q. non q. sacramenta efficaciam habent ex diuina institutione. at confirmatio non legit a Christo instituta) 2. q. sacramenta noue legis in ueteri prefigurata sunt ut de baptismo et eucharistia 1. corint. 10. dicit Apostolus. sed nulla figura precessit confirmationis. 3. q. sacramenta sunt ad hominum salutem. confirmatione autem potest esse salus ut constat in pueris baptizatis) 4. q. per sacramenta conformat homo Christo. sed non uidet quomodo hoc fiat per confirmationem. cum dominus non fuerit confirmatus)

Sed contra est Melchiades Papa ad Hispaniarum episcopos

Dicendum q. ad similitudinem corporalis uite in spirituali post regenerationem oportuit institui sacramentum confirmationis ad augmentum gratie et robur in pugna spirituali.)

Ad. 1. R. (contra quosdam existimantes uel q. hoc sacramentum fuit institutum in quodam concilio. uel successu temporis ab Apostolis) q. confirmatio a Christo est instituta per potestatem excellentie sibi propriam non quidem exhibendo. sed promittendo illam Ioannis. 16. et hoc q. plenitudo gratie per spiritum sanctum danda erat post resurrectionem et ascensionem. Ioannis. 7) Ad. 2 q. q. est sacramentum plenitudinis nil habuit in lege sibi correspondens. q. nihil ad perfectum adduxit lex. hebr. 7) Ad. 3. q. non omnia sacramenta sunt equalis necessitatis nullum tamen est omittendum ex contemptu) Ad. 4

q.

UVA.BHSC

q. confirmati in plenitudine gratiæ con
formant Christo pleno gratiæ et veritatis
ut dicit Ioan. 1. nec congruebat ut ipse con
firmaret. et auctor plenitudinis a sacra
mento plenitudinem acciperet.

Ar. 2. vm Chrisma sit conveni-
ens materia huius sacramenti?

Et videt q. non qr Christus misit spiritu
Sanctum sine tali chrismate. et Apostoli
conferebant hoc sacramentum per so
lam manuum impositionem / 2. qr
confirmatio est veluti perfectibile baptis
mi. qui in simplici aqua confert. ergo
confirmatio non debet conferri in chrisma
te composito ex oleo. et balsamo / 3. qr. quo
libet oleo potest fieri inunctio. ergo non so
lum oleum olivarum deservire debet huic
sacramento / 4. qr. oleum et balsamum
difficile inveniunt.

Sed contra est Gregorius in Registro
Dicendum q. in confirmatione dat gratia
roborans et confortans non solum ut in ac
cipiente. quod significat per oleum lætitiæ
sed etiam in ordine ad alios per bonum o
dorem significatum in balsamo. eccli. 24
Ad. 1 Rr q. Christus ex potestate excellentiæ
contulit Apostolis rem huius sacramenti si
ne sacramento. in igne tamen. et linguis
quæ oleo. et balsamo qui ad alios diffundit
assimilant. Apostolis vero manus imponen
tibus spiritus sanctus in signis visibilibus des
cendebat. act. 11. unde non erant necessaria sig
na sacramentalia sensibilia. quando autem
eiusmodi visibilia signa non exhibebantur

ut e

fouenti igne

divinitus

UVA.BHSC

utebant Apostoli chrismate ut dicit dio/
nisius 4. cap. eccles. Hierarch. / Ad. 2. q.
hoc sacramentum dat ad conferendam ple
nitudinem gratiae multiformis spiritus sti
et ideo eius materia est composita / Ad. 3.
q. oleum oliuarum proprius oleum dicit
et comunius habet et effectui huius sa
cramenti magis congruit / Ad. 4. q. suffi
cit ad hoc sacramentum quod non est tan
tae necessitatis materia quae facile ad om
nes terrae partes asportari potest.

Ar. 3. Vin sit de necessitate huius sa
cramenti chrisma ab epo consecratum?
Videt q. no. qr benedictio aquae non est de
necessitate baptismi / 2 qr. non debet sa
cramenti materia bis consecrari. ergo sufficit
consecratio quae fit verbis formae ipsius sa
cramenti dum confert / 3. qr. materia con
ficta ex oleo et balsamo non est capax gratiae
ergo neq. consecrationis. quae ad gratiam or
dinat / Sed contra est. Innocentius Papa.
Dicendum q. in materiis sacramentorum quibus
Christus usus est scilicet baptismo et eucha
ristia non requirit de necessitate alia be
nedictio ab ea quam a Christo acceperunt.
v. g. Lucae 3. Matth. 26. et Lucae 22 ut aduer
tit Chrisostomus. Secus in alijs ut unctioni
bus uisibilibus quibus ipse non est usus ne fie
ret iniuria inuisibili unctioni qua est unc
tus prae consortibus suis / Ad. 1. Rr ex dictis /
Ad. 2. q. prima benedictio pertinet ad consti
materiam tuendam ~~formam~~ sacramenti. secunda ad /
ad applicationem eiusdem ad effectum. sicut
seria prius accipit formam dentatam q. appli
cet ab agente ad opus / Ad. 3. q. materia conse
crat non ut subiectum gratiae sed ut instrumen
tum ad causandum eam prout dictum est.

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 4 Vm̃ Hæc sit conueniens forma huius sacramenti consigno te signo crucis et confirmo te Chrismate salutis in n. P. et f. et ss. Amen.

Videtur q. non qr neq; Christus legit sub ea hoc sacramentum instituisse. neq; apostolos ea usos fuisse / 2. qr forma debet una esse apud omnes. at quidam utunt hac forma confirmo te chrismate sanctificationis / 3. qr in forma baptismi. qui per confirmationē perficit non fit mentio de consignatione characteris. nec de cruce. nec de effectu salutis. nec ponit unus actus tantum. expressa baptizantis persona / Sed contra est usus ecclesiæ Dicendum q. forma dat esse rei. et ita in forma huius sacramenti quod dat ad roborandum in pugna spirituali. tangit causa principalis scilicet sancta trinitas. Secundo ipsu spirituale Robur cum dicit Salutis, et tertio signum quod pugnatori dat cum dicit signo crucis in quo rex noster triumphauit colossen. 2 / Ad. 1 R. q. quandoq; in sibilibus signis a deo missis dabat per ministerium Apostolorum effectus huius sacramenti. quando autem tanq; ministri ipsius sacramenti illud conferebant prædicta forma utebant. Licet hoc sicut et alia multa non exprimant in scriptura ut dicit dionisius in fine eccles Hier. et innuit Apostolus dicens. 1. cor. 11. cætera cum uenero disponam / Ad. 2. q. illud verbum in idem redit / Ad. 3. q. baptismus est quædam spiritualis regeneratio et non multiformis. et sic in eo exprimit unus actus / in ipso autem verbo baptizandi intelligit materia aquæ et effectus salutis / ly uero Ego. non est de substantia. et congruenter reticet in hoc sacramento quod ab excellenti ministro dat. sicut infra dicetur

quamuis est magis necessarius. et per eum conformamur passioni dominicæ Roman. 6.

(sicut consueuit a ducibus militibus dari.)

UVA.BHSC

Ar.

Ar. 5 Vm confirmatio imprimat characterem.

Videtur q. non qr character est signum distinctivum per baptismum vero distinguitur homo ab infidelibus. pugna vero spiritualis omnibus fidelibus indicitur. ergo confirmatio non imprimit signum distinctivum sive characterem / 2. qr character est potentia q. si activa imprimitur in ordine, si passiva in baptismo / 3. qr in circuncisione quae est character corporalis nullus character imprimitur. ergo neqr in confirmatione quaedatur cum charactere visibili crucis /

Sed contra est q. in omni sacramento quod non iteratur imprimitur character. confirmatio autem non iteratur ut Gregorius docet Dicendum q. character ut dictum est est potestas spiritualis ad quasdam sacras actiones ordinata. aliae autem sunt actiones hominis statim nati ad quas est character baptismi sanctificantis hominem prout in se est. et aliae hominis in perfecta aetate constituti ad quas ordinatur homo per confirmationem. ac proinde imprimit characterem a baptismi distinctum. unde Apostoli spiritu sancto accepto publice egressi fidem intrepide praedicabant

Ad. 1. Rr. q. exterius pro fide pugnare pertinet ad confirmatos qui per confirmationis characterem distinguunt a fidelibus nondum provectis ut innuit. 1. Joan. 2 / Ad. 2 q. omnia sacramenta sunt quaedam fidei protestationes differenter tamen. nam in baptismo ad recipienda alia sacramenta. in confirmatione vero ad publice quasi ex officio profitendam fidem / Ad. 3 q. character circuncisionis erat solum in carne qr et sacramenta veteris legis dicuntur iustitiae carnis. hebr. 9

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 6. Vm dictus character supponat characterem Baptismi. Nu 11

Et videtur q non qr multi ante susceptam confirmationem publice sunt professi fidē immo et pro fide passi / 2 qr de Apostolis non legitur q fuerint baptizati nec Christus baptizabat ut dicit Joannis 4. et tamen adventu sancti spiritus sunt confirmati / 3. qr actorum 10. dicit q adhuc loquente Petro cecidit spiritus scilicet super eos qui audiebant verbum. et postmodum baptizati sunt Sed contra est Rabanus de institut. cleric. Dicendum q taliter supponit character baptismi characteri confirmationis sicut nativitas perfectæ etati ac proinde confirmatio data ante baptismum omnino iteranda esset. Ad 1. Rr q virtus dei non alligatur sacramentis. et q effectus confirmationis sicut et baptismi potest haberi per votum eius Ad 2. cum Augustino Joan 13. in illud qui lotus est non indiget nisi ut pedes lavet q exinde colligit Apostolos esse baptizatos vel Joannis vel Christi baptismo. neqz enim renuit dominus ministerium baptizandi, ut haberet baptizatos servos, per quos cæteros baptizaret / Ad 3. q illi acceperunt effectum confirmationis miraculose. non tamen confirmationis sacramentum effectus enim confirmationis potest alicui conferri ante baptismum non tamen sacramentum confirmationis. sicut neqz effectus confirmationis nisi supposito baptismi effectu

Ar. 7. Vm Per sacramentū confirmationis conferat gratia gratum faciens

et

UVA.BHSC

Videt q, non qr gratia dat contra pecca
tum a quo iam per baptismum sunt li
beri qui hoc sacramentum suscipiunt/
2 qr gratia gratum faciente maxime in
digent peccatores ergo hoc sacramentum
maxime dandum esset in peccato existē
tibus quod uerum non est/ 3. qr gratia gratum
faciens est semper eiusdem speciei ergo cum
per baptismum det non poterit per confir
mationem etiam dari qr due forme eius
dem speciei non possunt esse in eodem subiec
to/ Sed contra est Melchiades Papa
Dicendum q, in hoc sacramento datur bap-
tizatis spiritus sanctus ad robur ut constat
actorum 2. et 8. cum spiritu autem sancto
semper datur gratia gratum faciens
Ad 1m Rr q gratia gratum faciens que
confert in hoc sacramento non solum dat
ad primarium eius effectum qui est remis
sio culpe sed et ad multos alios scilicet ad
augmentum et firmitatem iustitie et fu
turam gloriam ut constat Roman. 6. et
2. corint. 12. et 1. corint. 15./ Ad 2. q ut
ex ipso nomine apparet hoc sacramentum
dat ad confirmandum quod prius inuene
rit et ideo non debet dari adultis peccatori
bus nisi per poenitentiam reparatis ut dicit
in Concilio Aurelianensi. q si quis adultus
in peccato existens cuius conscientiam nō
habet. uel etiam non perfecte contritus acce
dat dummodo non accedat fictus. per grati
am in hoc sacramento collatam consequet
remissionem peccatorum/ Ad 3. q gratia huius
sacramenti speciale quid habet quo in non est
eiusdem speciei cum gratia baptismatis.
Ar. 8. Vm hoc sacrum sit omnibus dandū?

et

UVA.BHSC

quae ad excellentiam pertinent.

Et Videt q non qr pertinet ad quamdam excellentiam, eiusmodi uero non omnibus dant / 2. qr per hoc sacramentum constituit quis in etate perfecta. ergo in etate puerili non est conferendus / 3. qr ut ait Melchiades. dat ad pugnandum contra hostes quod mulieribus ob sexus fragilitatem non conuenit. ergo nec mulieribus dari debet 4. qr ut dictus Papa docet dat ad armandum et instruendum contra Agones mundi huius. sed qui cum gratia baptismali peruenit ad mortem confirmat morte qr iam peccare nequit. ergo statim moriturus non debet hoc sacramentum conferri. et per consequens neq omnibus /

Sed contra est q actorum 2. aduenientis spiritus sanctus repleuit totam domum. est ecclesiam. et subdit q repleti sunt omnes spiritu sancto / Dicendum q natura dum generat intendit prolem ad perfectam etatem perducere. et sic deus in uita spirituali hominem in baptismo regeneratum. quod facere potest in hominis anima non expectata corporis senectute aut uirili etate ac proinde hoc sacramentum omnibus conferri debet / Ad. 1. Rr q dat ad excellentiam sui ipsius / Ad. 2. q corporalis etas etiam si puerilis non praeiudicat animae. ut constat sapie 4 / Ad. 3. cum Chrisostomo in homil de machabeis. et homilia de militia spirituali. q apud Deum. foemineus etiam militat sexus animo uirili immo uiris fortior / Ad. 4. q anima quae immortalis est confert in hoc sacramento augmentum et perfectio gratiae in resurrectione apparituae ephess 4. et ideo etiam morituris ut ait Hugo de sanct. Vict. dari debet. quamuis iam non ad pugnam uitae praesentis ut innuit in auctoritate argumenti

UVA.BHSC

Ar. 9. Vm hoc sacramentum sit conferendum homini in fronte?

Et videt q. non qr baptismus quem perficit datur in toto corpore / 2 qr dat ad robur spirituale at robur magis consistit in corde / ergo in eo erat dandum 3. qr ore fit confessio fidei ad salutem ergo circa os debuit conferri /

^ ergo in toto corpore dari etiam debet

^ Roman. 10

Sed contra est Raban. lib. de inst. cle. Dicendum. q. convenienter milites Christi signo crucis cum hoc sacramentum suscipiunt signantur in fronte eminentiori et manifestiori hominis parte ut tales esse agnoscant. et timorem. et verecundiam quae in facie apparere solent procul pellant aut audacter coram omnibus quantumvis persequentibus profitendam fidem /

Ad. 1. Dr q. in baptismo regeneramur ad vitam spiritualem quae ad totum hominem pertinet / Ad. 2. q. principium fortitudinis est in corde sed signum apparet in fronte ut Ezechiel. 3. demonstrat. / Ad. 3. q. dat ad libere confitendum, et ideo in fronte ubi apparent signa passionum quibus libera confessio impeditur.

^ / ad quod specialiter est eucharistia confirmans cor ut habet in psalmo.

Ar. 10. Vm qui confirmat debeat teneri ab alio?

Et videt q. non qr dat saepe adultis quos ab alio teneri ridiculum esse videtur / 2 qr qui sunt de ecclesia quales sunt baptizati hoc sacramentum suscipientes liberum per se ipsos debent habere accessum ad ecclesiae principes scilicet episcopos / 3. qr datur ad /

UVA.BHSC

ad spirituale robur, ergo ad minus mu-
lier quæ fortitudine sexus caret ad tenē-
dum uirum ad mittinon debet.

pro N. ultimo

Sed contra est Innocentius Papa. et habe-
t in decretis. 30. q. 4. si quis etc.
Dicendum q. sicut de nouo nati indigent
instructoribus ut dicit Hebræ. 12. ita et
qui assumunt ad pugnam ut instruan-
t de modo certaminis. et sic quemadmo-
dum in Baptismo. sic et in hoc sacramē-
to. adesse quis debet qui confirmandum
teneat. et ueluti adhuc imbecilem et im-
perfectum sustentet et perficiat.
Ad. 1. Rr q. licet sit adultus corporaliter
non tamen spiritualiter) Ad. 2. q. per bap-
tismum nondum dicit adscriptus mili-
tiæ christianæ. et sic per alium qui confirmatus
sit debet duci exercitus scilicet episcopo
exhiberi / Ad. 3. q. ut dicit Coloss. 3. apud
Christum Iesum non est masculus et foemi-
na. et ideo non refert si masculus aut foe-
mina teneant aliquem ad confirmationē

^ efficit quis ec-
clesiæ membrū
sed.

Ar. 11. Vm solus episcopus hoc sa-
cramentum conferre possit?

Videt q. non qr Gregorius Ianuario scri-
bens concedit (qr ex contrario quidam fue-
rant scandalizati) ut simplices sacerdotes
chrismate in fronte signarent baptizatos)
2. qr quiuis sacerdos immo in necessita-
te laicus potest sacramentum baptismi
(quod est maioris efficaciæ ad delendam cul-
pam et poenam) conferre) 3. qr sacerdos qui
baptizat ungit chrismate uerticem baptiza-
ti

UVA.BHSC

ti in quo uiget cogitatiua quę est nobi-
lior potentia quam imaginatiua quę re-
sidet in fronte secundum Physicos, ergo
Sed contra est eu. Papa irritans sacra-
mentum confirmationis siue manuum Apostolorum
impositionis ab alio quam ab episcopo colla-
tum / Dicendum q. in quolibet opere ul-
tima perfectio a superiori artifice dat si-
cut preparatio materię fit ab inferioribus
et patet in domus edificatione. et epito-
lę consignatione quę a superiori fieri
solet. per baptismum autem edificat homo
in domum spiritualem. et conscribit qua-
si quędam spiritualis epistola ut habet
1. cor. 3. et 2. cor. 3. ac proinde confirma-
tio per episcopos tanquam apostolorum successo-
res (quibus hoc ministerium competebat
actorum 8) conferenda est. et sic determi-
nat Vrbanus Papa filii debere ut fide-
les pleni christiani inueniant. " "
Ad. 1. Rr. q. Papa ex plenitudine potestatis
sicut quibusdam presbyteris concedit minores
ordines conferre sic concessit simplicibus sa-
cerdotibus ut hoc sacramentum conferrent
quandiu scandalum tolleret / Ad. 2 q. bap-
tismus est efficacior ad tollendum malum
sed confirmatio ad promouendum in bonum
Ad. 3. q. in unctione baptismi ut ait Rabanus
designat descensus spiritus sancti ad habita-
culum animę consecrandum. sed in uncti-
one confirmationis declarat ~~plenitudo~~ aduen-
tus spiritus cum plenitudine septiformis gra-
tię et virtutis.

Ar. 12 Vm Ritus huius sacramen-
ti sit conueniens?

Videtur (pro) quod baptismo qui est maioris necessi-
ta

UVA.BHSC

tis designant ad sui ministratione certa tempora scilicet Paschę et Pentecostes. ergo et huic debuissent assignari) 2. qr non minor devotio videt in baptismo qm in hoc sacramento requiri. ergo inconvenienter in hoc et non in illo in concilio Aurelianensi poscit q suscipiens sit ieiunus et in concilio Meldensi q sit ieiunus ministrans) 3. qr plenitudo sancti spiritus data est in die Pentecostes. actorum 2. ergo eo die et non in die cęnae debuisset chrisma confici et benedici) Sed contra est usus ecclesię a SS gubernatę Dicendum q cum dominus Matth. 18 promisserit assistentiam sui congregatis in suo nomine. sine dubio ritus ecclesię in hoc et alijs sacramentis conveniens est) Ad. 1. Rr q ut Melchiades Papa dicit hęc duo sacramenta coniuncta et unum post alterum conferri deberet et sic eadem dicta tempora utriq solemniter ministrando assignata sunt. qr tamen non semper adsunt episcopi ubi presbiteri baptizant confirmatio differri solet et alijs temporibus exhiberi) Ad. 2 q ab illa ordinatione excipiunt in concilio meldensi infirmi et morte periclitantes non posset autem sine incommoditate multitudinis quę concurrere solet a ieiunis suscipi et ministrari. q si potest congrue fieri conveniens esset) Ad. 3. q sicut habet ex concilio Martini Papę omni tempore licebat chrisma conficere. sed illo fit congruentius qr post duos dies sacramentum ministrabat et poterat ad loca diecęssis chrisma deferri.

UVA.BHSC

Quæstio 73 De sacramento Eucharistiæ secundum se in 6 ar. dj.

Ar. 1 Vm̄ eucharistia sit sacrum

Et videtur q. non qr ad idem non debent ordinari duo sacramenta. sed secundum dionisium 4 cap. eccles. Hierarchiæ confirmatio et eucharistia ordinantur ad perfectionem ergo supposito q. illa est sacramentum non erit sacramentum eucharistia 2. qr species sacramentales quæ sunt sacramentum tantum. neq; efficiunt rem et sacramentum scilicet corpus Christi verum neq; rem sacramenti scilicet corpus christi misticum / 3 qr perficeretur in usu materiæ sicut baptismus in ablutione / quod constat esse falsum.

Sed contra dicit in collecta hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam

Dicendum q. sicut in vita animali sic et in spirituali est necessaria generatio et deinde augmentum. et postmodum alimentum scilicet eucharistia.

Ad 1. Rr q. perfectio cibi sive refectio distincta est ab augmenti perfectione et omnino necessaria / Ad 2. q. aqua baptismi non causat aliquem spiritualem effectum ob ipsam aquam sed propter virtutem spiritus sancti in aqua existentem ut dicit Chrisost. Joan. 5. sicut autem se habet virtus spiritus sancti ad aquam baptismi. sic corpus Christi verum ad species panis. et vini / Ad 3. q. eucharistia continet sacrum in se alia sacramenta in ordine ad aliud. et ita eucharistia consistit in consecratione materiæ. et continet in se id quod est res et sacramentum. quod non contingit in aliis sacris — Ar.

UVA.BHSC

Ar. 2. Vm̃ Hoc sacramentum sit vnum uel Plura?

Et uidet q plura, qr in collecta ob sumptionem eucharistie dicit purificent nos domine sacramenta que sumpsimus / 2 qr in eucharistia sunt plura signa duarum scilicet specierum, ergo sunt plura sacramenta qr plurificato genere plurificant species / 3. qr perficit in consecratione materie. at est duplex materie consecratio / Sed contra est. 1. corint. 10. ubi dicit sacramentum ecclesiastice unitatis

Dicendum. q, unum dicit non solum quod est continuum uel indiuisibile ut docet Philosophus in. 5. meta. Sed etiam quod est perfectum ex pluribus partibus sicut una domus et unus homo. et sic ~~eucharistia~~ dicit unum ~~sacra~~ qr ordinat ad spiritualem refectionem que sicut et corporalis poscit cibum et potum. ut habet Ioan. 6. vnde materialiter est plura unum tamen perfectiue / Ad. 1. Rr q, in eadem collecta subdit hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad poenam. in quo innuit unitas perfectionis / Ad. 2. q, formaliter et perfectiue sunt unum signum qr unius totalis refectionis / Ad. 3. q, procedit de pluralitate materiali ut dictum est.

sacramentalium

necessarijs ad eius finem

hoc sacramentum.

tanqz alimentum sicum et humidum.

Ar. 3. Vm̃ eucharistia sit de necessitate salutis?

Et uidet q, sic qr Ioan. 6. dicit nisi manducaueritis carnem filij hominis et bib. eius. s. n habebitis uitam in uobis / 2. qr alimentum cor

UVA.BHSC

corporale est omnino necessarium. ergo / et spirituale / 3. quia hoc sacramentum / sicut et baptismus est sacramentum dominicae passionis. et sic. 1. corint. 11. dicit quotiescunque manducabitis mortem domini annunciabitis. sed passio dominica est omnino necessaria, ergo.

Sed contra est Augustinus Bonifacio scribens contra Pelagianos. de paruulis loquens /. Dicendum quod res huius sacramenti (unitas scilicet corporis mistici) est omnino ad salutem necessaria. quia extra ecclesiam (sicut neque extra arcam in diluuio ut dicit. 1. Petri. 2) non est salus. potest autem res huius sacramenti haberi ex uoto ipsius quem habent etiam paruuli ex intentione ecclesiae cum baptismum suscipiunt. quia eucharistia finis et consummatio est sacramentorum. cum autem paruuli ante baptismum non possint ipsum in uoto habere / quia est principium spiritualis uitae. eucharistia non est ita de necessitate salutis sicut baptismus / Ad. 1. Respondeo cum Augustino ut modo diximus explicante dictum locum Ioannis / Ad. 2. quod cibus corporalis conuertitur in substantiam aliti. et ideo non potest prodesse nisi uniatur realiter sumenti hoc autem spirituale alimentum conuertit in se sumentem. ut Augustinus sibi dictum ait lib confess. ac proinde in uoto ad Christum incorporat ipsi / Ad. 3. quod est sacramentum passionis quatenus homo perficitur unione ad Christum passum per charitatem. quae est vinculum perfectionis coloss. 3 ~/.

Christo sumentem /

Ar. 4 Vm hoc sacramentum conueniens, enter pluribus nominibus nominetur.

et

UVA.BHSC

Et videtur q, non qr nomina debent respondere rebus. sed hoc sacramentum est unum / ergo 2. qr. omnibus sacramentis conuenit bona gratia. quod sonat eucharistia. et omnia afferunt remedium in via presentis vite. quod sonat viaticum. et in omnibus fit aliquid sacrum quod pertinet ad rationem sacrificij. et per omnia communicant fideles quod sonat synaxis grece aut communio latine / 3. qr hostia videtur idem esse quod sacrificium non ergo dicetur hostia sicut nec sacrificium. ~/.

Sed contra est quod usus fidelium habet. Dicendum q, hoc sacramentum significat de preterito passionem et sic dicitur sacrificium. de presenti ecclesiasticam unitatem et sic dicitur synaxis siue communio. de futuro autem significat gloriam. et sic dicitur eucharistia. siue bona gratia qr gratia dei vita eterna. Roman. 6. vel qr realiter continet Christum plenum gratia. dicitur etiam iuxta damascenum metalepsis. id est assumptio qr per hoc filij deitatem assumimus.

Ad. 1. Rr q, diuersa nomina conueniunt eidem secundum diuersas proprietates, aut effectus / Ad. 2. q, communiter antonomatice attribuitur huic sacramento / Ad. 3. q, dicitur hostia in quantum continet ipsum Christum qui est hostia salutaris ephess. 5.

Ar. 5. Vm eius institutio fuerit conueni

Et videtur q, non qr secundum Philos. Cons. phum in. 2 de generatione ex eisdem nutrimur quibus sumus. ergo ad nutriendum nos sufficiebat baptismus / 2. qr Christus est caput omnium hominum, qui fuerunt a prin

ci

UVA.BHSC

cipio mundi. ergo hoc unitatis sacramentū a principio institui debuerat / 3. qr est memoriale dominicæ passionis Lucæ 22. memoria vero est præteritorum, ergo non debuit institui ante passionem / 4 qr baptismus qui ordinatur ad eucharistiam fuit institutus post Christi passionem et resurrectionem. ergo multo magis debuit tunc eucharistia institui / Sed contra est q institutum est a Christo de quo dictum est Marci 7. bene omnia fecit.

Dicendum q, convenienter hoc sacramentum institutum est in ultima cœna. Primo ratione contenti scilicet Christi. cum ab oculis in propria specie discipulorum discessurus erat. ut dicit Eusebius Emissenus. Secundo ob repræsentationem dominicæ passionis quā in veteri lege figurabat agnus Paschalis et sine qua salus esse nequit. Rom. 3. quod ponderat Leo Papa dicens q hostia in hostiam transit. et sanguine sanguis aufert. Tertio qr quæ in fine vitæ ab amicis commendantur (maxime si in se magna sint) affectuose et tenaciter mentibus imprimuntur ut dicit Alexander Papa. et ponderat Augustinus in Responsionibus ad Ianuarium

1. corint. 5

Ad. 1. Rr. q ex eisdem sumus et nutrimur sed differenti modo nobis advenientibus. et sic differenter datur nobis Christus in eucharistia qr in Baptismo / Ad. 2. q qr continet Christū passum non potuit institui ante incarnationē / Ad. 3. q tunc institutum est ut in futurum esset memoriale dominicæ passionis / Ad. 4. q institutio respondet ordini intentionis secundum quā est prior eucharistia. vel Rr q iam baptismus aliqualiter erat institutus in ipso Christi baptismo. et

iam

UVA.BHSC

iam aliqui ipso Christi baptismo erant bapti
zati: ut dicit Ioannis: 3.

Ar. 6. Vm agnus Paschalis fuerit præ
cipua figura huius sacramenti.

Et videt q non qr Christus dicit sacerdos
secundum ordinem melchisedech. panē
et uinum offerentis. et non agnum / 2.
qr. transitus maris rubri fuit figura bap
tismi et manna quod fuit post eum transitu
uidet expressior figura eucharistiæ / 3
qr introductio in regnum coelorum qui
est effectus huius sacramenti magis ui
det figurari in sacramento expiationis
quando Pontifex semel in anno intra
bat in sancta sanctorum ut dicit hebr. 9 /
Sed contra. 1. cor. 5. pascha nostrum im
molatus est Christus. itaq; epulemur etc
Dicendum q, quantum ad id quod est
sacramentum tantum. scilicet species sacra
mentales potissima figura fuit oblatio mel
chisedech quantum ad rem et sacramentū
scilicet Christum contentum figuræ fue
runt omnia sacrificia ueteris testamenti
præcipue expiationis quod erat solemnis
simum. quantum autem ad rem tantū
scilicet gratiam figura potissima fuit man
na omnem saporem suauitatis habens /
sapiæ. 16. Agnus autem Paschalis præfigu
rabat hoc sacramentum quantum ad om
nia prædicta. quantum ad primum qr mā
ducabat cum panibus azimis. exod. 12. et
quantum ad secundum qr immolabat ab
omni multitudine filiorum israel 14 luna
et quantum ad effectum qr per sanguinem
agni Paschalis protecti sunt filij israel a de
uastante angelo et liberati a seruitute ægypti
et sic est figura præcipua. et patet solutio ad
argumēta

UVA.BHSC

Quæstio 74 De materia eucharistiæ quantum ad speciem in 8 articulos diuisa.

Ar. 1. Vm̄ eius mat^a sit panis et vinum

Videt q, non qr alias perfectius sacramenta ueteris legis significassēt passionem Christi. Siquidem fiebant in carnibus animalium / 2. qr hoc sacramentum in omnibus terris est celebrandum at in multis non est panis. et in multis deest uinum / 3. qr competit sanis et infirmis. His autem nociuum solet esse vinum / Sed contra est Alexander Papa dicens panem et vinum aqua permistum in oblationibus sacramentorum esse offerenda Dicendum q, arctotiritæ errauerunt dicentes panem et caseum esse materiam defunctis terræ et ouium ut a principio offerentes / Alij uero ut cataphrigæ et peputiani panē ex farina et sanguine infantis confectū. Alij solam aquam ~~offerentes~~ quorum errores ex facto Christi et institutione matt 26. efficaciter excludunt. et rationabiliter primo quantum ad usum sacramenti quæ est manducatio. Secundo quantum ad passionem Christi in qua sanguis a corpore est separatus et sic panis et vinū. Tertio quantum ad effectum sumentium qr panis pro salute corporis et sanguis (in qua est anima leuit. 17). pro salute est animæ quarto quantum ad effectum unitatis totius ecclesiæ qr panis ex multis granis. et uinū ex multis conficit uvis ut dicit glossa. 1. cor 10. multi unum corpus sumus. etc.

Ad. 1. Rr q carnes animalium minus compe

ut ait Augustinus lib de hæressibus

in pane et vino

ut dicit Ambrosius super epist ad corint.

UVA.BHSC

petunt ad communem usum huius sacramenti. et ad unitatem ecclesiæ significandam / Ad. 2. q. de facili deferri poterit panis et vinum ad hoc sacramentum necessarium. nec altero deficiente in altero solo debet fieri consecratio / Ad. 3. q. modicum vinum non nocet. et dato q. noceat non omnes sub utraq. communicandi sunt specie. ut dicet infra.

ad omnes terræ partes

Ar. 2. Vm Requirat determinata quantitas panis et vini in hoc sacro. et videt q. sic qr ut dicit in 2. de anima etiam omnium natura constantium dat terminus augmenti / 2. qr irrisorium esset velle consecrare totum panem qui est in foro aut vinum in cellario, nec similis potestas dat ministris ecclesiæ. 1. cor. 10 3. qr nec si quis baptizet in mari tota maris aqua sanctificatur / Sed contra est q. ex parte parvitatis nulla est tam parva materia, quæ consecrari non possit. ergo neq. tam magna etc.

licet

Dicendum (contra quosdam contrarium sentiunt) q. quantumvis magna materia panis et vini consecrari potest. qr ratio determinationis materiæ sumitur ex ordine ad finem. finis autem huius sacramenti est usus fidelium, quorum numerus est indeterminatus (non enim attendendum est ad numerum eorum qui nunc occurrunt alias sacerdos paucos parrochianos habens non posset multas hostias consecrare.

materiæ

Ad. 1. Rr q. ibi determinatio quantitatis sumitur ex ordine ad formam determinatam.

Ad

UVA.BHSC

Ad 3 q. Potestas ministrorum ecclesie ordinatur et ad effectum et ad finem effectus. finis autem effectus licet sit malus et peccaminosus non tollit quin sacerdos intendens consecrare consecret / Ad 3 q. baptismus perficitur in consecratione materie. et ideo non sanctificatur plus de aqua quam que venit in usum

Ar. 3 Vm Requiratur ad materiam istius sacramenti q. sit panis triticeus?

Et videtur q. non quia asperitas panis ordeacei magis concordat dominice passioni. et dominus Joannis 6. ordeaceo pane pavit turbas / 2 quia figura farris et spelte est similis tritico. et in naturalibus attestatur identitati specifice. at de farre et spelta etiam fit panis ergo / 3. quia vix reperitur farina triticea nisi permista alijs frumentis. et sic erit corrupta nisi curiose defecetur /.

Sed contra est q. in hoc sacramento continetur Christus qui Joan. 12 frumenti se grano comparat Dicendum q. ad usum comestionis communius assumitur panis triticeus (alijenim panes in defectum huius assumi solent) ac proinde in eo creditur Christum instituisse hoc sacramentum. qui etiam panis magis hominem confortat et reficit.

Ad 1m Rr q. ordeum sicut ait August. lib. 83 q. magis convenit ad significationem antique legis ob duritiam corticis medullam tegentis. Passio autem Christo amara fuit sed nobis dulcis et efficax / Ad 2. q. si ex semine triticeo ob terre defectum aut quid simile nascatur siligo poterit in ea fieri consecratio sed non in farre ordeo aut spelta quia non sunt eiusdem speciei cum tritico licet ei similes appareant sicut nec lupus est eiusdem speciei cum cane

Ad

UVA.BHSC

Ad. 3. q tanta poterit esse permistio q tollat species panis. / Ad 4 similiter q tanta poterit esse corruptio ut non maneat species panis. quod ex sapore odore et aliis accidentibus cognoscet. In agmido autem ex tritico non uidet posse fieri consecratio, quamuis quidam contrarium dicant.

Ar. 4 Vm Hoc sacramentum debeat confici ex Pane azimo?

Et uidet q non qr Christus celebrauit hoc sacramentum ante diem festum Paschæ Joan. 13. in Paschate autem erat quando Iudæi utebant azimis / 2 qr uti azimis erat quoddam ceremoniale legis. ceremonialia autem cessauerunt / 3. qr eucharistia est sacramentum charitatis sicut baptismus fidei. at per fermentum ut dicit glossa Matth. 13. significat feruor charitatis / 4. qr azimum et fermentatum sunt accidentia panis. sed in materia baptismi nulla discretio adhibetur circa accidentalem differentiam aquæ ergo neq hic.

^ exod. 12

Sed contra decernit extra de celebr. mis c. Litteras. punit enim sacerdos præsumens consecrare in azimo. aut scipho ligneo Dicendum q de necessitate præscissa sacramenti est q sit triticeus panis. q sit uero azimus de consuetudine ecclesiæ latinæ sicut q sit fermentatus de consuetudine ecclesiæ græcæ. ut adnotat Gregorius in registro. sed rationabilior est consuetudo ecclesiæ latinæ. tum qr Christus instituit hoc sacramentum prima die azimorum ut habet Matt 26. Marc. 14. et Lucæ 22. Tum qr panis a

quæ in singulis harum ecclesiarum sub præcepto seruanda est.

zi

UVA.BHSC

zimus est proprie corporis Christi sine corru
ptione concepti. magis quam diuinitatis ipsius
Tum quia magis congruit sinceritati fide
lium. iuxta illud. 1. cor. 5. epulemur in
azimis sinceritatis et ueritatis. Habet ta
men consuetudo græcorum aliquam ratio
nem. et propter significationem. quam tan
git Gregorius quia verbum patris indutum est
carne sicut fermentum miscet farinæ. et
in detestationem hæresis nazareorum qui
legalia euangelio miscebant.
Ad. 1. Rr quod dies azimorum computabat ab
ipsis vesperis decimæ quartæ lunæ ut supra
dictum est. / Ad. 2 quod neque conficientes in azi
mo iudaizant sed conformant se institutio
ni Christi. neque qui conficiunt in fermenta
to licet iudæi panes primitiarum fermentatos
offerrent / Ad. 3. quod fermentum significat cha
ritatem. quia panem sapidum reddit. et corrup
tionem significat ex ratione suæ speciei /
Ad. 4 quod fermentum magis dicit de corrup
tione in pane. quam calidum et frigidum in
aqua.

Ar. 5 Vm Vinum Vitis sit Pro-
pria materia Huius sacram.ti

Et videtur quod non quia in qualibet aqua potest fie
ri baptismus. ergo et in quolibet uino uel
uitis. uel malogranatorum aut mororum
etiam consecratio / 2. quia acetum est quædam
species uini, quod de uite sumitur ut dicit I
sidorus, de quo tamen non potest confici hoc
sacramentum / 3. quia nec de agresta aut mus
to de uuis acceptis ~~non~~ uidetur posse confici is
tud sacramentum ut prohibetur in. 6. synodo. et
a Iulio Papa. ergo vinum uitis non est materia

præsertim cum in quibusdam terris uites non crescant –

Sed contra est quod sicut dominus comparauit se
grano frumenti, sic et uiti Ioan. 15. dicens e
go

UVA.BHSC

go sum uitis uera.) Dicendum q solum
vinum uitis est materia huius sacramenti
quod primo colligit ex ipsa institutione Chris
ti matth. 26. Secundo qr proprie et specifi
ce vini nomine intelligit vinum uitis.
Tertio qr congruit effectui huius sacramen
ti quod lętificat cor hominis.
Ad. 1. R. q alia sunt uina per similitudinem
et ad terras ubi deest uinum uitis facile
deferri potest quod huic ministerio sat est
Ad. 2. q acetum est uinum corruptum q
si sit ascescens poterit in eo confici, sed nō
sine peccato) Ad 3. q agresta non dū habet spe
ciem vini. mustum uero sic. quamuis cauē
dum est ne uvę integrę musto misceantur)

(quo utilicebit in necessitate tamen ut dicit ab eodem Julio Papa.)

Ar. 6 Vm aqua sit vino miscenda?
Et uidet q non qr nec Melchisedech le
git genes. 14 aliquid aliud q̄ panem et
uinum obtulisse) 2. qr aqua est mate
ria baptismi. ergo cum diuersorum sacra
mentorum diuersę sint materię, non erit
materia huius sacramenti) 3. qr pani
qui etiam est materia huius sacramē
ti nihil adiungit. ergo neq vino.
Sed contra est Alexander Papa) Dicen
dum q aqua vino permiscenda est. pri
mo qr sic dominum probabiliter fecisse
credit iuxta morem illius terrę. vnde
pro N. 9. dicit bibite uinum quod miscui
uobis. Secundo qr conuenit misterio do
minicę passionis in qua ex latere Christi
fluxit sanguis et aqua. Tertio qr signifi
cat in aqua unio populorum ad Christum
ut dicit Julius Papa. quarto qr significat ultim effectu huius sacramenti scilicet
introitus in uitam ęternam in aqua vino
siue sanguini unita ut dicit Ambrosius ||

Ad.

UVA.BHSC

Ad. 1. Rr q. ut ait Ambrosius sacrificiū Christi etiam fuit significatum per aquā quę fluxit in Heremo de petra. 1. cor. 10. / Ad. 2. q. sic aqua sumitur ad usum refectionis (non ablutionis ut in baptismo) iuxta illud psalmi super aquam refectionis educavit me / Ad. 3 q. panis etiam ex aqua et farina conficitur &c. ut dicit

Ar. 7. Vm Permistio aquę sit de necessitate huius sacramenti

Et videt q. sic qr dicit Cyprianus ad Cti. Cecilium sic est hoc necessarium sicut in pane cōmistio aquę ad farinam / 2 qr de latere Christi similiter exiuit aqua et sanguis. vinum autem quod est sacramentum sanguinis est de necessitate / 3. qr alias non referret si aqua naturalis, aut rosacea vel alia quę vis huic sacramento admisceret. quod non habet usus ecclesię. Sed contra est Cyprianus expresse innuens aquam non esse de necessitate, Dicendum q. in aqua vino permista et quando de latere Christi cum sanguine fluxit significat unio populi fidelis ad Christum. hoc autem sacramentum perficit in consecratione materię et usus fidelium non est de necessitate sacramenti. sed quid consequens ad sacramentum. et ideo appositio aquę non est de necessitate sacramenti.

Ad. 1. Rr q. locus Cypriani intelligit non de necessitate absoluta. sed de congruentia / Ad. 2. q. fluxus aquę non fuit de necessitate passionis sed ad significandum eius effectum / Ad. 3. q. ad necessitatem sacramenti non referret si aqua esset rosacea. referret tamen ad congruentiam. et in pane qr est omnino necessaria omni no

quae vera aqua fuit, et non humor flegmaticus

vino mista

UVA.BHSC

no debet esse naturalis qr sine ea non esset uerus panis

Ar 8. vm aqua debeat in magna quantitate miscerj.

Et uidet q sic qr ut dicit Joan. 19 in quantitate perceptibili et non parua sicut et sanguis innuit exijsse de Christi latere / 2 qr parua multo uino admista corrumperetur et sic idem esset ac nihil apponere qr corruptum iam non est / 3. qr sic sufficeret q sola una aque gutta in totum dolium apponeret, quod uidet ridiculum /.

Sed contra est q extra de celebratione missarum reprehendit abusus quarumdam partium in quibus plus apponebat de aqua qz de vino.

Dicendum cum Innocentio 3 in quadam decretali q circa hoc fuit triplex opinio quidam enim dixerunt aquam per se manere vino consecrato. Sed hoc stare non potest ut docet Ambros. lib. de officijs qr totum illud non posset adorari latria. Alij dixerunt per consecrationem aquam conuerti in aquam que de latere Christi fluxit. Sed non rationabiliter qr sic posset seorsum (sicut et panis) a vino consecrari. Tenendum ergo modicam aquam miscendam esse qr conuertitur in vinum et vinum in sanguinem. Si autem multa aqua misceret fieret corruptio in vino. Vnde Julius papa reprehendit quosdam qui pannum lineum musto intinctum per totum annum asseruabant et in tempore sacrificij partem eius laauabant et sic offerebant / Ad 1. Rr q sufficit sit aque quantitas sensibilis dum apponitur Ad 2. q aqua apponitur ad significandam unionem populi ad Christum / Ad 3 q non in dolio sed in calice tempore consecrationis apponenda est aqua ad significationem

UVA.BHSC

Quaestio 75 De conuersione Panis et vini in corpus et sanguinem Christi in 8 articulos diuisa

Ar. 1. Vm in Hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.

Et uidet q. non nisi tanq3 in signo aut secundum figuram. qr Ioan. 6. abeuntibus discipulis retrorsum dixit Iesus spiritus uiuificat caro autem non prodest quidq3 quod Augustinus super psalm. 98. exponit dicens non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis nec bibituri illum sanguinem, quem fundent qui me crucifigent. sed spiritualiter etc. 2. qr. August. matth. ultimo ait q. corpus in quo resurrexit dominus in uno loco oportet esse. ueritas autem eius ubiq3 diffusa est / 3. qr nullum corpus potest esse in pluribus locis. cum hoc neq3 angelo concedat / 4. qr secundum gregorium Centurio reprehendit qr quaerebat Christi corporalem praesentiam. et apostoli qr ad eam nimis etiam affecti impedirebant accipere spiritum sanctum Ioannis. 16. ut aduertit Augustinus. Sed Contra est Hilarius 8 de trinit. et Ambrosius. 8. de sacram.

Dicendum cum Cirillo q. de existentia corporis Christi in hoc sacramento minime dubitandum est quod conuenit ueritati et perfectioni nouae legis. ut ponderat Dionisius 4 cap. eccles. Hierarch. Secundo conuenit charitati Christi conuiuentis nobiscum Ioa. 6. Tertio conuenit perfectioni fidei de inuisibili modo humanitatis eius in hoc misterio. ac proinde contrarium huius est haeresis manifesta. quam Verengarius primus eius auctor reuocare coactus est / Ad. 1. R.

UVA.BHSC

^ q ex hac auctoritate sumpserunt hęretici errandi occasionem. sed.

^ suis dimensionibus cōmensurato

q Augustinus solum intendit non esse corpus et sanguinem Christi manducanda in illa specie qua visibiliter apparebat. et sic intelligit spiritualiter idest impassibiliter. Ad 2 similiter. sicut et dominus dixit Matth. 26 me autem non semper habebitis. Ad 3. q corpus domini non est in hoc sacramento sicut corpus in loco. sed modo quodam speciali sacramentaliter. et realiter in sacramento quod signum quoddam est. Ad 4. q procedit de corpore Christi visibiliter in propria specie. ut dicit August. super Ioannem.

Ar. 2. Vm in Hoc sacramento remaneat substa panis et vini post consecrationem

Et videtur q sic. qr Damascenus lib. 4. ait q Deus coniugavit pani et vino (quibus homines vescuntur) divinitatem. sed coniugatio rerum in seipsis manentium est. 2. qr in alijs sacramentis substantia materię manet. at inter ecclesię sacramenta debet esse conformitas. 3. qr panis et vinum ut dictum est assumuntur ad hoc sacramentum in quantum designant fidelium unitatem. hoc autem ad substantiam panis et vini pertinet ex multis granis et vuis.

Sed contra est Ambrosius in lib. de sacramentis

Dicendum contra errorem quorumdam q in hoc sacramento non manet substantia panis aut vini. qr nihil potest esse ubi prius non erat nisi per loci mutationem. vel per conversionem alterius in ipsum. corpus autem Christi non movet a coelo ut incipiat esse in hoc sacramento. tum qr coelum desereret

UVA.BHSC

ret, tum qr non posset omnia intermedia loca pertransire. tum qr simul non posset in pluribus altaribus (ut fit) presens in sacrificio fieri. Relinquitur ergo q. fiat presens permutationem substantie panis et ~~sanguinis~~ vini in corpus et sanguinem eius quod ex forma ipsa consecrationis. ex veneratione ecclesie ad sacramentales species. et ex ritu quo post cibum sumptum sacerdotes prohibentur (et alij similiter) hoc sumere sacramentum. et non prohibentur sumere unam hostiam consecratam post aliam ~~colligitur sine omni dubitatione~~. / Ad 1. Rr q. intelligitur locus sic q. coniugavit divinitatem suam. id est divinam virtutem pani et vino non ut remaneant sed ut inde faciat corpus et sanguinem suum / Ad 2. q. in alijs sacramentis non manet Christus realiter sicut in isto / Ad 3. q. species panis et vini que remanent sufficiunt ad significationem huius sacramenti. nam per accidentia cognoscitur ratio substantiae.

Ar. 3. Vm substantia panis et vini post consecrationem annihiletur?

Et videtur q. sic aut q. in materiam pristinam ~~materiam~~ resoluatur. qr non manet ibi neq. est signare locum ubi sit / 2. qr in mutatione substantiali (aut etiam accidentali) ut cum ex aere fit ignis. forma aeris que est terminus a quo non manet nisi in potentia materiae ergo et similiter in hoc sacramento in quo substantia panis et vini se habet ut terminus a quo corpus autem et sanguis. ut terminus ad quem prout innuit Ambrosius in lib. de offic. 3. qr duo contradictoria nequeunt esse simul vera sed facta consecratione. hec est falsa. substan-

UVA.BHSC

tantia Panis et vini est aliquid. ergo hæc est vera substantia panis et vini est nihil, Sed contra est q. Augustinus lib. 83. dicit deum non esse causam tendendi in nihilum, Dicendum (contra quosdam) q. neq; substantia panis et vini resoluit in præiacentem materiam. qr hæc non esset materia prima (ad quam non potest fieri resolutio) sed quatuor elementa quæ sensibiliter apparerent qr discederent per motum localem. et tunc sub aliqua parte hostiæ simul essent corpus Christi cum substantia panis. q. si incipiat fieri ante consecrationem erit dare aliquod tempus in quo sub aliqua parte hostiæ neq; erit substantia panis. neq; corpus Christi neq; prædicta substantia annihilat (ut aiunt) qr corpus Christi incipit esse in hoc sacramento per conversionem substantiæ panis in ipsum quod etiam ex verbis formæ colligitur cum dicit hoc est corpus. et non hic est corpus.

si fieret in ultimo instanti suæ consecrationis

Ad. 1. Rr q. neq; aer ex quo generat ignis licet non sit ibi est annihilatus / Ad. 2. q. ibi succedit forma formæ. hic vero substantia convertitur in substantiam / Ad. 3. q. ad hoc ut ibi non sit annihilatio sufficit q. id in quod convertitur substantia panis sit aliquid.

Ar. 4 Vni Panis possit convertiri in corpus Christi?

Et videt q. non qr non est dare aliquod subiectum substantiæ panis et corporis Christi qr de ratione substantiæ est non esse in subiecto ut dicitur in prædicamentis / 2. qr sic forma corporis Christi inciperet esse in materia panis. sicut forma ignis in materia aeris ex quo generat / 3. qr hæc forma N. q. albedinis non-

UVA.BHSC

potest fieri ingredo. ergo neq; hęc materia panis quę est principium materialis distinctionis potest fieri materia distinctiua corporis Christi. Sed contra est Pregorius Emissenus Dicendum q; hęc conuersio substantię panis in corpus Christi non est similis conuersionibus naturalibus sed est omnino supernaturalis ut docet Ambrosius in lib. de sacramentis de partu Virginis loquens. et Chrisostho Ioannis. 6. q; cuiuslibet agentis naturalis uirtus est determinata et secundum formam deus autem est actus infinitus cuius actio se extendit ad totam naturam entis ac proinde non solum potest perficere conuersionem formę in formam siue formalem. sed conuersionem totius entis ut scilicet tota substantia huius conuertatur in totam substantiam illius. ac proinde hęc conuersio potest proprio nomine Transubstantiatio appellari.

Ad 1. Rr q; procedit de conuersione formali hęc autem conuersio est sicut in subiecto in utraq; substantia, sicut numerus, et ordo.

Ad 2. similiter q; procedit de mutatione formali non de conuersione totius substantię cuius non est accipere aliquod subiectum.

Ad 3. q; non procedit de virtute agentis infiniti et utriq; formę et utriq; materię est communis natura entis. et id quod est entitatis in una potest actor entis conuertere in id quod est entitatis in altera. sublato eo per quod ab illa distinguebat.

Ar. 5. Vm in hoc sacramento remaneant accidentia Panis et Vini.

Et uidet q; non q; remoto priori scilicet substantia panis et uini remouet et posterius ut dicitur. 7. metaphys. 2. q; per accidentia

UVA.BHSC

tia iudicat de substantia. at in sacra-
mento ueritatis nulla debet esse deceptio,
3. qr fides nostra licet sit supra rationē
non tamen est contra eam at ratio ex
sensibꝰ cognitionem accipit contra quos
est q sensus iudicet esse panem et fides
esse corpus Christi / 4. qr sic accidentia es-
sent subiectum mutationis quod esse
non potest. qr accidentis non est accidens
Sed contra est August. in Lib. sent. Prosp.
Dicendum q sensibꝰ percipit facta con-
secratione accidentia omnia panis et vi-
ni remanere. et hoc congruentissime
Primo ut sub illis speciebus manducet
corpus dominicum quod in propria specie
horribile esset manducare. Secundo ne
fieret in irrisionem infidelium. et ter-
tio ad meritum fidei nostre dum inuisi-
bile visibiliter manducat et bibitur.
Ad. 1. Rr q, ut dicit in lib. de causis effec-
tus plus dependet a causa prima, qz a causa
secunda: et sic etc. / Ad. 2. q sensus nō
decipiunt qr iudicant de accidentibꝰ si-
bi notis. intellectus autem ad quem per-
tinet (ut dicit in. 3. de anima) de substan-
tia iudicare per fidem a deceptione pre-
seruat / et sic Rr ad. 3. / Ad. 4. q hec
conuersio proprie non habet subiectum
accidentia tamen, que remanent habent
aliquam similitudinem subiecti ~

Ar. 6. vm facta consecratione rema-
neat forma substantialis Panis.

Et iudet q sic qr manent accidentia panis
autem forma (cum sit quoddam artificiale)
est

UVA.BHSC

est quoddam accidens). 2. qr forma corporis Christi est anima. (ut 2 de anima edocemur) sed non potest dici q. forma substantialis panis conuertatur in animam. 3. qr accidentia non possent (ut de facto faciunt) nutrire et effectus substantiae causare) sed contra omnino est q. substantia panis conuertitur in corpus Christi. ergo et forma substantialis ipsius.

Dicendum q. omnino fallunt qui simul cum accidentibus putant facta consecratione manere formam substantialem panis. Primo qr sic sola materia conuerteretur in corpus Christi quod repugnat formae sacramenti. Secundo qr uel maneret in materia et sic maneret tota panis substantia uel sine materia et sic esset forma intelligibilis actu et per consequens intelligens. Tertio qr esset inconueniens huic sacramento in quo manent accidentia, ut sub eis uideatur corpus domini. Ad 1. Rr q. arte potest produci aliquid cuius forma sit substantialis sicut ranae et serpentes. Ad 2. q. forma panis conuertitur in formam corporis Christi secundum q. dat esse corporeum. non autem secundum q. dat esse animatum tali anima. Ad 3. q. operationes quae sequuntur panem non ratione ipsorum accidentium, sed ratione materiae ut conuerti in aliud, aut ratione formae ut q. confirmet cor hominis miraculose conferunt ipsis accidentibus post consecrationem.

virtute naturalium principiorum

Ar 7. Vm ista conuersio fiat in instanti

Et uidet q. non in hac enim conuersione (ti. prius est substantia panis et postea substantia corporis Christi. ac proinde erunt duo instantia in

UVA.BHSC

interquæ mediat tempus / 2. qr hic est fieri et factum esse. quorum alterum præcedit / 3. qr ut ait Ambrosius istud sacramentum Christi sermone conficit, at sermo successive profert / Lib. de Sacram.

Sed contra est q perficit virtute infinita quæ in instanti operat

Dicendum q aliqua mutatio est instantanea triplici ratione. primo ex parte formæ quæ est terminus ipsius si enim est substantialis magis aut minus non admittit. Secundo ex parte subiecti ultimate dispositi sicut lumen recipit in aere. et Tertio ex parte agentis si sit infinitæ virtutis, et his tribus modis Hæc conversio est instantanea. / omnis

Ad 1. Rr q quidam decepti sunt existimantes posse dari duo instantia immediata quando referuntur ad diversa et non ad eundem motum qualia dicunt instans finis quietis et principij motus. Alij dixerunt dari ista instantia immediata in motibus non dependentibus ex motu coeli sicut diximus de angelis sed hoc non est ad ~~hoc~~ propositum præsens / Alij q hic sunt duo instantia ex parte mensuratorum. sed non mensurantis. sicut duobus punctis linearum locatarum respondet unum punctum in loco. sed hoc est loqui de mensura extrinseca. Alij q sunt duo instantia secundum rationem et non secundum rem. et hoc nihil est dicere. Et ideo dicendum est q ultimum instans prolationis verborum. est primum instans in quo est in sacramento corpus Christi. neq est dare ultimum instans. in quo est ibi substantia panis. sed ultimum tempus. iuxta doctrinam Philosophi 6. et 8 ~~et huiusmodi~~ physicorum / Ad. 2 q in mutationibus instantaneis simul est fieri et factum esse / Ad. 3. ex dictis q fit in ultimo instanti prolationis

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 8. Vm̄ Hæc sit falsa ex Pane fit corpus Christi?

Et videt q, sic qr omne ex quo fit aliquid est id quod fit illud sed non e conuerso, dicimus enim q ex albo fit nigrum. et q album fit nigrum. non tamen q ex hoc mine fiat nigrū ex. 1. phys. ergo si ex pane fit corpus Christi uerum erit dicere q, panis fit corpus Christi, quod uidet esse falsum / 2 qr fieri terminat ad esse. uel ad factum esse. sed hæc nunq̄ est uera, panis est corpus Christi. uel est factus corpus Christi. uel etiam erit corpus Christi / 3. qr hæc est falsa panis conuertit in corpus Christi (qr hæc conuersio uidet esse miraculosior q̄ creatio mundi) in quā tamen non dicit q, non ens conuertit in ens ergo et hæc est falsa ex pane fit corpus Christi. 4. qr illud ex quo fit aliquid potest esse illud semper autem est falsum dicere q, panis potest esse corpus Christi.

Sed contra est Ambrosius. in lib de sacramentis / Dicendum q, Hæc conuersio conuenit cum creatione et transmutatione naturali. qr in his tribus cōmunis est ordo terminorum. quo post hoc est illud. conuenit etiam cum creatione qr in neutra earum est aliquid cōmune subiectum utriq; extremorum et conuenit cum transmutatione naturali specialiter in duobus licet non similiter primo qr in utraq; unum extremorum transit in alterum (nam in creatione non ens non conuertit in ens) sed in hoc sacramento tota substantia panis in corpus Christi. in transmutatione naturali materia unius recipit formam alterius. Secundo conueniunt in hoc q, ut ubiq; remanet aliquid idem. quod

est aliaratio qr ——

non

UVA.BHSC

non accidit in creatione sed differenter
qr sic non remanet materia, sed accidentia
ex quibus colligit q in nullo predictorum triu
(cum extrema non sint simul) ~~non~~ potest
unum de altero predicari per verbum subs
tantiuum presentis temporis. non enim di
cimus non ens est ens: uel panis est corpus
Christi. uel aer est ignis. uel album est nigrum
quamuis propter ordinem extremorum in
omnibus possimus uti hac prepositione ex.
sed ~~[illegible]~~ in hac conuersione sicut in crea
tione qr nullum est subiectum ~~[illegible]~~ non po
test dici q unum extremum possit esse ali
ud. sicut in transmutatione naturali dici
mus q album potest esse nigrum. et aer potest
esse ignis (quamuis hec sit minus propria
scilicet per synedochem) Et eadem ratione
non potest propriedici q de non ente fiat ens
uel q de pane fiat corpus Christi qr ly. de
denotat conuenientiam in subiecto. quam
uis ratione accidentium que manent ea
dem predictae locutionum secundum ~~aliquam~~
similitudinem concedi possint. scilicet q pa
nis fit corpus Christi ~~[illegible]~~ et erit corpus Christi. et
q de pane fit corpus Christi. ut nomine pa
nis non ipsa panis substantia sed in uni
uersali id quod sub speciebus panis contine
tur / Ad. 1. Rr ex dictis. qr non procedit nisi se
cundum quamdam similitudinem ut dictum
est / Ad. 2 similiter qr in hac conuersione non
est comune subiectum / Ad. 3. q in hac conuer
sione est mirabilius q accidentia maneant si
ne subiecto etc. recipitur tamen conuersionis in
hoc sacramento. et non in creatione iuxta dicta
Ad. 4 q potentia pertinet ad subiectum, quod non
est accipere in hac conuersione que fit per solam
potentiam actiuam creatoris non passiuam crea
ture

uel q erit corpus Christi

aliquę

intelligatur

vel

UVA.BHSC

Quaestio 76 De modo quo Christus existit in hoc sacramento in 8 ar. Ar. 1. Vm totus Christus contineat in eo

Videtur quod non quia panis et vinum non possunt converti neque in divinitatem Christi, neque in eius animam / 2 quia Christus solum dicit Joan. 6. caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Sed sunt in eo plures aliae partes ut nervi et ossa et alia huiusmodi / 3. quia mensura panis et vini consecrati est minor multo, quam propria mensura corporis Christi ergo. Sed contra est Ambrosius in lib. de officijs / Dicendum secundum fidem quod totus Christus est in hoc sacramento. Sed aliquid est in hoc sacramento ex vi sacramenti, illud nimirum in quod ex vi et forma verborum convertitur substantia panis et vini. et aliquid est in eo ex naturali concomitantia illud scilicet quod realiter est coniunctum ei in quod directe praedicta conversio terminatur

Ad. 1. Respondeo quod divinitas et anima sunt in hoc sacramento ex concomitantia ut dicitur in concilio ephessino. Unde si in triduo mortis fieret consecratio in hoc sacramento non fuisset anima Christi neque ex vi sacramenti neque ex reali concomitantia / Ad. 2 quod ex vi sacramenti est totum corpus ac proinde ossa et nervi quae nomine carnis comestibilis intelliguntur. loco citato Joannis. 6 / Ad. 3. quod substantia corporis Christi et sanguinis sunt in hoc sacramento ex vi sacramenti. et per modum substantiae (quae in parva quantitate esse potest) et non per modum quantitatis, nec dimensiones panis convertuntur in dimensiones corporis Christi. nec sunt hic ex vi sacramenti —

Ar

UVA.BHSC

Ar. 2. Vm Totus Christus contineat sub utraq; specie sacramenti?

Et videt q non qr hoc sacramentum ad salutem fidelium ordinat non virtute specierum. sed contenti in eis. ergo altera earum esset superflua / 2. qr etiam sanguis est una ex partibus corporis ut dicitur in lib. de animalibus. ergo non debuit sicut neq; alie partes seorsum a corpore consecrari / 3. qr quod factum est iterum fieri non potest ergo neq; corpus iam consecratum sub specie panis potest incipere sub specie vini in eius consecratione.

Sed contra est glossa 1. corint. 11 / Dicendum q sine omni dubitatione tenendum est sub utraq; specie totum Christum contineri sed tamen sub specie panis corpus ex vi sacramenti. et sanguinem ex concomitantia sicut continet anima et divinitas. et e converso simili modo sub speciebus vini in triduo tamen mortis quando sanguis a corpore erat separatus ~~ex~~ si facta fuisset consecratio corpus sine sanguine sub speciebus panis. et sanguis sine corpore continere sub speciebus vini prout in se ipsis erant in rei veritate

Ad. 1. Rr q, fit seorsum consecratio ad significandam dominicam passionem. et ad usum cibi et potus. et tertio ad effectum qr corpus pro salute corporis. et sanguis est pro salute anime /

de partibus corporis

Ad. 2. q in passione solus sanguis fuit ab eo separatus. neq; os erat comminuendum ex eo ut habet. exod. 12 / Ad. 3. q in consecratione vini non fit ibi corpus Christi per se sed concomitanter

Ar. 3. Vm sit totus Christus sub qualibet parte specierum Panis. vel vini?

et

OVA BHSC

et videt q non qr species diuidi possunt in in
finitum ergo infinities esset in hoc sacramē
to. sed infinitum tam naturę qz gratię repug
nat / 2 qr corpus Christi cum sit organicum re
quirit partium distantiam ab inuicem. scili
cet oculi ab oculo etc. q esse non posset si quęuis
pars esset in quauis hostię parte / 3 qr corpus
Christi non transit in spiritum sed ueram cor
poris naturam retinet at de ratione corporis
est q sit quantum partium positionem ha
bens sed contra est Augustinus in quodam
sermone / Dicendum q cum substantia cor
poris Christi contineat in hoc sacramento ex ui
ipsius sacramenti quantitas autem dimensi
ua ex ui realis concomitantię corpus Christi
est in eo per modum substantię (quę indiffe
renter sub parua aut magna est quantitate
ut patet in substantia aquę quę in quantum
uis minima parte reperitur) et non est per
modum dimensionum quo quantitas dimen
siua corporis est sub quantitate dimensiua lo
ci et hoc non solum in partibus hostię diuisa
sed ut in singulis hostię integrę. qr in specu
lo fracto apparent diuersę imagines propter di
uersas reflexiones. sic autem est una tantum
consecratio / Ad 1. R q numerus sequitur
diuisionem ac proinde corpus Christi non dicit
plures esse in hostia integra / Ad 2 q natura
substantię precedit quantitatem dimensiuam
supra quam organica distantia fundatur quę re
peritur in ipso corpore Christi uero sed non secū
dum hanc distantiam comparat ad hoc sacra
mentum / Ad 3 q procedit de natura corpo
ris secundum quantitatem dimensiuam.

ut quidam solum modo concesserunt ponentes exemplum de imagine in integro et fracto speculo

ad quam directe terminat conuersio panis

Ar. 4 Vm̄ tota quantitas dimensi
ua corporis Christi sit in hoc sacram̄o?

UVA.BHSC

Et videtur q. non. qr totum corpus Christi continet in qualibet parte hostiae. sed nulla quantitas dimensiua continet in aliquo toto. et in qualibet parte eius / 2 qr duae quantitates dimensiuae nequeunt esse simul ex. 3. metaph. sed in hoc sacramento manet quantitas panis. ergo non corporis domini / 3. qr sic quantitas corporis Christi (ut pote longe maior) extenderet ultra quantitatem specierum et consecrationem verbis formae factam.

Sed contra est q. in hoc sacramento est tota substantia corporis Christi a qua non separat secundum esse. quantitas ipsius / Dicendum q. conuersio in hoc sacramento directe et ex ui verborum fit ad substantiam corporis Christi et non ad dimensiuam quantitatem quod patet ex eo q. manet quantitas panis sola eius substantia transeunte. qr tamen corpus Christi a sua non denudat quantitate dimensiua realiter et ab alijs accidentibus. Sine est q. ex ui realis concomitantiae est in hoc sacramento ipsius quantitas cum alijs etiam accidentibus / ex quo sequitur q. quantitas sequitur modum existendi substantiae et non proprium ut scilicet tota sit in toto et singulae partes in singulis partibus. et sic soluitur prima obiectio. Ad. 2 q. procederes si ambae quantitates essent secundum proprium modum secundum quem non est quantitas corporis Christi / Ad. 3. similiter.

Ar. 5 Vm corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco?

Et videtur q. sic. qr est sic taliter q. non est in alio

UVA.BHSC

alio loco altaris. ergo est diffinitiue. et sic cõ
tinet in specie siue superficie hostie con
secrata q, neq; excedit neq; excedit ergo
est circumscriptiue. qui sunt modi existendi
in loco / 2 q species panis non sunt uacuae
et ibi non est substantia panis. ergo corpus
christi replet illas tanq; locatum locum
3. q hic est corpus christi cum sua quanti
tate dimensiua et accidentibus. sed esse in
loco est accidens corporis ergo.
Sed contra est q, locus et locatum ut dicit
in. 4. phys. debent esse equalia.
Dicendum q, cum corpus christi in hoc sacra
mento sit per modum substantie et non per
modum quantitatis dimensiue qua loca
tum cõmensurat loco. non est tanq; in loco
sicut neq; in eis erat tanq; in loco substan
tia panis. ~~neq;~~ et quamuis substantia pa
nis precedens esset in loco medijs proprijs
dimensionibus. nullo tamen modo corpus
christi q comparat ad illum locum medi
antibus dimensionibus alienis. et dimensio
nes proprie corporis christi ad illum locum
mediante substantia. quod est contra ratio
nem corporis locati. // // // // //
Ad. 1. R. q non est ibi diffinitiue cum sit et
in coelo, et in alijs altaribus neq; circumscrip
tiue. ut ex dictis constat. q autem non sit ex
tra superficiem sacramenti. aut in alia par
te altaris pertinet ad hoc solum q incepe
rit ibi esse per conuersionem panis, et vini
Ad. 2. q, locus ille repletur speciebus sacramẽ
talibus. uel propter dimensiones quas habẽt,
uel saltem miraculose. sicut et subsistunt.
Ad. 3. q accidentia intrinseca corpori christi /
sunt in hoc sacramento per concomitantiam /
esse autem in loco est accidens extrinsecum /
./. ei-

in speciebus sa
cramentalibus

UVA.BHSC

Ar-

Ar. 6. Vm corpus sit hic mobiliter?

Et videt q, sic qr motis nobis mouent ea quæ sunt in nobis. ex. 2. topic. ergo si mouet sacramentum mouebit. et corpus Christi / 2. qr de figura scilicet agno paschali non debebat quidqz remanere usqz mane exod. 12. ergo neqz in hoc sacramento erit corpus Christi si reseruet in crastinum / 3. qr si remaneret in crastino remaneret etiam ibi corruptis speciebus qrabillis non dependet. ergo statim uel post modicum tempus desinit esse ibi. et ex consequenti est ibi mobiliter. //

Sed contra est q, corpus Christi quietum residet in coelo ergo non est hic mobiliter.

Dicendum q, Christus secundum esse quod habet in hoc sacramento non mouet per se secundum locum sed solum per accidens qr non est in eo ut in loco. similiter neqz mouet secundum hoc esse sacramentale quacunqz alia mutatione puta quantum ad hoc quod desinat esse sub hoc sacramento. qr de se habet esse indeficiens. et ita neqz per motum localem sui neqz per hoc q, ipse desinat esse desinit esse sub hoc sacramento. sed per hoc q, species sacramenti desinunt esse. ac proinde per se loquendo Christus immobiliter est in hoc sacramento.

Ad. 1. Rr q, procedit eo modo quo spiritualis substantia quæ est in nobis. mouet motis nobis / Ad. 2. q, quosdam sic mouit ratio adducta ut ea conuincerent sed fallunt. ut contra eos Cyrillus concludit. neqz enim figura debet ueritatem adæquare / Ad. 3. q, Christus desinit esse ibi desinentibus speciebus sicut et deus desinit esse dominus creatura deficiente

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 7. Vm corpus Christi prout est in hoc sacramento possit ab aliquo videri oculo saltem glorificato?

Et videt q. sic qr species quę ad hoc nostros oculos impediunt minime glorificatum impedire possunt qr a nullo potest impediri / 2. qr corpora gloriosa sanctorum configurabunt corpori glorioso Christi philip. 3. sed oculus Christi ~~[illegible]~~ hic videt se ipsum. ergo / 3. qr sancti in resurrectione ut dicit lucę 20 erunt ęquales angelis qui vident corpus Christi prout est in hoc sacramento. quin et dęmones huic sacramento inveniunt reverentiam exhibere. / Sed contra est q. nihil idem existens potest simul ab eodem videri in diversis speciebus sancti vero in gloria videbunt Christum regem in decore suo Isai. 33

Dicendum q. cum accidentia corporis Christi quę immutare possent visum in modo existendi in hoc sacramento sint per modum substantię et non habeant immediatam habitudinem neq. ad species sacramentales neq. ad corpora quę ipsum circumstant a nullo oculo corporali etiam ipsius Christi prout hic est videri potest neq. ab imaginatione percipi. sed a solo oculo spirituali qui est intellectus non naturali ipsius virtute licet sit angelicus (qr hic modus essendi est omnino supernaturalis) sed ab intellectu beato per participatam claritatem glorię vel ab intellectu viatoris per fidem dęmones autem credunt et contremiscunt ex evidentia signorum ut dicit Jacobi. 2

Ad. 1. Rr q. oculus noster corporeus impedit et velamine specierum et ut dictum est / Ad. 2. q. oculus Christi corporeus videt se ipsum hic. sed non existendi modum. et cum eius oculus sit etiam in hoc sacramento non conformat oculus gloriosus / Ad. 3. q. angelus bonus vel malus non vident oculo corporeo

Ar. 1

UVA.BHSC

Ar. 8. Vm quando in hoc sacramento miraculose apparet caro vel puer. Sit ibi vere corpus Christi?

Et videtur q. sic qr tunc desinunt esse species sacramentales / 2. qr tunc ut patet non est sub specie sacramenti. neq; sub propria viri perfecti qua ascendit in coelum / 3. qr corpus et sanguis Christi sunt in hoc sacramento per consecrationem. at eiusmodi caro et sanguis apparentia non sunt consecrata nec conuersa in corpus et sanguinem Christi.

Sed contra est q. tali apparitione facta eadem reuerentia exhibet ei quod apparet.

Dicendum q. eiusmodi apparitio quandoq; fit immutatione facta solummodo ex parte iudentium (quod cognoscit vel qr non omnibus vel qr ad breue tempus fit apparitio) et tunc non desinit esse ibi corpus Christi. neq; est deceptio ut in simili dicit August. de quest. euangel. qr illud ordinat ad confirmandam ueritatem. quandoq; uero fit talis apparitio facta immutatione etiam ex parte specierum sacramentalium et tunc etiam non est illa propria species corporis Christi (licet quidam affirment) qr in propria specie non potest uideri nisi ubi diffinitiue continet. et cum eiusmodi apparitiones per multa tempora durauerint indecens esset corpori dominico. Ac proinde tenendum q. manentibus dimensionibus que prius fuerant fit miraculose immutatio circa alia accidentia puta figuram colorem etc. sine deceptione ut dictum est / Ad. 1. Rr q. in tali casu quandoq; species sacramentales totaliter manent in se ipsis quandoq; uero secundum id quod est principale in eis Ad. 2. et 3. Rr ex dictis qr dimensiones panis et uini consecrati manent immutatione in eis facta prout dictum est.

Quaes

UVA.BHSC

Quæstio 77 De accidentibus remanentibus in hoc sacramento in 8 articul. diuisa.

Ar. 1 Vm maneant sine subiecto? Et uidet q non qr est contra rerum ordinem et ad quamdam fallaciam uidet pertinere / 2 qr ad definitionem accidentis spectat esse in subiecto / 3 qr accidens indiuiduat ex subiecto. ergo eo remoto non remanerent sensibilia sed intelligibilia tantum / 4 qr sic essent simpliciora qz angeli qr non esset compositio ex materia et forma neqz ex esse et quod est.

Sed contra est Gregor. in homil. Pascha. / Dicendum q cum effectus magis dependeat a prima qz a secundis causis accidentia quæ manent in hoc sacramento diuina virtute sine subiecto. qr neqz sunt in substantia panis et uini neqz in eorum substantia liforma. neqz in substantia corporis et sanguinis Christi (maxime iam gloriosi) neqz in aere circunstante ut quidam dixerunt tum qr eorum accidentium non est capax. tum qr species cum mouent potius aerem expellunt tum qr idem numero accidens non transit de subiecto in subiectum tum qr aer simul haberet propria et aliena accidentia. nec potest dici q hoc fiat virtute consecrationis qr verba non efficiunt nisi quod significant / Ad 1 Rq non procedit ubi est specialis ordo gratiæ / Ad 2 q in esse actualiter non est de essentia accidentis / Ad 3 q manent virtute diuina in illo esse indiuiduali quod prius habebant et sic singularia et sensi /

UVA.BHSC

sibilia / Ad. 4 q manente substantia
panis et vini accidentia non habebant
esse sed subiectum tale esse per ea sicut
nix est alba per albedinem. sed post conse
crationem habent esse. et sunt compo
sita ex esse. et quod est sicut diximus
de angelis. et habent etiam cum hoc com
positionem partium quantitativarum
Ar. 2 Vm in hoc sacramento quan
titas dimensiua Panis uel vini
sit aliorum accidentiu subiectu.
Et uidet q non qr accidens non potest esse
accidentis subiectum. quod ad materiam
pertinet / 2. qr sicut quantitas indiuiduat ex
substantia. sic et alia accidentia. ergo
si ~~substantia~~ quantitas manet indiui-
duata ex esse in substantia prius habito
similiter et alia accidentia. et ex consequ
enti non sunt in quantitate sicut in sub
iecto. cum omne accidens indiuiduet
per suum subiectum / 3. qr inter alia ac
cidentia remanent rarum et densum que
necessario parum aut multum habent
de materia / 4. qr quantitas sine subiec
to est quantitas matematica que non
est subiectum qualitatum sensibiliu
Sed contra est q eiusmodi accidentia diui
dunt ad diuisionem quantitatis dimen
siue. / Dicendum q quantitas dimensi
ua est primum et principale accidens quod
sequit materiam et signat ipsam et
disponit ad formam ac proinde est indi
uiduationis principium et aliorum acci
dentium subiectum. Vnde et quidam in
1. metaphys posuerunt dimensiones esse
subs

cum sit forma quedam

UVA.BHSC

substantias corporum / et diuisio accidit substantie ratione quantitatis ut dicit 1. phys. quin et ipsa quantitas dimensiua secundum se habet quamdam indiuiduationem itaque possumus imaginari plures lineas eiusdem speciei separatas differentes positione.

ab alijs

Ad. 1. Rr q accidens dicit esse subiectum alterius sicut superficies albedinis. per se autem non potest esse subiectum. sed diuina virtute / Ad. 2. patet ex dictis. nam et alia accidentia secundum q erant in substantia panis indiuiduabant mediante quantitate / Ad. 3. q illa accidentia sicut et alia diuina virtute conseruant sine materia et substantia panis / Ad. 4 q quantitas mathematica abstrahit a materia sensibili que remanet in hoc sacramento non est mathematica.

que materiam consequunt

et ideo quantitas

Ar. 3. vm species que manent in hoc sacram. possint immutare aliquid extrinse

Et uidetur q non qr ex 7 phys simile a non (cum) nisi git in simile. at species dicte sunt sine materia. ergo non possunt immutare materiam exteriorem aliquam inducendo formam / 2 qr cessante actione principalis agentis (scilicet substantie panis) que non est hic, cessabit et omnis actio instrumenti scilicet accidentium / 3. qr ad minus non poterunt immutare ad formam substantialem. cum effectus non possit transcendere virtutem sue causae.

Sed contra est q sentiuntur. ergo immutant sensus. ex. 2. de anima.

Dicendum q cum eiusmodi accidentibus datum sit diuina virtute ut maneant in suo esse quod antea habebant substantia panis et vini existente

UVA.BHSC

te consequens est ut etiam remaneant in suo agere. et ideo omnem actionem quam habere poterant substantia panis et vini existente possunt habere substantia panis et vini transeunte in substantiam corporis et sanguinis christi. unde non est dubium q possunt mutare exteriora corpora / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. similiter / Ad. 3. q illa virtus instrumentalis conservat' divina virtute in illis speciebus sicut et prius erat ~

Ar. 4 Vm species sacramentales possint corrumpi? ~

Videt' q non qr corruptio accidit per separationem forme a materia. sed materia panis non manet in hoc sacramento ergo. Et / 2. qr nulla forma corrumpitur nisi corrupto subiecto. quod hic non est. 3. qr nec corrumpunt' naturaliter cum nullum subiectum sit ibi corruptionis. nec miraculose. qr miracula que hic contingunt sunt virtute consecrationis. per quam sacramentales species non corrumpunt' sed conseruantur)

Sed contrarium constat experientia ~

Dicendum q huiusmodi accidentia possunt corrumpi dupliciter (sicut et poterant substantia panis et vini manente) scilicet per se alteratione circa colorem et saporem facta aut additione et minutione circa quantitatem. vel per accidens corrupto esse quod divina virtute idem quod ante in eis permansit. et notandum q si talis fuerit corruptio

sive

UVA.BHSC

Sine immutatio in eiusmodi accidenti
bus quae sufficeret ad corruptionem panis
et vini non manebit sub eis substantia
corporis et sanguinis Christi quae pani et vi
no successit et ex hoc Rr ad primum / Ad
2 q species sacramentales habent idem es
se quod prius in materia habebant / Ad
3 q illa corruptio est naturalis miracu-
lum tamen supponens, sicut caecus mi-
raculose illuminatus naturaliter videt.

Ar. 5. Vm ex speciebus sacramenta libus possit aliquid generari?

Videt q non qr generatio fit supposita mate
ria / 2. qr ex re diversi generis scilicet accidē
ti non potest generari res alterius generis sci-
licet substantia / 3. qr generaret substantia
non nuda sed cum suis accidentibus at duo ex
uno generari non possunt. / Sed contra est expe
rientia si eiusmodi species comburantur putres
cant aut conterantur / Dicendum q cum corru
ptio unius sit generatio alterius ex 1 de genera
tione necesse est q ex speciebus corruptis aliquid
generet et hoc non ex aere circumstante (ut qui
dam posuerunt) qr her non suscipit dispositio
nes ad ea quae ex speciebus generari. neq fit e
iusmodi generatio (ut alij asserunt) ex subs
tantia panis et vini de novo adveniente post
corruptionem specierum, qr nisi per creatio
nem advenire non posset. et miracula quae ex
ipsa consecratione non originantur non sunt hic
admittenda. ac proinde Tenendum est q ~~quan
titati~~ miraculose dat ipsi quantitati q sit pri-
mum subiectum subsequentium formarum et om
ne illud quod ad materiam pertinet. et ideo ex vi
miraculi prioris generat ex speciebus quidquid ge
neraret ex substantia panis / et sic Rr. ad obiecta

docet experien
tia

UVA.BHSC

Ar

Ar. 6. Vm species sacramentales possint nutrire?

Et videtur q, non. qr Ambrosius in lib. de sacramentis dicit. non est iste panis qui vadit in corpus sed panis vitæ æternæ. at nõ nutrit nisi quod in corpus vadit. et eadem ratio est de vino / 2. qr. ut dicit in. 2 de anima ex eisdem nutrimur ex quibus sumus at sumus ex substantia et non ex accidẽtibus / 3. qr. ex 2. de anima. alimentum nutrit prout est quædam substantia. et auget prout est aliquid quantum /

Sed contra est glossa in illud. 1. corint. 13. alius quidem esurit. alius autem ebrius est

Dicendum sicut in superiori articulo q, huiusmodi species sicut convertunt in aliam substantiam quæ ex eis generat. sic et in substantiam aliti. ac proinde nutriunt non solum per modum refectionis aut confortationis cuiusdam. sicut odores, seducere, aliter et permanenter.

Ad. 1. Rr. q Ambrosius loquit de pane sumpto pro ipso pane mistico corpore scilicet Christi non pro pane. id est speciebus sacramentalibus panis / Ad. 2 q, sufficit dictum supra / Ad. 3. similiter qr habent virtutem substantiæ.

Ar. 7. Vm species sacramentales in hoc sacramento frangant?

Et videt q, non qr ex. 4. metheor. corpora dicunt frangibilia propter determinatam dispositionem pororum quod non potest attribui sacramentalibus speciebus / 2. qr fractionem sequit sonus species autem sacramenta

UVA.BHSC

tales non sunt sonabiles. qr ut dicit in 2. de anima sonabile est corpus durum habens superficiem lenem) 3. qr uerum Christi corpus est quod in hoc sacramento masticat et manducat. Joan. 6. at eiusdem cuius est manducari est frangi. ergo non est specierum. et huic attestat confessio Verengarij assentientis Romanę ecclesię.

Sed contra est q fractio fit per diuisionem quanti sic autem non diuidit corpus Christi incorruptibile, neqz substantia panis quę ibi nō est. Dicendum q sic non solum est fractio apparens et non uera ut quibusdam uisum est, neqz uera sine subiecto existente ut alijs sed uera et realis fractio in ipsis sacramentalibus speciebus quę sunt subiectum fractionis unde sicut species sacramentales sunt sacramentum corporis Christi ueri. ita fractio huiusmodi specierum est sacramentum dominicae passionis quę fuit in corpore Christi uero Ad. 1. Rr q sicut ibi manet rarum et densum sic manet porositas et frangibilitas / Ad. 2 q densitatem sequitur duritia / Ad. 3 q hic nō frangitur nisi quod manducat et masticat in propria specie scilicet species sacramentales corpus autem Christi non manducat sic. sed sub eis ut notat Augustinus. Joannis. 6. et sic intelligenda est confessio Verengarij.

Ar. 8. Vm uino consecrato possit alij quis licor cōmisceri?

Et uidet q non qr non poterit recipere qualitatem illarum specierum cum sint ibi sine subiecto / 2 qr non potest fieri unum neqz ex licore qui est substantia neqz ex licore et sanguine Christi et accidentibus

qui

UVA.BHSC

qui ratione suę incorruptibilitatis. neq; additionem suscipit neq; diminutionem. 3°. qr sic licor maneret consecratus sicut aqua quę miscet aquę benedictę. et ~~[illegible]~~ sanguis Christi ~~[illegible]~~ sine consecratione / 4 qr ad permistionem cuiuscunq; licoris corrumperent species sacramentales vini. et ita non esset mistio ut constat ex 1. de generatione / Sed contra est q ~~ad~~ experientiam constat ad eiusmodi species fieri mistionem sicut fieret existente ibi substantia vini.

qr magnum et parvum diversificant quantitatem.

Dicendum q cum eiusmodi species habeant modum essendi substantię sic et agendi et patiendi. quemadmodum si substantia ibi pręsens esset. ac proinde si licor adiunctus sit in tanta quantitate ut diffundat per totas species sacramentales sive sit eiusdem speciei cum illis sive alterius iam mistum erit aliud numero. et ibi non erit sanguis Christi. secus si licor admistus adeo parvus sit. ut per totum non diffundat tunc enim manebit sanguis ubi mistio non pertingit / Ad. 1. R. cum Innocentio 3. in quadam decretali q accidentia vinum appositum videntur afficere si enim apponatur aqua vini saporem assumit contingit igitur accidentia mutare subiectum cedente natura miraculo. nec idem numero accidens. quod fuit in vino ante consecrationem postmodum fit in vino apposito. sed talis permutatio fit per actionem / Ad. 2. q licor appositus non miscet substantię sanguinis Christi. sed speciebus sic q comistione facta corrumpunt. ~~[illegible]~~ et si quidem in toto cessat quęstio. si in parte vero erit una dimensio secundum continuitatem quantitatis. non tamen secundum modum essendi sicut suo modo cum miscentur duo metalla / Ad. 3. ex dictis. nec Innocentius contrarium vult in decret. prędicta //

vel in toto vel in parte.

nec

UVA.BHSC

nec est simile de aqua benedicta qr illa bene
dictio nullam immutationem facit circa subs
tantiam aquæ sicut consecratio vini. / Ad. 4
ex dictis. (licet quidam putarint q quantu
uis fiat parua licoris permistio substantia sa
guinis Christi desinit esse sub toto) qr magnum
et paruum diuersificant quantitatem dimē
siuam, non quantum ad eius essentiam, sed
quantum ad determinationem mensuræ

ratione inducta —

Quæstio 78. De Forma huius sacramenti in 6. articul. diuisa.

Ar. 1. vm Hæc sit forma huius sacramē
ti. Hoc est corpus meum. et Hic est ca
lix sanguinis mei. ~ // ~

Et uidet q non qr Christus consecrans Matth
26. Benedictiones præter dicta verba præmissit /
2. qr Eusebius Emissenus in forma commume
rare uidet illa verba accipite et comedite).
3. qr in dictis verbis non fit mentio de perso
na ministri. neq de actu eius sicut fit in
baptismo / 4. qr posset hoc sacramentum per
fici seclusis omnibus alijs quæ in missa dicū
tur. quod tamen non uidet admittendum
qr si solitarie proferant uident dici ex perso
na ministri / Sed contra est Ambrosius in
lib de sacramentis. / Dicendum q hoc sa
cramentum differt ab alijs qr perficit non
in usu materiæ consecratæ. sed in consecra
tione quæ consistit in quadam miraculosa cō
uersione substantiæ, quæ a solo deo perfici
potest. vnde minister in hoc sacramento perfi
ciendo non habet alium actum nisi prolatio
nem verborum ex persona ipsius Christi loquentis
Ad. 1. Rr q quibusdam uisum est Christum per

dictis solis verbis ~~perfici~~ —

materiæ. /

pro

UVA.BHSC

potestatem excellentię sine omni forma ver
borum consecrasse. et post modum ad hoc ut alij
consecrarent verba protulisse. cui opinioni
fauere uidet Innocentius Tertius. sed ipse
non determinatiue locutus est. Alij dicunt
alijs verbis ignotis consecrationem a Christo
fuisse factam. Alij q. prędicta benedictio fac
ta est eisdem verbis formę quibus nunc uti
mur. sed q. bis ea protulit semel consecran
do secrete. et iterum publice ad instruendū
sed his modis dicendi omissis. Rr q. ly dicens
importat concomitantiam prędictorum ver
borum formę ad prędecedentia. neq enim e
uangelistę ut ait Augustinus ~~euangelis~~
~~[illegible]~~ rerum gestarum ordinem semper ser
uant / Ad. 2. q. eusebius intelligit. de secun
da perfectione scilicet usu sacramenti istius
Ad 3 q. actus ministri in exercitio baptismi per
tinet ad eius essentiam / Ad. 4. q. omissis
alijs omnibus etiam quę in canone continē
tur. qui non est idem apud omnes. si prędu
ta formę verba cum intentione a minis
tro proferant perficiet sacramentum ut
ex Ambrosio citato constat. licet aliqui cō
trarium asseuerarint.

de consensu euangelist.

Ar. 2. Vm̄ Hæc sit conueniens forma
consecrationis Hoc est corpus meū.
et uidet q. conuenientius exprimeret ef
fectus formę si diceret hoc fit corpus meū /
2. qr ut ait Ambrosius verbo Christi quo
facta sunt omnia conficit hoc sacramentū
ergo conuenientius consecratio fieret per ver
bum imperatiui. dicendo Hoc sit corpus etc.

Panis

3.

UVA.BHSC

3° qr per subiectum huius locutionis im
portatur id quod conuertit. sicut per pre
dicatum id in quod conuertit. ergo sicut
a parte predicati ponitur nomen corpus, sic
a parte subiecti debuisset poni. hic panis.
3. qr ad determinatam personam in quam fit conuersio
debuisset dici Hoc est corpus Christi. / 5. qr
ly enim cum non sit de substantia forme
inconuenienter in quibusdam libris poni
tur / Sed contra est q, dominus Matth. 26
hac forma est usus. / Dicendum q, forma
huius sacramenti significare debuit effec
~~tum~~ id quod principaliter in eo perficitur
scilicet conuersionem substantie panis in
corpus Christi. in qua exprimant tria que
in eiusmodi conuersione reperiunt nimi
rum terminus a quo, conuersio ~~nem~~ ip
sa et terminus ad quem. conuersio au
tem. qr fit in instanti. non significat ut in
fieri sed ut in facto esse expresso termino
ad quem qui manet. ~~et~~ scilicet corpore Chris
ti. et ex parte termini ~~A quo~~ accidentibus
panis, qui esse desijt / Ad. 1. Rr q, fieri non
est ultimus effectus huius consecrationis / Ad
2. q, ~~hoc sacramento~~ in hac consecratione ope
rat verbum siue sermo diuinus effectiue et
sacramentaliter. id est secundum uim signi
ficationis. et sic per modum indicatiuum et
presentis temporis. sed in creatione operatus est so
lum effectiue per imperium sue sapientie ut
gen. 1. fiat lux / Ad. 3 q, terminus a quo non
retinet naturam sue substantie / Ad. 4. q per ly
Ho meum sufficienter exprimit prima persona

lo

UVA.BHSC

Loquentis scilicet Christi / Ad 5. q. ly enim apponit non tanq̃ necessarium sed de consuetudine Romanæ ecclesiæ a beato Petro derivata. ob continuationem præcedentium

Ar. 3. Vm hæc sit conveniens forma cõsecrationis vini Hic est calix sanguinis mei etc. Et videt q. non. q. sicut in consecratione panis ponit corpus Christi in recto sic et in consecratione calicis debuisset poni sanguis in quem fit conversio. et nõ in obliquo. et calix in recto. / 2. q. in consecratione panis sufficiunt illa verba. Hoc est enim corpus meum. ergo et in consecratione vini sufficit dicere hic est calix sanguinis mei / 3. q. testamentum novum pertinet ad internam inspirationem. ut hebr. 8. et Hierem. 31. habetur. ergo in sacramento quod visibiliter agit inconvenienter additur Novi testamenti / 4. q. illa verba Novi. et æterni. videntur implicationem importare contradictionis / 5. q. offendicula erroris sunt auferenda ut dicit Isai. 57. Sed quidam mistice solum putaverunt in hoc sacramento esse corpus et sanguinem domini ergo inconvenienter ponit illa particula Mysterium fidei / 6. q. magis est sacramentum charitatis ut supra diximus. sicut baptismus fidei / 7. q. totum hoc sacramentum est rememorativum dominicæ passionis. ergo non magis in forma consecrationis vini debuit fieri de ea mentio, q̃ in consecratione panis. præcipue cum corpus ipsum passum fuerit. Lucæ. 22 / 8. q. passio Christi sufficienter profuit omnibus efficaciter vero multis. ergo pro omnibus debuit dici in

ûsq̃ in Remissionem peccatorum.

1. corint. 11.

for.

UVA.BHSC

forma predicta aut pro multis sine eo quod ad
deretur pro vobis / 9. qr nullus euangelis
ta recitat predicta omnia verba a Christo do
mino fuisse prolata in consecrando /
Sed contra est usus ecclesie ab Apostolis ins
tructae / Dicendum (licet quidam affirma
uerint formam necessariam solum esse hic est
calix sanguinis mei) q, omnia predicta verba
sunt de necessitate forme. in quibus explica
t conuersio vini in sanguinem, que ad tria
(que in dicta etiam forma tangunt) ordinan
t scilicet ad introitum regni sanctorum. hebr. 10.
ad iustitiam ~~fidei~~ gratie que est per fidem Rom
3. et ad remouenda impedimenta peccatorum
hebr. 9 / Ad. 1. Rr q, ibi est metonimia continé
tis pro contento qr dat sanguis in potum et non
absolute. uel est metaphora qua calix pro
passione accipit. ut et matth. 26. transeat
a me calix iste. de qua in hac forma fit specia
lis mentio qr separatio sanguinis a corpore fu
it per passionem / et sic Rr ad. 2. quamuis et
de corpore insinuans passionem dixerit dominus
quod pro vobis tradet / Ad. 3. q, hic sanguis di
cit noui testamenti. qr iam non in figura. in
terna autem inspiratio ex huius sanguinis uir
tute procedit secundum q, passione Christi ius
tificamur / Ad. 4. q, misterium occultationem
importat. sed ueritatem non excludit / Ad. 6. /
q dicit misterium fidei quasi fidei speciale obiec /
tum. baptismus uero est fidei protestatio / Ad. 7
iam diximus cur specialius hic de passione et ef
fectu ipsius fiat mentio / Ad. 8 q, dicit pro vobis
id est iudeis. et pro multis. id est gentilibus. uel
pro uobis manducantibus. et pro multis. pro quibus
offert / Ad. 9. q, ~~[illegible]~~ texebant historiam ut di
cit

calicis

sanguinis se
orsum a corpo
re

Ad. 4. q, dicit no
uum ratione ex
hibitionis. et e
ternum ratio
ne eterne preor
dinationis et
glorie ad quam
est. et persone
Christi quam con
tinet.

euangelistae

UVA.BHSC

cit Dionisius in fine ecclesiasticę Hierarchię sed non intendebant tradere formas sacramẽtorum. quamuis prędicta fere omnia formę verba. ex diuersis scripturę locis colligant scilicet Lucę. 22/1 corint. 11. Matth. 26 et ex ecclesiastica traditione quam insinuat Apostolus loco modo citato. ego enim accepi a domino. q. et trad. uobis.

Ar. 4 vm Prędictis Verbis formarum insit aliqua uis creata effectiua consecrationis?) Et iudet q non qr in. 4 lib dicit Damascenus. q sola uirtute spiritus sti fit conuersio panis in corpus Christi. at eius modi uirtus est increata. ergo) 2. qr operam iraculosa maxime creationis. et hoc non possunt uirtute creata fieri / 3. qr prędicta verba nec sunt simplicia nec in instanti proferunt. sed consecratio fit in instanti. ergo. Sed contra est Ambrosius lib. de sacramentis arguens a fortiori de sermone domini creante quod omnino non erat)) Dicendum q dictum quorumdam asserentium in prędictis formis aut aliorum sacramentorum quin et in ipsis sacramentis nouę legis non esse aliquam instrumentalem uirtutem ad ipsorum sacramentorum effectus) et sanctorum dictis. et excellentię ipsorum sacramentorum. et pręcipue istius cęteris dignioris repugnat.

Ad. 1. R. q cum dicit solus faber facit cultellum non excludit uirtus martelli) Ad. 2 q procederet si creaturam ad eius modi opera poneremus causam principalem. in creatione uero non fuit aliquod extremum. in quod actio

UVA.BHSC

tio creaturę posset terminari. Et ideo non est similis. Ad 3. q. prędicta verba sacramē taliter operant et eorum virtus consequitur significationem. quę in prolatione ultimæ dictionis terminat. et ideo in ultimo instanti prolationis consequunt hanc virtutem. in ordine tamen ad pręcedentia. et hęc virtus est simplex ratione simplicis significati. licet in ipsis verbis prolatis sit quędam compositio.

Ar. 5. Vm Prædictæ locutiones sint veræ.

Et videt q. non. qr ly hoc cum profert adhuc demonstrat panem. qui non est corpus Christi 2. qr ly Hoc demonstrat ad sensum. sed ipsæ visibiles species sacramenti. neq; sunt ipsum corpus Christi. neq; accidentia corporis Christi ergo. 3. qr significando efficiunt, at significatio pręcedit effectum. ergo cum proferunt falsa sunt. Sed contra est q. proferunt ex persona Christi, qui est veritas Ioannis. 14.

Dicendum q. circa hoc multiplex fuit opinio. nā quidam asseruerunt verba materialiter recitative sumi. et importare demonstrationem conceptam. non exercitam. Alij fieri demonstrationem ad solum intellectum quorum utrumq; falsum est immo contra realitatem sacramenti. vnde alij dixerunt fieri demonstrationem ad sensum. sed pro ultimo instanti prolationis verborum. sicut cum quis dicit nunc taceo. sed hoc etiam stare non potest qr tunc sensus esset corpus meum est corpus meū, et ideo tenendum q. ly Hoc demonstrat contentum sub speciebus in generali taliter q. non sit panis neq; ipsum corpus Christi. neq; sit sensus q. panis

fit

UVA.BHSC

fit corpus Christi. aut q, corpus Christi sit cor/
pus Christi sed ~~cum~~ efficiunt significando,
(quod non contingit in alijs locutionibus) in/
ultimo prolationis instanti ac proinde non/
supponunt ~~rem significatam, sicut~~ ipsum
corpus Christi, sicut nec conceptio practica
quae est factiua rei ipsam rem supponit/
Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. similiter / Ad. 3
q, significatio huius locutionis praeintelligit
rei significatae ordine naturae. sicut causa
naturaliter est prior effectu. non tamen or
dine temporis.

Ar. 6. Vm forma consecrationis Panis con
sequat suum effectum anteq; perfi
ciat forma consecrationis vini

Et uidet q, non. qr sequeret q, inciperet in hoc
sacramento esse corpus Christi sine sanguine
2. qr unum est hoc sacramentum. ergo unum
habet complementum scilicet in ultima
consecratione. sicut et baptismus in tertia
immersione / 3. qr in ipsa consecratione pa
nis prima verba non assequunt effectum an
te ultimorum prolationem. ergo nec forma
quibus consecrat panis nisi praecedant ver
ba. quibus consecrat vinum ~

Sed contra est q, hostia statim ut consecrat
populo adoranda proponit

Dicendum q, consecratio specierum sacramen
talium non expectant se inuicem ut quidam
doctores antiqui asseruerunt. alias enim non
diceret hoc est sed hoc erit corpus meum / est
ergo res significata simul tempore cum ipsa lo
cutionis significatione / Ad. 1. Rr ex supra
dictis

UVA.BHSC

dictis q. sub speciebus panis consecratis per realem concomitantiam est sanguis. et e converso sub speciebus vini corpus / Ad. 2. q. hoc sacramentum est unum perfectione sed tres immersiones baptismi ordinant ad unum simplicem effectum / Ad. 3. q. verba diversa consecrationis panis constituunt veritatem unius locutionis. non autem sic verba diversarum formarum.

Quæstio. 79 De effectibus huius sacramenti in. 8. artic. diuisa.

Ar. 1. vm̄ Per hoc sacrum conferat grā.

Et videt q. non qr nutrimentum spirituale dat viventi iam spiritualiter per gratiam neq; dabit augmentum gratiæ qr hoc pertinet ad sacramentum confirmationis ut dictum est / 2. qr confert ut quædam refectio spiritualis. sed hoc magis videt pertinere ad ipsum usum gratiæ / 3. qr corpus Christi ut dictum est offert pro salute corporis. gratia autem non est in corpore tanq; in subiecto. ergo ad minus quantum ad corpus in hoc sacramento gratia non confert.

Sed contra Ioannis. 6. panis quem ego dabo caro est pro mundi vita.

Dicendum q. effectus huius sacramenti considerat primo ex parte contenti in eo scilicet Christi qui est panis viuus. ut cyrillus ponderat. et Ioannes dicit. Secundo ex parte reire præsentate scilicet passionis ut notat Chrisost Ioan. 19. Tertio ex parte modi quo confertur scilicet cibi et potus ut aduertit Ambrosius

qr sustentat auget, reparat. et delectat.

in

UVA.BHSC

in lib. de sacramentis / Quarto ex parte ipsa-
rum sacramentalium specierum. quae ex-
multis granis et uvis conficiunt ut Au-
gustinus ponderat. specialiter super Ioannem
ex quibus omnibus colligit q. cum Christus sit
causa gratiae. et spiritualis refectio. et gratia
sine charitate esse non possit. hoc sacramen-
tum gratiam confert , , , -

Ad 1. Rr q. hoc sacramentum ex seipso habet
virtutem gratiam conferendi taliter q. etiam
pueri ex voto ipsius gratiam consequuntur
ut dictum est. adulti vero in actuali ipsius
sumptione in gratia augent. non quidem eo mo-
do quo in confirmatione ad contra exteriores
inimicorum incursus. sed in seipsis perfectione
spirituali accepta / Ad. 2. q. hoc sacramentum
confert gratiam specialiter cum virtute cha-
ritatis. quod Damascenus comparat carbo-
ni quem vidit Isai. 6. qr carbo lignum sim-
plex non est sed unitum igni (scilicet divini-
tatis) quod ~~sicut~~ Gregorius docet in homilia pen-
tecostes. et 2. corint. 5. edocemur. unde a-
nima in hoc sacramento refuit. et delectat. ~~in~~
~~iuxta~~ illud cant. comedite amici. et inebria-
mini charissimi / Ad. 3. q. qr sacramenta ope-
rant salutem quam significant ideo secun-
dum quandam assimilationem dicit hoc
sacramentum offerri pro salute corporis. et
sanguis pro salute animae. quamvis utrum-
q3 ad salutem utriusq3 operet redundat ete-
nim ex anima effectus gratiae ad corpus. et
in hoc seculo. et in futuro.

Ar. 2 Vm effectus huius sacramenti
sit adeptio gloriae.

et.

sive materiae

omnes

excitando ad virtutum actus

qu

Et uidet q non qr est proprium uiatorum. unde et uiaticum dicit / 2. qr multi accipiunt hoc sacramentum (ut dicit August. 21. de ciuit dei.) qui non peruenient ad gloriam / 3. qr minus (quale est manducare Christum sic in specie aliena) non uidet posse causare maius. quale est frui ipso in specie propria sed contra Ioannis. 6. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum.

Dicendum q in hoc sacramento est considerare et id ex quo habet effectum scilicet corpus et sanguinem Christi siue ipse Christus contentus. et passionem repræsentatam et id per quod habet eiusmodi effectum scilicet usum eius et sacramentales species. et quantum ad utrum qz huic sacramento competit. q causet adeptionem vitæ æternæ. ut hebr. 9. constat et Augustinus. Ioannis. 6. docet

Ad. 1. Rr q sicut passio Christi in cuius uirtute hoc sacramentum operat est causa gloriæ non tamen statim conferendæ nisi prius compatiamur. ut habet Rom. 8. sic et hoc sacramentum ad eam suo tempore assequendam prestat uirtutem unde uiaticum dicit ad peruenendum in eam. ut. 3. reg. 19. figurat panis Heliædatus / Ad. 2. q nec effectum dominicæ passionis recipiunt qui ad eam non se habent ut debent / et similiter in hoc accidit sacramento ut docet Augustinus in Ioannem / Ad. 3. q hoc q Christus sub aliena specie sumitur pertinet ad rationem sacramenti. quod instrumentaliter agit. nihil autem prohibet causam instrumentalem producere potiorem effectum. sicut dictum est —

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 3. Vm effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis?

Videt q. sic. qr in collecta petimus ut sit remissio omnium delictorum / 2. qr confert gratia in virtute passionis Christi sicut et baptismus qui peccata mortalia remittit / 3. qr confert gratiam cuius est remittere peccata —

Sed contra est glossa. 1. corint. 11. asserens in peccato accedentem ad hoc sacramentum maiorem sibi damnationem acquirere.

Dicendum q. hoc sacramentum de se gratiam confert qua remittunt peccata, sed si ex parte recipientis non sit uita spiritualis impedit eius effectus. qr est sacramentum uiuorum. ut habet in lib. de eccles. dogmat. ex uoto tamen ipsius contingere potest q. quis accipiat gratiam qua mortalia remittantur. et etiam si actualiter suscipiat a non perfecte contrito conscientiam tamen peccati non habente —//—

Ad. 1. Rr q. ibi petit remissio ab occultis. uel perfectior contritio. uel Robur virtutis et gratiæ

Ad 2. q. baptismus est quædam mortuorum regeneratio et sic non est simile / Ad 3. q. gratia collata in hoc sacramento est gratia collata vitam spiritualem habentibus.

Ar. 4. Vm Per hoc sacramentum remittantur Peccata Venialia?

Videt q. non qr est sacramentum charitatis cui peccata uenialia non contrariant, sed contrarium non tollit nisi per suum contrarium / 2. qr sic qua ratione unum tollerent et omnia et ex consequenti posset quis per multum tempus sine venialibus esse contradictum. 1. Ioan. 1. si di

xe

UVA.BHSC

xerimus q, peccatum non habemus ipsi nosse // ducimus / 3. qr contraria mutuo se expellunt // sed peccata uenialia non prohibent perceptionē huius sacramenti. ut dicit Augustinus Joan. 6 / Sed contra est Innocentius. 3. dicens q / delet uenialia. et cauet mortalia.

Dicendum q, in hoc sacramento tam ex parte / ipsius sacramenti (qr est cibus quo deperditus calor et feruor charitatis reparatur) qz ex parte effectus eius qui est charitas habet remittere uenialia quibus quotidie ob concupiscentiam inuoluimur. ut docet Ambrosius. lib. de sacramis (quantum ad habitum et actum)

Ad 1. Rr q, uenialia non contrariant habitui charitatis sed feruori actus ipsius qui excitat per hoc sacramentum ratione cuius uenialia tollunt / Ad. 2. q, bene potest Lmo in aliqua hora esse sine peccato uenialj. et locus solum intendit q, sancti uitam istam non ducunt sine uenialibus / Ad. 3. q, maior est uirtus charitatis cuius est hoc sacramentum, qz uenialium peccatorum quę totaliter non possunt impedire actum charitatis. et eadem ratio est de hoc sacramento —

Ar. 5. Vm Per hoc sacramentum tota poena peccati remittatur.

Et uidet q, sic qr recipit per ipsum uirtus passionis christi sicut per baptismum per quē tota poena remittit / 2 qr. ut Alexander Papa dicit nihil in sacrificijs maius esse potest qz corpus et sanguis christi. sed leuit. 4. et 5. per sacrificia illius legis remittebat peccatorum poena. ergo / 3. qr certum est q, per hoc sacramentum aliqua poena dimittit / siquidem ad hunc effectum missa celebrat ergo qua ratione pars poenę dimittit. dimittitur

to

UVA.BHSC

tota qr virtus Christi sic contenta est infinita) Sed contra est q, secundum hoc non esset homini alia poena iniungenda, sicut nec baptizato iniungit.
Dicendum q, hoc sacramentum ut sic prodest sumenti. ut autem est sacrificium prodest offerenti. et his pro quibus offert. et rursus ut sacramentum ex vi sacramenti confert gratiam cibantem et unit Christo sicut nutrimentum unitur nutrito et ex consequenti ob concomitantiam ad principalem effectum homo consequit remissionē poenę secundum modum suę deuotionis et feruoris. In quantum uero est sacrificium habet uim satisfactiuam sed cum in satisfactione magis attendat affectus offerentis q3 quantitas oblationis. ut constat Lucę 21 in duobus minutis vetulę [illegible] hoc sacrificiū quod in se est sufficientissimum ad satisfaciendum pro tota poena. fit ~~tamen~~ satisfactorium offerentibus. uel his pro quibus offert iuxta eorum deuotionem et quantitatem ipsius / Ad. 1. Rr q, baptismus dat quasi ad cōmoriendum culpę. et poenę ut diximus / Ad 2. q, alia sacrificia non operant satisfactionē neq3 quantum ad quantitatem oblationis. neq3 deuotionis offerentium / Ad. 3. q, non tollit tota poena ob defectū deuotionis humanę non ex defectu oblati.

Ar. 6. Vm̄ Per hoc sacramentum prę seruetur Homo a peccatis futuris?

Et uidet q, non qr multi digne sumentes illud relabunt et peccant / 2. qr eucharistia est sacramentum Charitatis quę amissibilis est per pec

UVA.BHSC

peccatum / 3. qr origo peccati. quę est lex pec
cati in membris nostris. Rom. 7 non tollit nic
q3 minus dicit nisi per baptismum ~
Sed contra. Joan. 6. Si quis ex ipso manducaverit non morietur. scilicet [redacted] morte spiri
tuali // Dicendum q, homo tam corporaliter
q3 spiritualiter a morte vel interius per ro
bur contra interiora corruptiua. quod fit per
cibum et medicinam quorum vices gerit hoc sa
cramentum ut dicit Augustinus super Joan.
vel exterius per arma contra exteriores im
pugnationes. quod etiam huic sacramento co
uenit per quod ut ait Chrisosthomus super Io
annem diabolo reddimur terribiles.
Ad. 1. Rr. q, effectus huius sacramenti recipi
tur in homine iuxta suscipientis naturam sci
licet liberam et potentem peccare / Ad. 2. q,
etiam charitas quantum est in se hominem
preseruat a peccato iuxta doctrinam Rom. 13.
sed liberum arbitrium mutabile manet in ma
lum / Ad. 3. q, hoc sacramentum licet non or
dinet directe ad diminutionem fomitis dimi
nuit tamen illum ex quadam consequentia
quatenus auget charitatem. ut docet August
lib. 83. qq. directe autem confirmat cor in
bono per quod preseruat homo a peccato ~/.

preseruat

et conditione

Ar. 7. Vm hoc sacramentum prosit alijs q3 sumentibus?

Et videt q, non qr est unius generis cum alijs
sacramentis. quę non prosunt nisi sumentib9 /
2. qr sic posset contingere q, absq3 actione pro
pria alio sumente hoc sacramentum consequę
ret quis gratiam gloriam. aut remissionem
venialium. qui sunt effectus huius sacramenti

3°.

UVA.BHSC

3°. qr sic magis prodesset alicui si multi su-
merent illud in multis hostijs in una mis-
sa consecratis, quod non tenet ecclesiae consue-
tudo / Sed contra est q in eius celebratione
pro multis alijs a sumente fit deprecatio
Dicendum q hoc sacramentum prout sacrifi-
cium est repraesentans Christi passionem qua
seipsum obtulit hostiam deo ut habet ephes.
5. prodest et sumentibus. et illis pro quibus of-
fert. inquantum autem est sacramentum
continens invisibilem gratiam sub specie visi-
bili prodest sumentibus. ut ex verbis canonis
missae colligit. et ex Matth. 26. et Lucae 22
ubi dicit qui pro vobis et pro multis effundet
Ad. 1. Rr q pre alijs hoc sacramentum habet q
sit sacrificium / Ad. 2. q sicut nec passio Chri-
sti hoc sacrificium non prodest nisi ei per
fidem et charitatem unitis ut dicit August
ad Renatum / Ad. 3. q sumptio pertinet ad
rationem sacramenti. oblatio vero ad rationem
sacrificij. nec qui celebrans plures hostias conse-
cratas sumit maiorem recipit gratiam nec
plura offert sacrificia sicut fit in pluribus missis

Ar. 8. Vm Per veniale Peccatum im-
pediatur effectus huius sacramenti

Et videt q non qr iuxta Augustinum peccata
quotidiana sive venialia spiritualem mandu-
cationem non impediunt / 2 qr effectum bap-
tismi (qui non est maioris virtutis q hoc sacramen-
tum) sola fictio impedit ad quam non pertinet
peccata venialia / 3. qr peccata venialia tol-
lunt per hoc sacramentum. ergo effectum eius im-
pedire non possunt / Sed contra est ~~Augustinus~~
lib.

Dan
cen

UVA.BHSC

lib. 4 dicens q. ignis eius, quod in nobis est desiderij est effectus huius sacramenti qui impedit per uenialia peccata

Dicendum q. per peccata uenialia preterita non impedit effectus huius sacramenti, qr post illa potest quis deuote accedere ad ipsum: per peccata tamen uenialia exercita quamuis non tollat effectus huius sacramenti, qui est gratia habitualis, impedit tamen effectus spiritualis refectionis et actualis dulcedinis. et charitas

Ad. 1. Rr q. accedens distractus cum actu peccati uenialis habitualiter quidem manducat spiritualiter, sed non actualiter / Ad. 2. q. baptismus non sic ordinat ad actualem feruorem charitatis sicut hoc sacramentum, sed ad primam perfectionem uitę habitualem / Ad. 3. q. procedit de venialibus preteritis, quę per hoc sacramentum tollunt.

Quaestio 80. De usu siue sumptione huius sacramenti in communi in 12. articulos diuisa.

Ar. 1. Vm debeant distingui duo modi manducandi corpus Christi

Et uidet q. non qr sicut hoc sacramentum est spiritualis cibus, sic baptismus spiritualis regeneratio. sed circa baptismum non distinguitur duplex modus sumendi. ergo / 2. qr sacramentalis manducatio ordinat ad spiritualem, ergo non debet contra eam diuidi. Siquidem ubi, unum est propter alterum ibi est unum tantum / 3. qr sic etiam antiqui patres hoc sacramentum spiritualiter manducassent. et modo superfluet sacramentalis manducatio cum per spiritualem consequamur eius effectum /

Sed contra omnino est glossa 1. corint. 11.

Di-

UVA.BHSC

Dicendum q, sicut perfectum contra imperfectum diuidit. ita sacramentalis manducatio perquam sumitur solum sacramentum sine effectu ipsius. diuidit contra spiritualem manducationem. perquam quis percipit effectum huius sacramenti quo spiritualiter homo christo coniungit per fidem et charitatem. Ad. 1. Rr q, etiam circa baptismum et alia sacramenta distinguit similis duplex susceptio. Sed in alijs perfectio sacramenti consistit ~~in consecratione~~ materiæ. in hoc autem in materiæ consecratione et ideo uterq; usus est consequens hoc sacramentum. in baptismo Item et sacramentis quæ imprimunt characterem. cum solum sacramentum suscipit recipit spiritualis characteris effectus / Ad. 2. q, sacramentalis manducatio quæ pertingit ad spiritualem non condistinguit ab ea / Ad. 3 q, etiam aliqui baptizant in uoto et baptismo flaminis. dicunt autem unum manducare et baptizari spiritualiter et non sacramentaliter illi qui desiderant sumere hæc sacramenta iam instituta. ~~et non~~ in figura solum sicut antiqui ut dicit. 1. corint. 10.

Ar. 2 Vm solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere?

Et uidet q, non nam in psalmo dicit panem angelorum. (idest christum) manducauit homo ut dicit glossa. non posset autem dici panis angelorum nisi illi ~~...~~ spiritualiter illum manducarent) 2. qr Augustinus dicit super Joannem q, est cibus sociorum prædestinatorum. ad quam pertinent angeli. 3. qr Augustinus de verbis domini dicit spiritualiter manducandum esse christum ut maneat in nobis et nos in ipso. at sic etiam manet in sanctis angelis. ergo) Sed contra est q, accedere ad

alta

UVA.BHSC

altare ubi ut August dicit in Joannem
hominibus conuenit ut ipse suadet ibi.
Dicendum q. angelis bene conuenit spiritua
liter manducare Christum cui per charita
tem uniunt sed spiritualiter manducare hoc
sacramentum et Christum sub sacramento
contentum proprie conuenit hominibus
Ad. 1 Rr q. manducatio Christi sub his specie
bus uelut deriuat ab illa manducatione qua
angeli ipsum manducant et ipso in propria
specie fruuntur in patria et ad ipsam ordina
tur et ideo principaliter dicit panis angelorum
Ad. 2 q. sacramenta proportionantur fi
dei et ideo manducare spiritualiter proprie
loquendo hominibus conuenit non angelis
qui clare deum uident. Ad 3 similiter q.
Christus in angelis beatis est per manifestam
visionem.

in propria specie

Ar. 3. Vm solus homo iustus possit Christum sacramentaliter manducare.

Videtur q. solus. qr August lib. de remedio
poenitentiae dicit ut quid paras dentem et uen
trem, crede et manducasti, sed credere in eum
est fidei formatae. ergo. 2 qr hoc sacramen
tum est charitatis. sed infideles non possunt
ipsum sacramentaliter sumere, ergo nec pecca
tores spiritualiter. 3. qr animalia bruta (qui
bus deo magis abominabilis est homo peccator)
non possunt sacramentaliter hoc sacramen
tum sumere. Sed contra est Augustinus Joan
nis 6. dum ex apostolo concludit iudicium
sibi manducare qui indigne sumit.
Dicendum q. fuit error quorundam antiquo
rum

qr est sacramentum fidei

UVA.BHSC

rum existimantium, quod corpus Christi desinebat esse sub speciebus cum primum a peccatorum lingua aut labijs pertingebat. etenim hoc est contra veritatem huius sacramenti sub cuius speciebus tandiu manet corpus et sanguis Christi quandiu maneret panis substantia si ibi esset ac proinde non solum iustus sed et peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest. Ad 1. R. q. illa verba et similia intelliguntur de spirituali manducatione quae peccatoribus non convenit et inde illorum error processit. Ad 2. q. infidelis sacramentaliter sumit ex parte sumpti licet non ex parte sumentis nisi intenderet recipere illud quod ecclesia confert quamvis non haberet fidem veram circa alios articulos vel etiam circa hoc sacramentum. Ad 3. q. non statim ut hoc sacramentum tangit a cane comedente vel a mure desinit ibi esse corpus Christi ut quidam putaverunt imo est ibi (sicut cum cadit in lutum) quandiu durant sacramentales species. nec derogat dignitati corporis Christi qui ab impijs voluit crucifigi. praesertim cum in hoc sacramento in seipso et propria specie non attrectetur. nec tamen mus aut canis (sicut neque ille qui nesciens quod hostia esset consecrata ipsam manducaret) dicet sacramentaliter manducare quia non utitur speciebus tanquam sacramento. et ideo quia hoc est omnino per accidens non cadit in divisione generis nec ponit tertius modus a sacramentali et spirituali.

Ar. 4 Vm Peccator sumens Christum Sacramentaliter peccet? et

sive manducati

sive manducantis propriolo quendo

UVA.BHSC

et videtur quod non quia non maioris dignitatis est corpus Christi sub aliena specie quam sub propria sed sub propria tangebant eum peccatores et non peccabant immo salvifiebant. Ut Lucae 7. et Matt. 14. constat. ergo / 2 quia hoc sacramentum est quaedam spiritualis medicina medicina autem infirmis peccatoribus adhibet. Matth. 9 / 3. quia hoc sacramentum continens Christum est de maximis bonis, quibus ut ait Augustinus lib. de liber. arbitrio nullus potest maleuti / 4. quia si peccaret quis tangendo et gustando hoc sacramentum similiter peccaret videndo illud, quod est contra usum ecclesiae, quae omnibus illud adorandum proponit / 5 quia ~~saltem~~ cum quis non habet conscientiam sui peccati (in quo non est iustificatus ut dicitur 1. Corint. 4) similiter accedendo ad hoc sacramentum peccaret, quod non est concedendum.

Sed contra est Apostolus 1. Corint. 11. et glossa ibi / Dicendum quod res huius sacramenti significata et contenta est ipsum corpus Christi verum. res autem significata et non contenta est corpus mysticum scilicet societas sanctorum cui se aggregari significat qui hoc sacramentum sumit ac proinde si in peccato mortali accedit fictionem sacrilegam et mortale peccatum committit.

Ad 1. R. quod Christus in propria specie non se praebebat hominibus tangendum in signum spiritualis unionis ad ipsum, maxime cum adhuc gerebat similitudinem carnis peccati. post resurrectionem enim Magdalenae in fide dubitanti (et in cuius existimatione nondum ascenderat ad patrem ut explicat Augustinus) se voluit palpandum praebere. et sic nec peccatoribus in hoc sacramento / Ad 2. quod

per charitatem /

UVA.BHSC

medicinæ purgatiuæ ut baptismus et pœ
nitentia dantur infirmis, sed confortati
uę iam a febribus liberatis sunt alias noce
rent. et sic est eucharistia — / Ad. 3. q. hoc
sacramento non possumus male uti (sicut
neq; virtutibus) tanq; principio malę ac
tionis. sed tanq; obiecto. sicut et malis be
ne uti possumus / Ad. 4. q. uisus solum at
tingit ipsas sacramentales species. gustus ue
ro ipsum Christi corpus percipit et sic a uidē
do hoc sacramentum non peccatores fideles
sed infideles arcent ut dicit Dionisius lib
ecclesiasticę Hierarchię / Ad. 5. q. non ha
bere conscientiam peccati potest contingere
re uel culpabiliter et sic accedere ad hoc
sacramentum peccatum est. secus si in
culpabiliter peccatum ignoret. et conscien
tia ipsius non habeat. tunc enim non dice
tur peccator

dant his qui /

ut dicit Augustinus

e contra

quis

Ar. 5. Vm accedere ad hoc sacramen
tum cum conscientia peccati sit
grauissimum omnium peccatorum

Videt q. sic qr peccatum Christum
occidentium fuit grauissimum. cui com
parat istud glossa. 1. corint. 11. / 2. qr hi
eronimus in quadam epistola asserit q.
sicut Iudas osculo filium hominis tradit
qui post oscula meretricis hoc sacramentum
osculat et sumit. sed multa alia peccata
grauiora sunt q; fornicatio. et peccatum
Iudę grauissimum. ergo / 3. qr grauior est
immunditia spiritualis q; corporalis. sed gra
uissimum peccatum est corpus Christi pro

ibi iuditium sibi manducat

Ii

UVA.BHSC

Iicere in sterquilinium. ergo et grauius in peccato sumere.

Sed contra uidet Augustinus Ioannis. 15 dicens q. in infidelitate continent omnia peccata. ac proinde grauissimum uidetur infidelitas " " " "

Dicendum q. per se et ex parte obiecti grauiora sunt peccata quę committunt contra diuinitatem. et deinde quę committunt contra humanitatem Christi domini ut innuit Matth. 12. et tertio quę committuntur contra sacramenta, quę ad humanitatem Christi pertinent. Sed si grauitas peccatorum consideret ex parte peccantis ~~et~~ per sic grauiora sunt quę ex malitia uel contemptu fiunt q3 quę ex ignorantia aut infirmitate. et ita grauius erit ad hoc sacramentum cum contemptu in peccato accedere, q3 ex timore ne deprehendat quis non accessisse. ac proinde accedere ad ipsum cum conscientia peccati grauius peccatum est q3 multa alia sed non omnium grauissimum. //

Ad. 1. Rr q. illa comparatio est secundum quamdam similitudinem, sed non secundum criminis quantitatem, qr illud fuit ex intentione nocendi Christum. et in specie propria / Ad. 2. ~~q~~ similiter qr fornicatio aut peccata carnalia subiciunt spiritum carni. grauius tamen est cum peccato infidelitatis accedere qr sic peccatur contra ipsum sacramentum q3 cum accedit fidelis in peccato qr sic delinquit contra ipsum usum sacramenti / Ad. 3. q. ~~illa~~ sic proiicere aut dare hoc sacramentum grauius peccatum est q3 in peccato illud accipere. tum ex parte intentionis. tum ex parte subiecti cui comedendum tradit

aut illud dare canibus.

sicut infidelitas et blasphemia.

per accidens scilicet.

proiicientis

UVA.BHSC Ar

Ar. 6. Vm̃ sacerdos debeat denegare hoc sacramentum peccatorj Petenti.

Et uidet q, sic qr ut dicit matth. 7. non est dandum sanctum canibus. etiam ob uitandam infamiam alicuius aut scandalum non est hoc sacramentum peccatori dandum / 2. qr minus malum uideret tunc eligendum. nimirum uel q, ei deneget comunio. uel q, det ei hostia non consecrata / 3. qr interdum dat corpus Christi fratribus conuentus et episcopus aut presbiter accusatus de crimine iubet comunicare et missas dicere ad criminis manifestationem. 2. q. 4. sed peccatores occultos non conuenit manifestare ne uerecundiam abiciant et liberius peccent ut ait Augustinus. in lib. de verbis dominj. Sed contra est idem Augustinus in illud ps almi. manducauerunt. et adorauerunt omnes pingues terre.

ergo

de crimine suspectis

Dicendum q, publicis peccatoribus ut pote ~~ex~~ iuditio ecclesiastico uel seculari conuictis. aut ex ipsa euidentia facti hoc sacramentum denegandum est. ut Cyprianus in quadam epistola consultus de Histrionibus et quodam mago respondit. occultis tamen peccatoribus qr post baptismum ad id ius habent denegari non debet si petant. ut docet glossa. 1. corint. 5. Potest tamen sacerdos conscius criminis occultum peccatorem occulte monere. et generaliter omnes ne ad hoc sacramentum accedant anteq; de peccatis poenituerint. post poenitentiam enim etiam publicis

in publico

UVA.BHSC

blicis peccatoribus non est eucharistia de ne-
ganda precipue in mortis articulo ut le-
gitur in concilio Cartaginensi -
Ad. 1. Rr ex dictis. quia occulta sunt diuino
iuditio reseruanda / Ad. 2. q. licet peccato-
ri sumenti satius esset infamari quam in pec-
cato accedere. non tamen sacerdos debet cum
sui iactura (scilicet dando indigno publico)
alterius commodo subuenire. ut docet Augus-
tinus in quest. supergenesim. Hostiam ue-
ro non consecratam porrigere esset idolatran-
di occasionem prebere quod faciendum non
est ut ex Augustino. et extra de celebratio-
ne missarum cap. de homine colligitur / Ad. 3. q.
illa decreta sunt abrogata per Pontificum Romanorum contraria
documenta. ut habet extra de purgationi-
bus. cap. ex tuarum.

Ar. 7. Vm nocturna Pollutio aliquem impediat a sumptione huius Sacramenti?

Et uidet q. non quia non est peccatum ut innuit
Augustinus. 12 supergenes ad litteram /
2. quia ut Gregorius in epistola ad Aug. epis-
copum ait qui creandorum liberorum cau-
sa ad suam accedit uxorem non prohibe-
tur eucharistiam sumere / 3. quia alie im-
munditie corporales que olim impediebant
ab ingressu sanctorum ut fluxus sanguinis
menstruum et partus iam non impedi-
unt in noua lege. ergo nec nocturna pollu-
tio / 4 quia si pollutio prouenit ex causa ue-
niali non impedit. et si ex mortali poterit
quis mane conteri et confiteri / 5. quia nec fur-
tum aut homicidium somniatum impedi-
unt

UVA.BHSC

unt sumptionem huius sacramentj.
ergo multominus fornicatio somniata
cum pollutione subsequente.
Sed contra dicit. Leuit. 15. q. causat im
mundiciam usq; ad uesperum. at im
mundis non patet aditus ad sacramen
ta / Dicendum q. cum nocturna pollu
tio (scilicet in somnis) non sit desepe
catum attendendum est ad causam ex
qua ortum habet. scilicet uel spirituali ex
trinseca ut dæmonum illusione. uel ex in
trinseca. ut imaginatione quæ utraq;
potest esse mortalis ^ siquis scilicet dæ
moni non resistat impugnanti. aut tur
pibus cogitationibus fuerit delectatus.
aut uenialis. aut forte honesta cum stu
diorum causa in his quis immorat. et iux
ta grauitatem causæ erit et grauitas pol
lutionis. Potest etiam prouenire a cau
sa intrinseca corporali scilicet debilita
te naturæ aut cibi superfluitate et tunc
similiter aut uenialis aut mortalis.
impedit ergo de necessitate quando fue
rit mortalis ad eucharistiam accedere
quando uero fuerit uenialis ex quadam
est et sumenda aut seruanda lotio. et pannus
comburendus similiter. aut bene lotus ad idem
ministerium reseruandus. poenitentie autem
dierum ibidem apponuntur sacerdotibus circa
hec negligentibus iuxta culpae grauitatem et
specialiter si ex ebrietate. aut etiam infirmi
tate euomerint. aut ex eorum negligentia
putrescant species sacramentales. aut deper
dant. aut a mure corrodant. ex poenitentia
G Bede. et concilio Arelatensi. Notandum ue
ro q ubicunque species integre reperte fuerint
reuerenter sumende sunt. aut asseruande.

probabiliter constet

iuxta altare recondita

negotij et personarum

Quaestio. 84 De Sacramento Pae nitentie in. 10. articul. diuisa

Ar. 1. Vm Paenitentia sit sacramentum?

Et uidet q non. qr. 1. q. 1. ex Gregorio ideo bap
tismus Chrisma. et eucharistia dicunt sacra
menta qr in eis sub tegumento rerum corpo
ralium diuina uirtus secretius operat salutem
sed in poenitentia eiusmodi res corporales non
in

UVA.BHSC

inueniunt ergo / 2. qr sacramenta a minis
tris ecclesiæ dant. 1. corint. 4. sed pœnitentia
inspirat a deo interius. Hierem. 31 / 3. qr in
hoc sicut in alijs sacramentis non constat quid
sit sacramentum, res sacramenti. et sacra
mentum, et res simul /
Sed contra est q, per pœnitentiam sicut per bap
tismum remittunt peccata. ut Petrus dixit
Simoni actorum. 8
Dicendum q, cum sacramentum ut loco cita
to dicit gregorius consistat in aliqua celebra
tione cum res gesta ita fit ut aliquid signifi
catiue accipiamus, quod sancte accipiendum
est. Et hoc tam ex parte sacerdotis qz pœni
tentis inueniat. pœnitentia sacramentum
est / Ad. 1. Rr q, in sacramentis reperiunt
res sensibiles extrinsecæ. in alijs uero intrinsecæ
sicut sunt actus ipsius pœnitentis in hoc sa
cramento. nam et in medicinis corporalibus
quædam sunt exterius exhibitæ ut emplas
tra. et electuaria. quædam sunt ipsi actus sa
nandorum puta exercitationes quædam / Ad
2 q, in hoc sacramento materia non est extrin
secus adhibita sed actus pœnitentis complen
t autem per absolutionem sacerdotis / Ad
3. q, in pœnitentia sacramentum tantum est
actus exterior tam pœnitentis qz absoluentis:
res autem hoc sacramentum est pœnitentia in
terior peccatoris. et res tantum est remissio pec
cati. quorum primum totum simul sumptum
est causa secundi. Primum autem et secun
dum sunt quodam modo causa tertij.

Ar. 2 Vm peccata sint propria materia
Huius sacramenti?

Et uidetur q, non. qr materiæ sacramentorum sancti
fi

UVA.BHSC

ficant per aliqua verba prolata. at peccata sanctificari non possunt / 2. qr ut ait Augustinus in pœnitentia est necessarius vitę veteris dolor et detestatio. at ad vetustatem vitę etiam pœnalitates et non solum peccata pertinent / 3. qr neqz est contra originale. neqz contra veniale quod delet alijs remedijs. neqz contra mortale qr hoc tollit per confessionē peccatoris.

Sed contra dicit. 2. corint. 12. non egerunt pœnitentiam super immundicia etc.

Dicendum q materia proxima huius sacramenti sunt actus pœnitentis materia vero remota sunt peccata ut detestanda et destruenda / Ad. 1. Rr q procedit de materia proxima sacramenti / Ad. 2. vita vetus est obiectum pœnitentię non ratione pœnę sed culpę / Ad. 3. q pœnitentia proprie et principaliter est de mortali actuali. proprie quidē qr propria voluntate cōmittit et principaliter qr contra ipsum ordinat. de veniali vero est proprie sed non principaliter et de originali nec proprie nec principaliter. potest autem etiā de originali dici pœnitentia quatenus est generalis detestatio male actorum ut dicit August

Ar. 3. Vm Hæc sit forma huius sacramenti. Ego te absolvo.

Et videt q non qr non constat Christum eā instituisse in evangelio. et in usu ecclesię potius sunt absolutiones deprecativę. ut misereat tui omnipotens deus. vel absolutionē tribuat vobis / 2 qr Leo Papa dicit q indulgentia dei nisi supplicationibus sacerdotis nequit obtineri ergo debet esse per modum deprecationis / 3. qr

solus

UVA.BHSC

solus deus peccata remittit. quod est absoluere /
4. q. et Apostoli utentes potestate a deo sibi
data sanandi infirmos et uexatos a spiriti
bus non dicebant ego te sano. sed sanet te Chri
stus ut constat actorum 8. / 5. q. nec potest
exponi ego te absoluo. id est absolutum osten
do esset enim presumptionis temerarie cum
nisi per diuinam reuelationem constare non
possit ut dixit dominus Petro. Matth. 16 –
Sed contra est q. dominus dixit Petro quodcun
q. ligaueris super terram. et quod solueris etc.
Dicendum q. in quauis re perfectio et actio at
tribuitur forme. in hoc autem sacramento quod
se tenet ex parte poenitentis peccatoris habet
se ut materia. quod uero est ex parte sacerdo
tis ut forma. non autem consistit hoc sacramen
tum in consecratione materie. neq. in usu ma
terie consecrate ut alia sacramenta. sed potius
in remotione cuiusdam materie scilicet pec
catorum. que sunt quedam vincula ut dicit
prov. 5. et tollunt per formam huius sacra
menti. que est ego te absoluo.

ut eucharistia

Ad 1. R. q. ista forma sumitur ex verbis Christi
ad Petrum. alie autem absolutiones sunt ge
nerales et deprecatiue et premittunt ad abso
lutionem sacramentalem ad tollendum impe
dimenta ex parte poenitentis cuius actus hic
sunt materia. et non in baptismo et confirma
tione / Ad 2. q. procedit de hac premissione /
sed absolutionem dictam non negat / Ad 3
q. solus deus principaliter et auctoritatiue ab
soluit. sacerdotes uero ministerialiter unde
addunt in nomine patris et fil. et ss. Luc. non
sit necessarium / Ad 4 q. Apostolis non est data
potestas ut sanarent infirmos. sed ut ad ipsorum
preces

UVA.BHSC

preces infirmi sanarent. adhuc tamen Petrus infirmo dixit imperative actorum 3. surge et ambula / Ad. 5. q. illa non est bona expositio absolutionis predicte qr verba sumunt non solum significative. sed et effective quamvis impedibiliter ex parte suscipientis sacramentum. unde melior expositio esset ego te absolvo. id est sacramentum absolutionis tibi impendo

Ar. 4 Vm impositio manuum sacerdotis sit necessaria in hoc sacramento?

Videtur q. sic. qr Marci ultimo dicit super egros manus imponent. et b. h. at egri spiritualiter sunt peccatores / 2. qr in hoc sacramento recuperat spiritus sanctus et gratia ipsius qui datur actorum 8. et matt 19 per manuum impositionem / 3. qr neq in alijs sacramentis sufficiunt verba sacerdotis sine aliqua alia actione. abluit enim in baptismo etc.

Sed contra est q. nulla mentio de hac impositione manuum a domino facta est dum Petro et Apostolis alijs potestatem solvendi dedit. Dicendum q. impositio manuum denotat copiosum et excellentem gratie effectum, et sic imponunt manus in confirmatione et ordine. et nō in baptismo quamvis copiosa gratia infundat. neq est necessaria in poenitentia que ad remissionem peccatorum est ordinata /

Ad. 1. Rr q. illa manus impositio ordinat admiracula perficienda non tamen est sacramentalis / Ad. 2 q. non quelibet acceptio spiritus sancti poscit manuum impositionem / Ad. 3. q. procedit de illis sacramentis que perficiunt in usu materie,

UVA.BHSC

Ar.

Ar. 5. Vm hoc sacrum sit de necessitate salutis?

Et videtur q. non qr glossa in illud psalm. ait noli esse tristis si adsit tibi bona voluntas. at tristitia est quę salutem operatur est de ratione pœnitentię. 2. corint. 7. / 2. qr pro N. 10. et 15. remissio sive deletio peccatorum tribuitur charitati, fidei et misericordię. ergo non est necessaria pœnitentia / 3. qr sacramenta ecclesię initium habent ab institutione Christi sed ipse Joannis. 8. absolvit sine pœnitentia / sed contra dicit dominus Lucę 13. nisi pœnitentiam habueritis omnes simul peribitis. Dicendum q. baptismus qui est spiritualis regeneratio, et gratia sunt absolute homini necessaria ad salutem. pœnitentia vero non nisi ex suppositione peccati quod occidit animam ut dicit Jacobi. 1. et hęc constant. ex. 2 paral ultimo. et ex Augustino super Joannem dicente q. qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Ad. 1. Rr q. glossa procedit de bona voluntate non interrupta et interpollata per culpam / Ad. 2. q. illę virtutes sine pœnitentia non liberant hominem a peccato. qr charitas requirit dolorem de offensa in amicum commissa. et fides poscit ut per virtutem passionis Christi quę in sacramentis operatur iustificemur / et misericordia exigit ut quis pœnitendo subveniat suę miserię et animę placens deo eccli. 30 / Ad. 3. q. Christus per potestatem excellentię contulit effectum sacramenti pœnitentiæ licet non sine interiori pœnitentia, quam ipse in muliere est operatus.

qui seminant in lachrimis etc.

Ar. 6. Vm Pœnitentia sit secunda tabula post naufragium?

et

UVA.BHSC

Fuidet q non qr glossa in illud Isai. 3. peccatum suum quasi sodoma predicaverunt: dicit q secunda tabula post naufragium est peccata abscondere sed poenitentia ea potius detegit. ergo / 2. qr poenitentia est primum fundamentum ut innuit hebr. 6. quin et precedit baptismum iuxta illud act. 2 poenitentiam agite, et baptizet unusquisque vestrum / 3. qr omnia sacramenta sunt quedam remedia contra peccata. sed poenitentia non tenet secundum locum inter sacramenta. ergo. Sed contra est Hieronimus sic eam vocans Dicendum q baptismus confirmatio et eucharistia perse ordinant ad salutem hominis spiritualem sicut regeneratio. augmentum et nutrimentum in vita corporali. poenitentia vero per accidens sicut medicine supposita infirmitate ac proinde supponit ea que sunt perse. et dicit secunda tabula post naufragium. in qua navigio fracto saluant naufragi.

tabule idest /

Ad. 1. Rr. q abscondere peccata non confitendo non est secunda tabula sed impium ut dicit prov. 28. sed abscondere. idest secreto committere et non publice minuit eorum gravitatem. et sic intelligit glossa adducta / Ad. 2. q poenitentia ~~non~~ est fundamentum in secunda reedificatione. poenitentia vero que ante baptismum agit non est sacramentum / Ad. 3. qr tria prima sacramenta pertinent ad navem integram. respectu quorum poenitentia dicitur secunda tabula. Ar. 7. Vm hoc sacramentum convenienter fuerit in noua lege institutum?

UVA BHSC

Videtur q non qr pœnitere de malis est de iure naturali. ergo non indiguit institui in noua lege / 2. qr etiam in veteri lege fuit et sic quærit dominus Hierem. 8 qr nullus pœnitentiam agebat / 3. qr consequenter se habet ad baptismum sed videtur a domino instituta ante baptismum. dicitur enim Mat thei 4 pœnitentiam agite aprop. e regnum celorum / 4. qr Christus non videtur hoc sacramentum instituisse. siquidem eo non est usus sicut alijs usus est /

Sed contra dicit dominus Lucæ ultimo oportebat Christum pati. et resurg. a mort. et prædicari in nomine eius pœnitentiam et rem peccat. in omn. gentes -

Dicendum q materia præexistit formæ in natura et in sacramentis siue ea sit naturalis ut aqua in baptismo. siue artificialis ut panis in eucharistia. et sic in hoc sacramento a natura est q homo doleat et pœniteat de malis quæ fecit sed q hoc vel illo modo agat pœnitentiam est ex institutione diuina. Vnde dominus in principio prædicationis suæ non solum dixit hominibus ut pœniterent. sed ut pœnitentiam agerent id autem quod pertinet ad officium ministrorum determinauit Matth. 16 dans claues Petro. efficaciam uero et effectum huius sacramenti et eius originem manifestauit Lucæ ultimo post passionem et resurrectionem unde est ipsius efficacia et uirtus - et sic patet conuenienter hoc sacramentum fuisse in noua lege institutum.

Ad 1. Rr ex dictis et constat in ninivitis Ionæ 3. / Ad 2. q differenter determinata est pœnitentia in noua lege. ibi enim generalis

con /

UVA.BHSC

confessio sufficiebat. immo in ipsa oblatione pro peccato implicite fieri videbatur confessio sacerdoti / Ad. 3. q. si recte penset / quae dominus dixit de poenitentia fuerunt / post institutum baptisma scilicet post incarcerationem Ioannis. quamuis et ante baptismum quaedam requiritur poenitentia de qua actor 2. et de ea forte loqui potuit dominus / Ad. 4. q. Christus non est usus baptismo quem ipse instituit, sed est baptizatus baptismo Ioannis. nec actiue usus est suo ministerio. qr ipse communiter non baptizabat sed discipuli eius ut dicit Ioannis. 4. quamuis credendum sit q. discipulos suos baptizauerit ut dicit Augustinus ad Seleucianum. poenitentiae autem sacramento nec passiue (qr peccato caruit), neq. actiue (qr per potestatem excellentiae effectum ipsius communicabat) usus est. de eucharistia uero est alia ratio. memorialis. in quo ipse Christus est sacerdos et hostia.

excellentis /

Ar. 8. vm Poenitentia debeat durare usq. ad finem vitae.

et uidet q. non. qr statim ut peccator conteritur de peccatis remissionem eorum adipiscitur ut dicit ezechiel. 18 / 2. qr poenitentiam agere est incipientium. non sic proficientium et perfectorum / 3. qr secundum canones sicut ad alia sacramenta, sic ad poenitentiam sunt determinata tempora. tot annorum uel dierum / Sed contra est August. lib. de poenitentia Dicendum q. poenitentia interior debet durare usq. ad finem uitae debet enim homini displicere q. peccauerit, ne de nouo in peccatum incurrat

UVA.BHSC

rat. disciplicentia autem in eo qui est ca
pax doloris (qualessumus in uita presen
ti) dolorem causat. in patria enim erit
peccatorum displicentia sine dolore. Isai. 65
Pœnitentia uero exterior qua peccata con
fitemur sacerdoti. et ad arbitrium ipsius
satisfacimus determinato tempore con
cludit iuxta mensuram peccati. —
Ad. 1. Rr q. pœnitentia etiam preseruata
futuris peccatis ne incurrant. et sic conti
nuanda est / Ad. 2. q. pœnitentia inte
rior proficientibus et perfectis necessaria est
qr ut dicit in psalmo ascensiones disponunt
in valle lacrymarum. vnde Paulus 1. corint
15. dicebat non sum dignus uocari Apostolus
qr persec. 5. eccl. dei / Ad. 3 q. procedit de
pœnitentia exteriori /

Ar. 9 Vm Pœnitentia possit esse con tinua?

Et uidet q. non. qr Hierem. 31. dicit quiescat
uox tua a ploratu. et oculi tui a lachrymis /
2 qr de bono opere debet homo gaudere iux
ta illud psalmi seruite domino in lætitia sed
agere pœnitentiam est bonum opus: ergo si-
mul gauderet peccator et tristaret quod es
se non potest. ut dicit in 9. ethic / 3. qr 2
corint. 2 monet Apostolus ut consolemur
pœnitentem ne tristitia absorbeatur. ergo /
Sed contra est Augustinus in lib. de pœniten
tia /. Dicendum q. pœnitentia actualis
siue interior siue exterior continua esse
non potest cum somno et alijs similibus
interrumpi necesse sit. Pœnitentia tamen
habitualis continua esse debet. et quantum

et susceptiuus

UVA.BHSC ad

ad hoc q. nihil contrarium poeniten
tię faciat / Ad. 1. Rr q. procedit de
pœnitentia actuali / Ad. 2. q. gaudi
um et tristitia ut sunt passiones appeti
tus nullo modo possunt esse simul. bene
tamen prout sumunt pro simplici actu
uoluntatis, non quidem de eodem secū
dum idem, sed de diuersis, aut de eodem
secundum diuersa ut in casu argumen
ti. vnde Augustinus dicit in lib. de pœ
nitentia semper peccator doleat et de
dolore gaudeat / Ad. 3. q. consolatio
de qua ibi Apostolus loquitur est modera
tiua immoderatæ tristitię. non autem
totaliter ablatiua

Ar. 10 Vm̄ sacramentum Pœni tentiæ debeat iterari.

Et uidet q. non qr hęb. 6. dicit semel
illuminatos si relapsi fuerint non pos
sit rursus ad pœnitentiam renouari /
2 qr Ambrosius lib. de pœnitentia ait
q. qui ueram pœnitentiam agunt iterā
dam non putant. qr sicut unum est bap
tisma ita una est pœnitentia / 3. qr nō
legit q. dominus aliquem cęcum bis ad
uisum restituerit, aut eundem leprosum
bis sanauerit ergo neq. per pœnitentiam etc.
4. qr Gregorius ait q. pęnitentia est flen
da iterum non committere. Et Isidorus irri
sorem uocat et non pœnitentem eum qui
adhuc agit quod pœnitet / 5. qr baptismus
quia habet efficaciam ex passione Christi ob
passionis unitatem non iteratur, ergo simi
li

^ homilia quadragessimæ -

^ de sūmo bono

UVA.BHSC

liter nec pœnitentia / 6. qr Gregorius
ait q facilitas ueniæ incentiuum præbet
delinquendi. ergo ne deus tale incentiuũ
præbeat non debet locum dare reiteratio
ni pœnitentiæ /
Sed contra Matth. 18. dicit dominus Pe
tro non dico tibi ut dimittâs septies. sed
septuagies septies. ergo et multo magis do
minus poenitentiæ emittet
Dicendum (contra eos qui putabant cum
Nouatianis pœnitentiam non esse itera
bilem. et contra alios tantummodo se
mel posse iterari) Plures pœnitentiam
agi et iterari posse. non obstante graui
tate peccati. et charitatis perfectione qr
amissibilis est. Vnde et desperatio Chain
damnat genes. 4. et misericordia dei
comendat. 1. paral. ultimo
Ad. 1. Rr q illa renouatio ad pœnitentiã
intelligitur baptismalem putabant enim
quidam. q sicut baptismata siue lauacra
quibus purificabant hebrei iterabantur
sic et baptismus / Ad. 2. q Ambrosius lo
quit de pœnitentia solemni. quæ in ec
clesia non iterat / Ad. 3. cum Augustino
q plures cæcos sanauit et plures debiles nã
[illegible] et quo pacto medicus diceret qui semel unũ
morbum sciret curare. quamuis unum
cæcum non legit bis a cæcitate liberasse ut
quiuis timeat iungi peccato / Ad. 4. q cõ
missa quæ plangunt non sunt pro tunc ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ actu uel proposito cõmittenda sic enim
esset irrisio. alias sicut uere sedet qui antea cucur
rit. ~~et~~ sic uere poenituit quamuis postea pec
cet

peccanti fratri

qui dixerunt

in uero pœnitente

UVA.BHSC

cet / Ad. 5. q. pœnitentia habet virtutem ex passione Christi sicut spiritualis medicatio. baptismus vero sicut spiritualis regeneratio. quæ non iteratur / Ad. 6. q. ut ait Augustinus constat deo multum displicere peccata. qui semper presto est ea destruere. ne soluatur, quod creauit ne corrumpat quod amauit scilicet per desperationem.

Quæstio 85 De Sacramento Pœnitentiæ secundumq. est virtus in sex Articulos diuisa.

Ar. 1. vm̄ Pœnitentia sit virtus.

Et videtur q. non qr nullum aliud sacramentum est simul virtus / 2. qr secundum Philosophum̂ verecundia non est virtus qr habet corporalem immutationem. et est de turpi actu. sed hæc insunt etiam pœnitentiæ. ex Gregorio. ergo. / 3 qr̂ nullus est stultus eorum quæ sunt secundum virtutem. at stultum est dolere de cōmisso præterito. quod non potest non esse.

/ in. 4. ethic /

^ iuxta Philosophum loco citato.

Sed contra est q. dat præceptum de pœnitentia. Matth. 4.

Dicendum q. pœnitentia non prout est passio. sed prout est in voluntate cum electione recta dolendo scilicet de eo, quod dolendum est est virtus vel actus virtutis.

^ appetitus

Ad. 1. Rr q. in pœnitentia materia sunt actus humani. quod non sic contingit in alijs sacramentis / Ad. 2. q. procedit de pœnitentia ut est passio, neq. est contra rationem virtutis /

q /

UVA.BHSC

q, quis cōmisserit turpia facta de quibus oporteat eum pœnitere cum ex uitioso fiat virtuosus. est autem contra perfectionem virtutis. q, quis in præsenti habeat turpe factum de quo oporteat eū uerecundari / Ad. 3. q, conari ad præteritum cum intentione q, factum non fuerit est stultum. sed non sic est dolor pœnitentis ut dictum est.

Ar. 2. Vm̄ Pœnitentia sit specialis Virtus?

Et uidet q, non qr eiusdem rationis est gaudere de bonis prius actis, et dolere de malis perpetratis, sed eiusmodi gaudium non est specialis virtus. sed quedam charitatis affectus. ut dicit Augustinus. 14 de ciuit. dei. Et innuit Apostolus. 1. corint. 13. ex qo / 2 qr non uersat circa determinatā et specialem materiam. qr sunt materia eius peccata præterita circa quamcunq; materiam / 3 qr expellit omnia peccata, ergo omnibus contrariat, et per consequens non est specialis virtus.

Sed contra est q, de ea datur speciale præceptū. Dicendum q, cum habitus distinguant per actus et in pœnitentia inueniatur specialis actus laudabilis scilicet operari ad destructionem peccati, in quantum est dei offensa pœnitentia est specialis virtus.

Ad. 1. Rr q, imperatiue omnes actus uirtutum sunt a charitate, non tamen immediate et eliciuie. Sic ergo si in actu pœnitentis consideret sola disciplicentia peccati præteriti pertinet ad charitatem, sicut et gaudere de bono

sed

UVA.BHSC

Sed intentio operandi deletionem peccati preteriti requirit specialem uirtutem sub charitate / Ad 2. q. poenitentia omnia peccata respicit sub una ratione emendabilis ab homine cooperante ipsi deo / Ad 3. q. quelibet virtus specialis formaliter expellit habitum uitij oppositum. Sed poenitentia expellit omne peccatum effectiue ut dictum est. ac proinde non sequitur q. sit virtus generalis.

Ar. 3 Vm virtus Poenitentie sit virtus Iustitiae.

Et uidet q. non qr poenitentia ut pote que deo reconciliat habet ipsum pro obiecto. et ex consequenti est uirtus theologica / 2 qr poenitentia non consistit (sicut iustitia) in medio. sed in quodam planctus excessu ut monemur Hierem. 6 / 3. qr nec sub iustitia commutatiua, nec sub distributiua contineri uidet. ergo non est pars iustitiae / 4. qr glossa in illud Luce. 6. beati qui nunc flentis. fletum prudentie ascribit. ergo magis est ~~actus~~ prudentie q̄ iustitie species.

Sed contra est Augustinus in lib. de poenit. dicens q. ipsa est quedam dolentis vindicta puniens in se. quod commisisse se dolet. quod ad iustitiam spectat. ut dicit Cicero in sua Rhetor.

Dicendum q. poenitentia non habet q. sit virtus specialis ex hoc solo. q. dolet de peccato commisso (ad hoc enim sufficeret charitas) sed ex hoc. q. peccator dolet de peccato commisso in quantum est offensa dei cum emendationis proposito. emendatio autem eiusmodi requirit satisfactionem ex parte offendentis. cum aliqua retributione ad offensum. quod ad iustitiam

per

UVA.BHSC

pertinet non quidem simpliciter. (qr hęc est inter ęquales ut dicitur in. 5 ethic) sed ad iustitiam secundum quid. qualis est servi ad dominum. filij ad patrem, et uxoris ad virum. quibus peccator comparat in psalmo. Luc. 15. et Hierem. 3. , , , ,

Ad. 1. Rr q, materia pœnitentię non est deus sed actus ipsi humani circa deum sicut neq; illa circa quem exercet iustitia est ipsa iustitię materia/ Ad. 2 q, monemur ad excessum pœnitentię. qr quantumcunq; conemur deo reddere minus est q̄ quod ad ęqualem iustitiam sufficit/ ipso misericorditer opera nostra acceptante/ Ad. 3. q, sicut in beneficijs. sic et in offensis inuenit recompensatio vel uoluntaria peccantis. uel iudicatiua iudicis. quę utraq; sub iustitia commutatiua continet/ Ad 4. q, licet pœnitentia directe sit species iustitię. comprehendit tamē quodammodo ea, quę ad omnes virtutes pertinent tam morales, q̄ theologicas ut discurrenti patebit.

Ar. 4. Vm̄ Voluntas sit Proprium subiectum Pœnitentiæ.

Et uidet q, non qr pœnitentia est tristitię species. hęc autem est in appetitu concupiscibili/ 2. qr est vindicta. ergo pertinet ad irascibilem/. 3. qr est de pręterito. pręteritum autē ad memoriam pertinet/ 4. qr nihil agit ubi non est sed pœnitentia excludit peccatum ab omnibus uiribus animæ ergo in omnibus est sicut in subiecto/

Sed contra est q, pœnitentia est quoddam sacrificium spiritus contribulati. sacrificium autem ad uoluntatem spectat iuxta illud psalmi uoluntarie sacrificabo tibi. Di.

UVA.BHSC

Dicendum q. pœnitentia prout est passio est in appetitu concupiscibili tanquam tristitię species. Sed prout est virtus est in voluntate. cuius actus est propositum emendandi deo, quod contra ipsum commissum est. Ad. 1. Rr q. procedit de pœnitentia prout est passio / Ad. 2 q. vindictam appetere de alio pertinet ad irascibilem sed appetere vel facere vindictam ex ratione de se vel de alio pertinet ad voluntatem Ad. 3 q. memoria est apprehensiva preteriti quam appetiva supponit ad quam spectat pœnitentia / Ad. 4. q. quia voluntas movet omnes animę potentias non est inconveniens q. poenitentia in ea existens aliquid in singulis animæ potentijs operetur

ex passione

Ar. 5. Vm Principium Pœnitentię sit ex Timore?

Et videtur q. non quia incipit in displicentia peccatorum. quod est charitatis. ergo incipit ab amore / 2. quia ad poenitentiam provocamur per expectationem regni coelestis. Matth 3. et 4. at Regnum coelorum est obiectum spei. ergo ex spe procedit / 3. quia timor est actus quidam interior hominis. poenitentia vero procedit non ex opere hominis, sed dei iuxta illud Hierem. 31. postquam convertisti me egi poenitentiam.

Sed contra dicit Isai 26. et secundum unam litteram ibidem subdit a timore tuo domine concepimus et parturivimus spiritum salutis. Dicendum q. pœnitentia secundum q. est habitus principaliter infunditur a deo nobis dispositive operantibus. Secundum autem

q.

UVA.BHSC

q poenitentia dicit actum importat Pri-
mo conuersionem ipsius dei cui nos coope-
ramur. threnor. 3. Secundo actum fi-
dei. Tertio actum spei. quarto actum spei.
quinto motum charitatis. et sexto mo-
tum timoris filialis vnde patet q actus
poenitentiae a motu seruili procedit (sicut a
primo motu affectus) ab eo ordinatus a timo-
re autem filiali sicut ab immediato et
proximo principio.
Ad. 1. Rr ex dictis q prius est motus timo-
ris quam charitatis / Ad. 2 q in regno coe-
lorum ad propinquante intelligitur aduen-
tus Regis non solum premiantis sed etiam
punientis. ut Matth. 3. innuit Baptista
dicens progenies vip. q. u. d. f. a. v. ira /
Ad. 3. q ipse etiam actus timoris procedit
ab actu dei conuertentis cor. ut colligitur
deuteron. 5.

Ar. 6 Vm Poenitentia sit Prima Virtutum?

Videtur q sic qr Matth. 3. dicit glossa q pri-
ma virtus est per poenitentiam punire ue-
terem hominem / 2. qr poenitentia ordi-
natur ad recessum a malo qui prior est quam ac-
cessus ad bonum ad quem sunt aliae virtu-
tes / 3. qr ante poenitentiam est peccatum
in anima. ergo ipsa caeteris virtutibus viam
aperit / Sed contra est q ut diximus proce-
dit ex fide spe et charitate ergo non est pri-
ma virtutum /.
Dicendum q poenitentia quantum ad habi-
tum simul infunditur a deo cum alijs virtuti-
bus qr omnes sunt connexae. sed quantum ad
actum actus laudabiles aliquarum virtutum
ip.

UVA.BHSC

tempore — ipsam precedere possunt scilicet actus timoris servilis et fidei informis. Actus autem charitatis ordine naturæ ipsum poenitentiæ actum antecedit. et aliæ virtutes ordine perfectionis ipsam anteeunt quatenus ad salutem sunt simpliciter necessariæ. ipsa autem solum ex suppositione peccati.

naturæ et

Ad 1. R. q. glossa illa procedit quatenus actus poenitentiæ est prior tempore inter actus aliarum virtutum moralium / Ad 2. q. in motibus successivis prius est recedere a termino quam pervenire ad terminum et prius natura, quantum est ex parte subiecti sive secundum ordinem causæ materialis. sed econverso secundum ordinem causæ agentis et finalis præcipue in actibus animæ ut dicitur in. 2. phys / Ad. 3 q. poenitentia aperit viam expellendo peccatum per virtutem fidei et charitatis. sed in iustificatione impij simul cum motu liberi arbitrij in deum et in peccatum est remissio et infusio gratiæ cum cæteris virtutibus.

Quæstio 86. De effectu pœnitentiæ quantum ad remissionem peccatorum mortalium in. 6. ar. duo.

Ar. 1. vm Per pœnitentiam omnia peccata removeantur.

Et videtur q. non quia Hebr. 12 dicitur de Esau q. non invenit pœnitentiæ locum. et. 2. machab. 9. de Antiocho q. orabat scelestus deum a quo non erat misericordiam consecuturus

quam

UVA.BHSC

quamuis cum lacrimis requisisset eam / 2. qr. August. lib. de serm. domini in mõte dicit q. sæpe post peccatum deprecandi humilitas subiri non potest / 3. qr. Matth. 12 dicit dominus q. verbum contra spiritum sanctum non remittet, neq. in hoc seculo, neq. in futuro.

Sed contra Ezech. 18. omnium iniquitatum, quas operatus est non recordabor / Dicendum q. peccatum per poenitentiam nõ posse deleri potest intelligi uel ex parte subiecti. et hoc non habet locum nisi in dæmonibus et hominibus damnatis qui iam sunt in malo confirmati. licet poenitentiam infructuosam agentes ut habet sapientiæ. 5. homines enim in uia flexibile habent arbitrium et in manu dei pro. 21. ex parte uero poenitentiæ nullũ peccatum est remissibile tum qr. repugnat diuinæ misericordiæ præstabili super malitiam. Joel 2. tum qr. est contra uirtutem passionis Christi. et esset homo potẽtior in malo q. deus in bono. contra 1. Joã 2. ac proinde erroneum est dicere non posse per poenitentiam omnia peccata deleri in præsenti uita.

uel ex parte poenitentiæ

Ad. 1. q. Rr. esau non uere poenituit dixit enim uenient dies luctus patris mei et occidam fratrem meum / similiter Antiochus solum doluit de peccato ob infirmitatem corporalem / Ad. 2. q. Augustinus non impossibilitatem sed difficultatem insinuat / Ad. 3. Rr. similiter uel q. illud verbum uel blasphemia est impoenitentia finalis

Ar. 2. vm sine poenitentia pecca-
-ti. tum remitti possit?

et

UVA.BHSC

Fuit et q sic qr non est minor uirtus dei circa adultos qr circa paruulos. sed his remittit peccatum sine poenitentia. ergo et illis / 2. qr deus non alligauit uirtutē suam sacramentis / 3. qr etiam homo cuius misericordia est limitata remittit offensam sine poenitentia, qui inet iubet diligere inimicos. Matth. 5 / Sed contra Hierem. 18. dominus promittit condonare si poeniteant.

Dicendum q, sine sacramento poenitentie bene possunt peccata remitti. sed nō sine virtute poenitentie qua per gratiā condonat offensa in deum cōmissa per conuersionem ad ipsum deum contrariam conuersionis ad creaturam qua peccator a deo auersus erat. remissio enim peccati et offense que a deo fit causat bonitatem in eo qui offenderat. quod non facit homo homini offensam remittens. Ad. 1. Rr q peccatum paruulorum non consistit in actuali deordinatione sicut in adultis, sed in habituali que sine eorum actu per gratiam tollitur / Ad 2. q procedit de poenitentia sacramento Ad. 3. q misericordia dei est maior q̄ misericordia hominis in hoc q immutat uoluntatem hominis ad poenitendum quod misericordia hominis facere non potest

cum immutatione uoluntatis eius –

Ar. 3. vm̄ Per Poenitentiam possit unum peccatum sine alio remitti. et

UVA.BHSC

Fuidet q. sic qr Gregorius ~~in~~ illud Amos 4. pluiſuper unam ciuitatem et super aliam non pluiſ dicit quod quidam dum quedam uitia resecant in alijs grauiter perdurant / 2. qr Ambrosius super beati immaculati in via dicit ~~ubi dicit~~ q. etsi desit fides poena satisfacit et releuat / 3. qr peccata non sunt conexa. ergo et remitti possunt aliud sine alio / 4. qr peccata sunt debita que remitti poscimus nobis in oratione dominica. sed nos dimittimus unum peccatum sine alio. ergo et deus. / 5. qr peccata remittuntur per dilectionem dei. Hierem. 31. sed deus potest amare hominem quantum ad unum scilicet naturam, et odisse quantum ad aliud scilicet culpam. ergo similiter unum peccatum sine alio remittere —

super ezechiel exponens

Sed contra est August. in lib. de poenit.

Dicendum q. cum peccatum mortale remittat per gratiam que omnia delet et per poenitentiam que omnia detestat non potest unum sine alio remitti preterqq. ut dicit deutero 32 dei perfecta sunt opera et ut ait Augustinus lib. citato impium est a deo (que sua misericordia est) dimidiam spera reueniam —

Ad. 1. Rr q. Gregorius intelligit quantum ad cessationem ab actu unius peccati et non alterius quod non pertingit ad remissionem culpae / Ad. 2 q. fides ibi sumit pro conscientia peccati, quam quis non habet /

Ad.

UVA.BHSC

Ad. 3. q. peccata sunt connexa ex parte auersionis in qua omnia conueniunt et habent rationem offensę / Ad. 4. q. debitum rei exterioris N. g. pecunię non contrariat amicitię ex qua debitum remittit. sicut debitum culpę. vnde et apud homines esset ridiculum petere ueniam de una offensa et non de alia. Ad. 5. q. dilectio qua deus diligit naturam non ordinat ad bonum glorię a quo impedit homo per quodlibet peccatum mortale.

Ar 4 Vm̄ Remissa culpa per pœnitentiam remaneat reatus Pœnæ.

Et uidet q. non qr remota causa remouet effectus / 2. qr ut ait Apostolus Roman. 5. donum Christi est efficacius qd peccatum. sed peccando incurrit homo culpam et pœnę reatum. ergo multo magis per donum gratię simul remittit culpa et tollit pœnę reatus / 3. qr peccata remittunt per passionem Christi Rom. 3. sed hęc sufficientissime satisfacit ergo / Sed contra legit. 2 reg. 12. q. remisso peccato Dauidi morituus est puer natus de adulterio in poenam peccati.

Dicendum q. peccato mortali ex parte auersionis a deo incomutabili et ęterno bono respondet reatus pœnę ęternę. ex parte autem conuersionis ad creaturam respondet aliqua pœna temporalis vnde fit q. sublata per gratiam auersione a deo tollit reatus

pœ

UVA.BHSC

poenę ęternæ et remanet aliquatem / poralis poena soluenda iuxta culpę qualitatem ut dicit Apocal. 18.

Ad. 1. Rr q. remoto formali scilicet auersione a deo dicit peccatum tolli. nam conuersio tenet se ex parte materialis in peccato / Ad. 2 q. remissio culpæ et pœnę ęternæ pertinet ad gratiam dei operantem qua iustificat hominem a peccato. remissio uero pœnę temporalis ad gratiam cooperantem dei cum libero hominis arbitrio / Ad. 3. q. in baptismo participat ab homine totaliter tanq̃ a comortuo peccatis. in pœnitentia uero participatur uirtus eiusmodi passionis secundum modum proprio actiuum.

Ar. 5. Vm̃ Remissa culpa mortali tollant omnes reliquiæ peccati?

et uidet q. sic q. ut Augustinus dicit in lib de pœnitentia totum hominem et totaliter sanum fecit in sabbatho ut dicit in euangelio. et semper sic sanat / 2 q. homo peccando totam infectionem peccati incurrit ergo a tota liberat per pœnitentiam cum bonum fortius sit in agendo q̃ malum / 3 q. per exercitium hominis tollunt eiusmodi reliquię. ergo a fortiori per opus et remissionem dei

Sed contra est q. cum Marci. 8. dominus visum cęco restituit (qui figuram peccatoris gerit) paulatim perfecit. dum primo uidit homines tanq̃ arbores ambulantes /.

Dicendum q. ex conuersione inordinata ad bonum cõmutabile manet in peccatore quędam dispo

(sublato iam eo quod est ex parte auersionis per poenitentiam)

UVA.BHSC

dispositio aut habitus si affectus frequenter fuerit iteratus quæ peccatorum reliquiæ dicuntur licet iam diminutæ. et taliter q. homini nõ dominant. sicut post baptismum manet fomes ac proinde magis manent per modum dispositionum q̃ habituum) —

Ad. 1. Rr q. deus totum hominem curat et sanat. sed quandoq; subito sicut socrum simonis lucæ 4. quandoq; successive) Ad. 2. q. etiam peccatum quandoq; statim inducit debilem dispositionem. quandoq; fortiorem per multos actus causatam) Ad. 3. q. non unico actu humano tollunt omnes reliquiæ peccati sed paulatim proficiscit in melius ut dicit Philosophus in prædicamentis. hoc autẽ efficacius facit divina gratia, sive unico sive pluribus actibus.

tam corporaliter) q̃ spiritualiter)

Ar. 6 Vm Remissio culpæ sit effectus Pœnitentiæ.

Et videt q. non secundum q. est virtus. q. est principium humani actus. sed humanus actus non operat ad remissionem culpæ quæ est actus gratiæ operantis. ergo) 2. q. aliæ virtutes sunt potiores q̃ pœnitentia quibus non attribuit remissio culpæ) 3 q. remissio culpæ non fit nisi in virtute passionis Christi in qua pœnitentiæ sacramentum operat. ergo sacramento et non virtuti pœnitentiæ convenit peccatorum remissio sed contra est q. remissio peccatorum non potest esse sine pœnitentia virtute licet possit esse sine pœnitentia sacramento ut olim ante ipsius institutionem).

Dicendum q. pœnitentia virtus est princi

pi

UVA.BHSC

pium quorumdam actuum humanorum qui se habent materialiter ad sacramentum poenitentiae et dicunt ordinem ad claues ecclesiae. gratia autem in sacramentis principaliter causat a forma. sed non ob id non causat a materia. ac proinde remittere peccata principalius conuenit poenitentiae ut sacramento. minus tamen principaliter prout est uirtus.

Ad 1. Rr q in ~~remissione culpae~~ quae est effectus gratiae operantis simul concurrit gratiae infusio et remissio culpae. sed et motus liberi arbitrij in deum. qui est actus fidei formatae et motus liberi arbitrij in peccatum. qui est actus poenitentiae. qui sunt effectus eiusdem operantis gratiae / Ad 2 q in iustificatione impij non solum est actus poenitentiae. sed et fidei et charitatis quibus principalius tribuitur / Ad 3. q ad passionem Christi ordinatur actus poenitentiae virtutis et per fidem, et per ordinem ad claues ecclesiae / Ad id autem quod in contrarium adducit Rr q sine actu poenitentiae virtutis non potest fieri remissio culpae in quantum est inseparabilis effectus gratiae qua Principaliusquam per poenitentiae sacramentum culpa remittitur. neque tamen in lege ueteri aut naturae defuit omnino sacramentum poenitentiae ut supra dictum est.

iustificatione impij

non solum

Quaestio 87. De Remissione veni alium peccatorum in 4 art diuisa.

Ar. 1. Vm peccatum veniale possit remitti sine Poenitentia?

Et uidet q sic qr sine proposito non committendi ea possunt peccata uenialia remitti siquidem

UVA.BHSC

dem sine illis viuere non possumus / 2 qr
possunt remitti sine eorum displicentia
ut contingeret in eo qui dormiens occide
ret propter Christum / 3. qr per feruorē
charitatis tollunt (sicut et ipsum impe
diunt) qui tamen esse potest sine displicē
tia. Sed contra est Augustinus lib de pœnit.
dicens q. est quædam pœnitentia quæ quoti
die agit in ecclesia pro peccatis uenialibus)
Dicendum q. cum peccatum mortale omnino a
uertat a deo. ueniale uero solum modo retar
det uoluntatem et feruorem dilectionis im
pediat perfectior poenitentia requirit ad
remissionem mortalium et displicentia
talis nimirum qua homo singula quā
tum in se est diligenti facta inquisitione
det est et. ad uenialia uero quamuis nō
sufficiat habitualis dilectio et detestatio
(sic enim nullus in charitate existens ha
beret peccata uenialia) sufficit uirtualis
poenitentia et uirtualis displicentia re
quirit puta cum quis hoc modo fert secun
dum affectum in deum et res diuinas ut
quidquid sibi occurreret quod eum ab hoc
motu retardaret displiceret ei et doleret
se commisisse etiamsi actu de illo non cogita
ret. quod tamen non sufficit ad remissionē
peccati mortalis. nisi quantum ad peccata
oblita post diligentem inquisitionem —
Ad. 1. Rr q. in poenitentia uenialium suffi
cit propositum abstinendi a singulis licet
non ab omnibus preparando se ad ea minu
enda. alioquin esset periculum deficiendi /
Ad. 2. q. passio pro Christi habet uicem baptis
mi

UVA.BHSC

mi, nisi inueniat uoluntatem inhęren
tem peccato / Ad. 3. q. feruor charitatis vir
tualiter importat displicentiam uenialiū /

Ar. 2 Vm ad Remissionem Venia
lium requirat gratiæ infusio?

Et uidet q. sic. qr effectus remissionis nō
potest reperiri sine propria causa quę est gra
tia qua viuificamur in Christo. ephess. 2 /
2. qr non remittunt sine pænitentia, at
in sacramento pænitentię infundit gratia
3. qr peccatum ueniale maculam indu
cit in anima. quę nō tollit nisi per deco
rem gratiæ /
Sed contra est q. peccatum ueniale adue
niens non tollit gratiam, nec minuit eā /
ut in 2ª parte dictum est.
Dicendum q. unumquodq; tollit per suum
contrarium ac proinde cum peccata ueni
alia non contrarient habitui charitatis
sed feruori ipsius. per hunc habent et suffi
ciunt remitti. qr tamen in habentibus u
sum liberi arbitrij (in quibus solis possunt
esse uenialia peccata) non contingit esse in
fusionem gratiæ sine actuali motu liberi
arbitrij in deum. et in peccatum. ideo quā
docunq; gratia de nouo infundit peccata ve
nialia remittunt
Ad. 1. Rr q. etiam remissio Venialium est
effectus gratię per actum quem de nouo eliciit
non tamen per aliquid habituale de nouo
animę infusum / Ad. 2. q. non in quolibet
actu uirtutis per quod remittit ~~gra~~ veniale
dat de nouo gratia. nec enim ad remittenda
uenialia est requisitum pænitentię sacramē
tum

Ad

UVA.BHSC

Ad. 3. q. sicut in corporalibus causat macula. uel per priuationem perfecti decoris. uel per superinductionem alicuius fœdantis sic et in anima per priuationem grãæ a peccato mortali prouenientem. et per inordinatam affectionem ad aliquid temporale quod fit per peccatum ueniale. et tollit peractum a gratia procedentem.

ad quod tollendũ requirit infusio gratiæ -

Ar. 3. Vm peccata uenialia remittant per aspersionem aquæ benedictæ et alia similia?

Et uidet q. non qr non remittunt sine pœnitentia ad quam dicta aspersio aut episcopalis benedictio nil facit. 2. qr eamdem habitudinem habet tunsio pectoris ad unũ ueniale. et ad omnia. ergo quaratione remittit ~~hũ~~, omnia remitteret quod dicinõ debet. 3. qr ad remissionem uenialium aliqua pœna requirit. 1. corint. 3. sed in his perquæ uenialia dicunt dimitti. uel nullam uel minimam in se poenam habent. ergo. Sed contra est Aug. lib. de poenitentia loquens de tunsione pectoris et oratione dominica. et sic de alijs.

unum etiam

Dicendum q. uenialia peccata dimittuntur uel per infusionem gratiæ ut in sacramẽtis eucharistia ~~[illegible]~~ et extrema unctione uel per detestationem aliqualem eorũ ut in generali confessione, tunsione pectoris. et oratione dominica. uel per motum reuerentiæ in deum uel res diuinas in benedictione episcopali. aspersione aquæ benedictæ et qualibet unctione sacramentali. et oratione in ecclesia quæ sit dedicata et si quæ sunt alia huiusmodi.

oĩbus specialiter -

Ad

UVA.BHSC

Ad. 1. Rr q. in predictis est motus poenitentie vel explicite, vel implicite / Ad. 2 q. de se ad remissionem venialium inclinant. que tamen potest impediri si voluntas eis actualiter inhereat / Ad. 3. q. per predicta tollunt peccata venialia quantum ad culpam tum virtute alicuius satisfactionis tum virtute motus charitatis nec tamen tollit semper per quodlibet istorum totus reatus poene. qr sic qui esset immunis a mortali peccato. aspersus aqua benedicta statim evolaret. sed reatus poene remittit iuxta fervorem excitatum charitatis, quandoq magis, quandoq minus

inclinatio ad predicta

Ar. 4. Vm peccatum veniale possit remitti sine mortali? —//—

et videt q. sic qr Joan. 8. in illud qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat. dicit quedam glossa q. omnes illi erant in peccato mortali. venialia enim dimittebant illis per ceremonias / 2° qr ad remissionem venialis non requiritur gratie infusio sicut ad remissionem mortalis / 3 qr potest dimitti sine alio veniali a quo minus distat.

Sed contra Matth. 5. non exies donec reddas novissimum quadrantem. per quem significat veniale peccatum.

(scilicet de carcere ob mortale)

Dicendum q. qui est in mortali caret gratia dei a qua est remissio peccatorum. et non imputent venialia ut dicit glossa Rom. 4. ac proinde veniale sine mortali remitti non potest / Ad. 1. Rr q. venialia ibi dicuntur

UVA.BHSC

tur immundicie sive irregularitates quas secundum legem incurrebant) Ad. 2. q. licet non requirat noua infusio habitualis gratie. requirit tamen aliquis gratie actus) Ad. 3. q. peccatum ueniale non excludit actum gratie. peccatum autem mortale excludit totaliter habitum gratie, sine quo nullum mortale uel ueniale remittitur.

Quaestio 88. De reditu peccatorum remissorum per poenitentiam. in. 4. artic. diui.

Ar. 1 Vm Peccata dimissa redeant 1. persequens peccatum.

Et uidet q. sic ex Augustino lib. de baptismo probante hoc ex illo seruo a quo dominus (qr in eo defuit charitas in conseruum) omne debitum repetijt) 2. qr ad idem est Beda in illud Luce 11. ubi immundus spiritus ait reuertar unde exiui) 3. qr ezech. 18. iusto si peccauerit non imputant uirtutes precedentes. ergo nec poenitentia qua fuissent illi peccata dimissa. ergo redibunt) 4. qr ut dicit Rom. 4 ex psalmo per gratiam tegunt peccata. ergo ea amissa detegunt et redeunt

Sed contra Roman. 11 sine poenitentia sunt dona dei. peccata autem remittuntur per donum dei. ergo) 2 qr Augustinus in lib responsionum Prosperi. ait q. quisi

ne

ne gratia decedit e uita in perditionem
uadit, sed non in id, quod dimissum est
recidit, nec pro peccato originali damna
bit. Dicendum q, cum auersio a deo sit
comunis omnibus peccatis quantum ad
eam per peccatum sequens dimissa pec
cata redire dicunt et homo efficiomniu,
reus ut dicit Iacobi 2. non tamen ex par
te conuersionis sic enim contraria sunt
quandoq ad que conuertit peccator ut
in prodigo et auaro constat. Quia tamē
ex conuersionibus differentibus ad bona cō
mutabilia sequit auersio a deo quibus
dam uisum est q, etiam hoc modo redeant
sed hoc uerum non est qr opus remissionis peccatorum quod fuit
dei per opus hominis irritari non potest,
unde alij dixerunt q, peccata dimissa
redeunt qr deus homini peccaturo non
remittit peccata secundum prescientiam
sed secundum presentem iustitiam qr pre
scit se eum pro his peccatis eternaliter
puniturum. Hoc tamen stare etiam non po
test qr si causa absolute ponat et effectus
ponit absolute. alias si absolute non fie
ret per gratiam et gratie sacramenta pecca
torum remissio sed cum conditione in futu
rum dependente gratia et gratie sacramē
ta non essent sufficiens causa remissionis
peccatorum. Quamuis uerum est q, quandoq
peccatum sequens continet reatum prioris
peccati quatenus contemnit dei bonitas. et
sic quodam modo redit reatus peccatorum di
missorum non inquantum causabat ex illis
pec

magis

UVA.BHSC

peccatis prius dimissis. sed inquantum causat ex peccato ultimo perpetrato, quod aggrauat ex peccatis prioribus. quod non est peccata dimissa redire simpliciter sed secundum quid inquantum scilicet virtualiter continentur in peccato sequente

Ad 1. Rr explicando Augustinum iuxta dicta. quin et ex ipso colligit ex Responsionibus ad Prosperum / Ad 2. q. Beda tantum vult q. rediat quantum ad iterationem actus / Ad 3. q. iustitiæ priores traduntur obliuioni inquantum erant meritoriæ non inquantum impeditiuæ peccati etenim qui restituit debitum postq̃ peccauit mortaliter non efficit reus quasi debitum non reddidisset. / Ad 4 q. gratia tollit simpliciter maculam et reatum pœnæ æternæ tegit autem actus peccati præteritos ne propter eo deus hominem gratia priuet et reum habeat pœnæ æternæ. et quod gratia semel fecit perpetuo manet.

Ar. 2. Vm Peccata dimissa redeant per ingratitudinem quæ specialiter est secundum odium fraternum Apostasiam a fide, contemptum confessionis et dolores de pœnitentia habita.

Fuidet q. non qr grauiora sunt alia peccata N. g. blasphemia. et peccatum in spiritum sanctum. sed ingratitudo maior est quo maius peccatum committit / 2 qr Rabanus ponderat q. dominus tradidit seruum neq̃ tortoribus

ribus. donec redderet universum debitum explicans de peccatis etiam ante baptismum commissis et de originalibus. Sed venialia sunt etiam quedam debita ergo etiam ob illa redibunt dimissa peccata / 3. quia beneficium gratie dei est quod peccata vitamus ut dicit Augustinus 10 confess. at nonnunquam ingratitudo est peccare post innocentiam quam post poenitentiam.

Sed contra est Gregorius. 18. moralium exprimens specialiter odium fraternum et eadem est ratio de alijs.

Dicendum quod ingratitudo generaliter dicitur cum quis facit contra beneficium et sic in omni peccato est ingratitudo et per quod libet ut dictum est peccata dimissa redeunt est tamen specialis ingratitudo contra ipsam formam beneficij prestiti vel ex parte benefactoris et tunc est remissio debiti contra quam facit qui fratri veniam petenti non dimittit. vel ex parte poenitentis. qui recipit hoc beneficium. et sic est Apostasia quia movet liberum arbitrium contra deum. et dolor de poenitentia habita et contemptus confessionis quo quis non subjicit clavibus ecclesie. Sed potius peccato afficitur.

Ad. 1. Rr quod de his peccatis non dicit hoc specialiter quia graviora. sed quia magis sunt opposita beneficio remissionis / Ad. 2 quod omnia illa peccata etiam redeunt modo dicto. sed per peccatum veniale non incurrit ingratitudo quia non est contra deum sed preter ipsum et ita per veniale peccata dimissa non redeunt Ad. 3. quod innocentia maius beneficium est ex parte ipsius beneficij. sed remissio peccati est

ma

UVA.BHSC

^ totaliter

maius ex parte recipientis, qr est presti-
tum indignior. Et sic est maior ingratitudo

Ar 3. Vm per ingratitudinem pec
cati sequentis consurgat tantus reatus
quantus fuerat peccatorum prius
dimissorum?

Et videtur q, sic qr secundum magnitudinem
ingratitudinis est quantitas reatus conse
quentis / 2 qr magis peccat qui in deum
q3 qui in hominem. sed servus a domino
manumissus reducit in eandem servitu
tem aut etiam in graviorem. ergo / 3. qr ma
thei. 18. dominus iratus tradidit servum
tortoribus donec redderet universum debitum /
sed contra deuteron. 25. iuxta qualitatem
et mensuram delicti erit et plagarum mo
dus. Dicendum q, decepti sunt qui totum
predictum reatum insurgere putaverunt
quoniam ut dictum est quantitas peccati
redeuntis computanda est secundum quan
titatem et gravitatem peccati subsequen
tis et rationem ingratitudinis ad beneficium
necesse tamen est qr proportionaliter quan
to peccata prius dimissa fuerunt plura
et maiora, tanto redeat maior reatus
per qualecunq; sequens peccatum mortale /
Ad 1. Rr q, beneficium remissionis culpę re
cipit quantitatem absolutam secundum
quantitatem peccatorum prius dimissorum
sed peccatum ingratitudinis non recipit qu
antitatem absolutam secundum quanti-
tatem beneficij. sed contemptus vel offensio
Ad. 2. q, nec servus manumissus reducit in ser
vitutem pro qualibet ingratitudine, sed pro
gravi / Ad. 3. q, redit universum debitum pro

por

UVA.BHSC

portionabiliter in quantum grauitas præ-
cedentium peccatorum inuenit in ingra-
titudine subsequente et non absolute.

Ar. 4 Vm ingratitudo ratione cuius
sequens peccatum facit redire peccata
prius dimissa sit speciale peccatum?

Et uidet q. sic qr retributio gratiarum per-
tinet ad contrapassum, quod requirit in ius-
titia. 5. et sic. sed iustitia est specialis virtus.
2. qr ingratitudo opponit gratiæ. quæ secun-
dum Tullium. 2. rethor est specialis uirtus.
3. qr ingratitudo habet specialem effectum
scilicet q. peccata dimissa redeant. ergo.
sed contra est q. ingratitudo generaliter se-
quitur omne peccatum.

Dicendum q. ingratitudo peccantis est speci-
ale peccatum cumquis in contemptum dei
et suscepti beneficij delinquit ~~[illegible]~~
a peccando non retrahat propter hoc q. pecca-
tum pertinet ad dei contemptum ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ et per hoc patet solutio ad o-
mnia obiecta.

alias est circuns-
tantia generalis
peccatorum et i-
am si quis

Quæstio. 89 De Recuperatione virtutum per pœnitentiam.

Dicendum q, ministri ecclesię instituunt in ecclesia divinitus fundata et eam presupponunt sicut opus naturę opus creationis fundatur autem ecclesia in fide et sacramentis. ac proinde nec circa fidei articulos aut sacramenta possunt ecclesię ministri quidq3 addere tollere aut mutare. et ex consequenti non potest Papa dispensare q, quis sine confessione salvet prout obligat vi sacramenti. sed potest diutius tempus confessionis differre.

quatenus spectat ad preceptu ecclesię

Ad. 1m. Rr q, hoc preceptum est iuris positivi divini, quod obligat sicut et naturale / Ad. 2 q, Iacobus promulgavit confessionem iam a Christo institutam et licet non legat ubi instituerit. precessit tamen figura eius cum Ioanni confitebant peccata qui ab eo baptizabant et cum dominus ad sacerdotes legales leprosos misit.

Quæstio. 7. De confessionis quiditate in. 3. art. divisa

UVA.BHSC

et

327

Articulus Primus Vm Augustinus conuenienter definiat confessionem dicens q confessio est per quam morbus latens spe ueniae aperit.

Videtur q non qr sepe peccatum est patens / 2. qr principium poenitentiae est timor. ergo magis debuit poni pro essentia confessionis. qz spes / 3. qr morbus peccati magis claudit sub sigillo confessionis, qz aperit / 4. qr aliae definitiones magis exprimentes eius naturam assignant. nam Gregorius. dicit q est peccatorum detestatio. et corruptio uulneris alij q est coram sacerdote legitima peccatorum declaratio, Alij quod est delinquentis accusatio. ex erubescentia. et per claues ecclesiae satisfactoria obligans ad peragendam poenitentiam iniunctam Sed contra est auctoritas Augustini. Dicendum q in confessionis actu est considerare quinque scilicet substantiam siue genus ipsius. quod est manifestatio secundo de quo fit scilicet de peccato. tertio cui fiat scilicet sacerdos quarto causa scilicet spes ueniae. et quinto effectus scilicet absolutio a parte poenae. et obligatio ad aliam partem exoluendam. in definitione ergo Augustini tangit Primum secundum et quartum. in alijs uero definitionibus tanguntur aliqua ex quinque assignatis / Ad. 1. Rr q quamuis sacerdos sciat

alij

UVA.BHSC

aliquid ut homo in confessione tamen. sit ut Christi vicarius. vel q, actus interior in occulto est licet exterior sit manifestus / Ad. 2. q, habens charitatem (que in contritione antecedente confessionem dat) magis movet ex spe. q3 ex timore / Ad. 3. q, peccatum aperitur sacerdoti. et clauditur alijs confessionis sigillo / Ad. 4. q, non in singulis definitionibus singula ad rem definitam oportet explicari.

Ar. 2 Vm confessio sit actus virtutis

Et videt q, nō qr omnis actus virtutis est de iure naturali qr a natura apti sumus ad virtutes ut dicit in. 2 ethicat confessio nō est de iure naturali / 2. qr actus virtutis magis convenit innocenti, q3 peccatori. qualis non est confessio / Sed contra est q, confessio cadit sub precepto legis / Secundo qr meret apertionem coelorum ut magister sententiarum ait Dicendum q, hoc quod est ore cordi confirmari rectitudinem quamdam importat ac proinde ad virtutem pertinet. ac per consequens confessio debite circunstantiata est virtutis actus.

3. qr gratia quae est in sacramentis differt a virtutibus et donis

Ad. 1. Rr q, ad confessionem debite faciendam in generali inclinat ratio naturalis determinatio autem circunstantiarum in particulari est ~~de iure positivo~~ divino et sic ius naturale inclinat ad confessionem mediante iure divino / Ad. 2. q, innocens

ex institutione

UVA.BHSC

cens bene potest habere poenitentiae habi-
tum. sed non vi infactum innocentia per
manente. nec per hoc tollit q confessio
sit actus virtutis / Ad. 3. q illae gratiae
sunt differentes et disparatae, sed non
contrariae. et ideo non inconvenit ut idem
actus sit virtutis ut a libero arbitrio in
formato gratia procedit, et sacramentum
vel pars sacramenti ut est medicina
in remedium peccati ordinata.

Ar. 3. Vm confessio sit actus pe-
nitentiae virtutis?

Videt q non qr causa eius non est
nisi spes veniae. ergo magis spei est actus
[illegible] / 2 qr verecundia est pars tem
perantiae. sed confessio ex erubescentia
operat / 3. qr poenitentia innititur di
vinae misericordiae, confessio autem
magis innititur sapientiae quae in ipsa
esse debet / 4 qr ad poenitentiam mo
vet articulus de iudicio ob timorem
sed ad confessionem movet articulus
de vita aeterna / 5. qr ad veritatem per
tinet q quis se in confessione talem
ostendat qualis est. ergo non ad virtu-
tem poenitentiae.

Sed contra est q ad eamdem destruc
tionem peccati ordinat confessio ad
quam poenitentia. ergo est actus eius
Dicendum q cum supra aliquis vir
tutis fm additur aliqua specialis ratio bo
ni

UVA.BHSC

ni et difficilis ibi est constituenda alia specialis virtus ut N. g. magnificentia supra liberalitatem. et scilicet confessio veri ad virtutem veritatis pertineat. tamen confessio veritatis in iuditio magis pertinet ad iustitiam. et confessio beneficiorum dei magis pertinet ad latriam. et similiter confessio peccatorum ad consequendam eorum remissionem non pertinet ad virtutem veritatis elicitive. ut quidam putaverunt. sed ad virtutem poenitentie imperative autem ad multas virtutes pertinere potest. secundum q. in finem multarum virtutum trahi potest confessionis actus. Ad. 1. Rr q. spes non est causa eliciens. sed imperans / Ad. 2. q. erubescentia non ponit ~~ab~~ in definitione assignata tanquam causa confessionis sed sicut concausa ad liberandum a poena Nam et ipsa poena quedam est / Ad. 3. q. secundum quamdam adaptationem contritio adaptat misericordie dei. confessio sapientie. et satisfactio potentie tribus scilicet trium personarum attributis. quia autem contritio prima pars est efficaciam aliis partibus prebens eodem modo iudicat de tota poenitentia sicut de contritione / Ad. 4. q. ad confessionem magis movet articulus de vita eterna. ad contritionem vero magis iuditium. et timor / Ad 5. patet solutio ex dictis

ut constat ex 2. et 4 ethicorum.

quam de se potius impedit

spes. et

UVA.BHSC

Quæstio 8 De ministro cõfessionis. in 7. art diuî.

Ar. 1. Vm̃ sit necessarium sacerdoti confiteri?

Videtur q. non qr Iacobi. 5. dicit confitemini alterutrum peccata vestra / 2. qr baptismus qr est necessitatis a quolibet ministrari potest / 3. qr multi sæculares prudentiores sunt q̃ sacerdotes ad imponendam satisfactionem quod in confessione fit / 4. qr confessio eo tendit ut curati suas oues agnoscant et gregi Christi aggregent ad quod non est necesse ut ~~sacerdos~~ curatus sit sacerdos /

Sed contra est q. absolutio non nisi a sacerdote impendi potest / Secundo qr Ioan. 11. dominus Lazarum suscitatũ a discipulis solui mandauit.

Dicendum q. gratia sacramentorum a capite Christo descendit in membra per ministros habentes potestatem in ipsum corpus Christi uerum. ac ex consequenti confessio sacramentalis sacerdoti facienda est.

Ad. 1. Rr q. Iacobus per alterutrum sacerdotes intelligit. loquitur enim ex suppositione institutionis huius sacramenti taliter exercendi / Ad. 2. q. baptismus est maioris necessitatis. ut patet in pueris / Ad. 3. q. satisfactio imponit non solum quantum ad quantitatem. sed et quantum ad sacramenti virtutem / Ad. 4 q. non est necesse

UVA.BHSC

q. curatus sit/ cesse Presbiter quantum ad coordinationem subditorum ad gregem dominicum. sed quantum ad medicinae applicationem in necessarijs. —

Ar. 2 Vm in aliquo casu — Liceat alij q3 sacerdoti cofiteri

Et videtur q. non qr solus sacerdos est predicti sacramenti minister / 2 qr ipse solus in foro sacramentali iudex est / 3. qr licet baptizatus a non sacerdote non teneatur iterum baptizari etiam si necessitatem euadat. tenebitur tamen iterum confiteri. qui laico confessionem suorum fecerit peccatorum /

Sed contra est usus fidelium — Dicendum q. sicut ex officio sacerdoti baptizare incumbit. et laicus baptizare potest necessitate instante sic de confessione (quae etiam ad salutem necessaria est) philosophari aut theologizare oportet

Ad. 1. Rr q. poenitens in necessitate debet facere quod in se est scilicet conteri et confiteri licet laicus absolutionem impendere non possit supplebit enim vices summus sacerdos. et illa confessio est quodammodo sacramentalis /

Ad. 2 q. tunc laicus quodammodo est iudex dum confitens ex desiderio sacerdotis se ei subiicit. / Ad. 3. q. satisfactio ecclesiae ~~ad confitentem~~ non peruenit tunc ad confitentem per aliquam materiam exterius consecratam sicut per baptismum ad baptizatum. et praeterea tenetur post talem confitentis

UVA.BHSC

lem confessionem (si euaserit) sacramē
taliter confiteri.

Ar. 3. Vm̄ extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire?

Videtur q. non q. venialia non sunt de necessitate confitenda / 2. q. extrema unctio quae ordinatur contra venialia, non potest a laico ministrari ut constat Iacob. ultimo.

Sed contra est Bedae testimonium / Dicendum q. ad venialium remissionē non est necessaria novae gratiae collatio neq. q. quis ecclesiae reconciliet per sacramenta. ac proinde sufficit confessio laico facta. quae sacramentale quoddam est. sicut et aqua benedicta. et similia. et per hoc Rr ad 1.

Ad. 2. q. neq. extrema unctio neq. aliquod sacramentum directe datur contra veniale.

Ar. 4 Vm̄ sit necessarium q. Homo confiteatur propri sacerdoti.

Videtur q. non q. Gregorius capo id et alia similia apostolico moderamine monachis concedit / 2. q. quivis sacerdos potest eucharistiam ministrare / 3. q. secundum Augustinum in

in nostra potestate est electio confes
soris qui sciat soluere et ligare / 4
qr aliqui (qui tenentur ad confessio
nem) ut Papa non habent sacer
dotem superiorem / 5 qr contra cha
ritatem militaret confiteri proprio
sacerdoti incitanti ad peccandum,
uel heretico uel facili ad peccatum
quod quis ei confitet uel de quo ti
meat q confessionem reuelaturus
sit / 6 qr cum confessio sit de neces
sitate salutis inconueniens est arc
tare poenitentem ad unum sacerdo
tem qr retraherent a confitendo
uel timore uel uerecundia etc.
Sed contra est decretalis Innocentij
Secundo qr sicut se habet episcopus
ad suam diocessim (extra quam iux
ta canones nequit Pontificialia ex
ercere) sic sacerdos ad suam Parochi
am /
Dicendum q actus poenitentis sunt
de substantia huius sacramenti pu
ta contritio confessio et satisfactio
actus autem nostri cum in nobis prin
cipium habeant non possunt ab alijs
dispensari nisi per imperium ac ex
consequenti in ministro huius sacra
menti non solum requirit potestas
ordinis sed et iurisdictionis et q sit
proprius sacerdos /
Ad 1 Rr q Gregorius loquitur de mo
na

UVA.BHSC

331

nachis qui iurisdictionem habent / neq; enim (ut quibusdam visum est) est cum monachatu incompatibilis) Ad. 2. q. eucharistiae ministratio non requirit dictum imperium. quamvis etiam a proprio sacerdote accipi debeat / Ad. 3. q. eiusmodi electio debet fieri auctoritate superioris salubriter providentis / Ad 4. q. Prelatus eligens confessorem, ad actum confitendi inferior est q. peccator. sicut et medicus non ut talis, sed ut infirmus ab alio medico curatur Ad. 5. q. in illis et similibus casibus poenitens debet recurrere ad superiorem vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi. q. si licentiam habere non possit idem est iuditium ac de illo qui copiam non habet confessoris nec cum illo detrimento preceptum charitatis obligat; nec fit iniuria sacerdoti cum privilegium meret amittere / Ad. 6. q. proprius sacerdos non debet nimius esse in scrutandis conscientijs suorum. sed debet indulgere ut et alijs sua confiteantur peccata.

quantum

est sufficiens tamen

Ar. 5. vm aliquis possit alterj q3 proprio sacerdoti confiterj? etiam ex privilegio et mandato superioris?

Videt q. non q2 est in preiuditium proprij

2°

UVA.BHSC

2. qr. preceptum dei est q. quis uul
tum pecoris sui agnoscat. pro N. 7 er
go non potest ab homine impediri /
3 qr sic haberet idem poenitens diuer
sos iudices quibus non posset obedi
re, maxime si contraria preciperet /
4. qr. sic qui non proprio est confessus tene
ret iterum proprio confiteri. et sic inu
tiliter aut cum sacrilegio qr caderet
forma absolutionis supra eamdem ma
teriam. Sed contra est q. ea quę sunt
ordinis comitti possunt ab eo qui ea
facere potest habenti similem ordinē
sed superior ut episcopus potest con
fessionem audere ~~ab~~ illius qui sit de
parrochia alicuius presbiteri et ali
qua sibi reseruare tanqz principa
lior Rector. ergo et committere etc /
2. qr ~~quod potest~~ inferior ~~saluet alte~~
sacerdos potest suo Parrochiano dare
licentiam, quod alteri confiteatur /
3 qr proprius sacerdos ab episcopo habet
auctoritatem supra populum. ergo po
terit eam etiam alteri dare.
Dicendum q. si sacerdos impediat ab
audienda confessione propter defec
tum iurisdictionis potest accipere
comissionem audiendi a quocunqz
iurisdictionem habente in absoluē
dum. siue sacerdote, siue episcopo
siue Papa. Si autem impediat ob
executionis ordinis obstaculum puta
exco

UVA.BHSC

excomunicationem aut degradationem potest sibi concedi q. confessionem audiat per eum qui impedimentum removere potest.

Ad. 1. Rr q. iurisdictio dat in utilitatem comunem. prout superioribus recte gubernantibus visum fuerit/

Ad. 2. q. in his quae ad confessionem sacramentalem pertinet debet sacerdos subdito credere contra se et pro se. quia vis non sic quantum ad solicitam exterioris conversationis ~~fu~~ et secundum hec pecoris vultum agnoscere/ Ad. 3./ q. non est inconveniens si inequaliter plures immediate super eundem subditum constituant. ut curatus episcopus et Papa. q. si superior committat alicui constituens illum vice sui erit principalior quam inferior Prelatus/ Ad 4. q. legitime superiori aut habenti comissionem confessus. non tenetur iterum proprio sacerdoti confiteri. nisi ad modum dictum se manifestando et presentando semel in anno. nec tamen si iterum confiteretur esset frustra quia virtute clavium. et ex verecundia plus de poena ei remitteret et toties posset illorum peccatorum confessionem facere q. poena totaliter ei remitteret

considerationem/

aut teneretur confiteri.

Ar. 6. Vm Poenitens possit in fine vitae a quolibet sacerdote absolvi.

UVA.BHSC

Fuidet q non qr nullam in illo arti
culo accipit iurisdictionem / 2 qr si
taliter absolutus euadat tenetur pro
prio sacerdoti presentari / 3. qr in arti
culo mortis sicut licet alieno sacerdo
ti sic et non sacerdoti baptizare sed nõ
sacerdos nunqz potest absoluere in fo
ro poenitentiali ergo nec alienus sa
cerdos in mortis articulo.
Sed contra est q in casu necessitatis cor
poralis (quae minor qz spiritualis est)
potest quis etiam inuito domino rebus
alienis uti in suum commodum / et ad
idem est magister sententiarum ~
Dicendum q potestas clauium et ordinis
de se indifferenter se habet ad omnes et ad o
sed ex ordinatione ecclesiae uel nul- / mnia
lam. uel limitatam dantis alicui sa / peccata
cerdoti iurisdictionem prouenit q nõ
omnes aut nõ ab omnibus possit absol
uere. qr tamen necessitas legem nõ
habet ex ipsa ecclesiae ordinatione dat
cuiuis sacerdoti iurisdictio ad absoluẽ
dum a quocunqz peccato. et excomuni
catione a quocunqz lata.
Ad. 1 R. ex dictis qr in illo casu ab eccle
sia accipit usum iurisdictionis / Ad. 2 q
sic absolutus a peccato debet proprio sa
cerdoti presentari non ut absoluat sed
ei innotescat esse absolutum. et pro excõ
municatione satisfactionem offerens /
Ad. 3. q ius sacramentalis poenitentiae
consistit in sanctificatione ministri. non
autẽ

^ uel excomuni
catione
^ aut iudici

UVA.BHSC

autem est sic in baptismo qui habet ex ipsa sanctificatione materiae efficaciam.

Ar. 7. Vm̄ Pœna taxetur secundum quantitatem culpæ.

Videtur q. non qr taxat iuxta quantitatem delectationis peccati ut constat Apocal. 18. at sæpe est minor gravitas culpæ in peccato maioris delectationis ut in peccatis carnalibus constat / 2. qr moralia eodem modo manent in nova lege sicut in veteri. quorsum ergo cum in veteri poenitentia septem dierum (scilicet quo erant immundi pro peccato) imponebat nunc imponitur pro mortali septenis. / 3. qr gravius est peccatum homicidij in laico qz fornicationis in sacerdote. ergo inconvenienter hunc secundum canones imponit poenitentia decem annorum et illi septennis / 4 qr pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris quod gravissimum esse videtur non imponitur nisi poena 40. dierum vel parum amplius.

Sed contra Isai. 27 mensura contra mensuram etc. Secundo qr homo reducitur ad æqualitatem iustitiæ per poenitentiam inflictam.

Dicendum q. poenitentia si imponitur ad solvendum debitum debet esse pro quantitate culpæ attenta tamen qualitate et modo contritionis per quam fit etiam poenæ remissio. Si autem imponatur in remedium peccati maior quando qr imponitur pro

mi

minori qr difficilius curat ut pro pecca
to carnis iuuenis maior qz senis et pecca
to communitatis et sacerdotis qr pericu
losius est qz in alio. Poena autem purga
torij solum est ad soluendum debitum
attenta contritionis confessionis et ab
solutionis quantitate.
Ad. 1. Rr q. ibi tangitur glorificatio quae ad
elationem pertinet et delectatio quae ma
nor esse potest in maiori culpa. Ad. 2. q.
illa poena septem dierum non erat expia
tiua a poena debita peccato sed ab irregula
ritate legis nihilominus tamen ceteris
paribus grauius peccat homo in noua le
ge qz in ueteri ut innuit hebr. 10. neq
illa poena septennis est pro omnibus mor
talibus sed ut in plurimum.
Ad. 3. Rr ex dictis licet in purgatorio
non tanta a sacerdote exigat poena. Ad
4. q. illa poena intelligitur quando nolen
te sacerdote contigit eiusmodi effusio
alias maiori dignus est.

Quaestio 9. De qualitate confessionis in 4 art. diuisa

Ar. 1. Vm confessio possit esse in for
et iudet q. non. qr eccli. 17 dicitur mis
a mortuo quasi nihil perit confessio at
ille qui non habet charitatem est mortuus.
2 qr confessio diuidit contra contritionem
et satisfactionem quae nequeunt extra
charitatem fieri. 3. qr in confessione
oportet q. os cordi conformet quod non est in
eo qui manet in affectu peccati.
Sed contra est q. quilibet tenet ad confessionem
mortalium nec etiam si in mortali ea fue
rit confessus tenet iterum confiteri. qr cum
nullus sciat se in charitate esse nullus sci
ret

UVA.BHSC

ret se confessum fuisse / Dicendum q̄ confessio ut est actus virtutis est actus meritorius proprie et sic non valet sine charitate prout autem est pars sacramenti ordinat confitentem ad sacerdotem qui habet claves ecclesiæ et sic potest esse sine confitentis charitate dum se clavibus ecclesiæ subjicit. et quamvis tunc non recipiat absolutionis fructum recipiet tamen postea recedente fictione. et sic etiam est in alijs sacramentis unde non tenet iterare confessionem qui fictus accedit sed tenet postmodum fictionem suā confiteri / Ad. 1. Rr q̄ locus intelligitur quantum ad fructum qui tunc ex confessione non percipit / Ad. 2 q̄ contritio et satisfactio fiunt deo confessio autem fit ~~[illegible]~~ homini / Ad. 3. q̄ ibi concordat os cordi quantum ad substantiam confessionis, q̄ vis discordet a confessionis fine //

Ar. 2. Vm̄ oporteat confessionē esse integram?

Et videt q̄ non oporteat ut singulis sacerdotibus integre fiat. siquidem maior esse erubescentia si pluribus sacerdotibus fieret per partes / 2. q̄ sufficiens poena etiam a diversis sacerdotibus posset imponi. at ad hoc fit sacramentalis confessio ut debita pro peccatis poena taxet / 3 q̄ si quis in confessione oblitus fuerit alicuius peccati poterit immo tenebit illud alteri sacerdoti confiteri / 4 q̄ confessio ob absolutionem fit. sed quando

q̄

qz confessor non potest poenitentem ab omnibus absoluere. ergo tunc nõ erunt omnia eidem confitenda. Sed contra est q diuidere confessionẽ ad hypocrisim pertinet ut dicit Augustinus 2. qr poenitentia debet esse integra. ergo et confessio quę est pars ipsius. Dicendum q medicus aliquem morbum curaturus non illum solum morbum sed totam egrotantis habitudinẽ nosse debet. qr unus morbus ex adiunctione alterius aggrauat. et similiter in sacramentali curatione per confessionem fieri oportet.

Ad. 1. Rr q immo maior est erubescẽtia de omnibus peccatis simul. qr in eis ostendit mala habitudo et tota conscientia peccantis. Ad 2 q non posset sufficiens poenitentia imponi a diuersis qui grauitatem singulorum peccatorum ex adiunctis non agnoscerent. Ad. 3. q licet aliqui existimauerint in eo casu etiam eidem sacerdoti esse iterum omnia peccata confitenda, satis intelliget singulorum grauitas si oblita tantum confiteat dicens se illa cum alijs quę iam confessus est cõmisisse. Ad. 4 q omnia sunt etiam illi sacerdoti confitenda ut grauitatem eorum ex adiunctis cognoscat. et pro absolutione reseruatorum ad superiorem remittat. Ar. 3. Vm quis possit per aliũ vel per scriptum confiteri?

OVA.BHSC

et

Et videt q. sic qr suam conscientiam e
tiam per alium aut per scriptum pro
test quis sacerdoti manifestare / 2° qr
quidam ob linguę diuersitatem a suis sa
cerdotibus non intelligunt / 3 qr quan
doqz proprius sacerdos, cui de necessitate
confessio est facienda absens est /
Sed contra est q. ad confessionem peccato
rum tenemur sicut ad confessionem fi
dei. hęc autem ore facienda est. Rom. 10.
Secundo qr per se ipsum peccans per se ipsū
debet poenitere. et confiteri
Dicendum q. licet ad confessionem faciē
dam prout est actus uirtutis sufficeret quo
cunqz modo fieret, et si non esset tanta
difficultas in uno sicut in alio. tamē
prout est pars sacramenti habet deter
minatum actum, sicut et alia sacra
menta determinatam materiam sci
licet per proprium verbum. quod est
maxime et certissime manifestati-
uus. alij enim modi sunt inducti in de
fectum istius.
Ad 1. Rr q. neqz in baptismo sufficit qu
odcunqz elementum, sed determinatū
et maxime ablutiuum / Ad 2 q. in eo
casu sufficient nutus. interpres. aut
scriptura. qr tenemur facere quod in
nobis est. materia uero baptismi non
est actus noster. sed quid exterius / Ad
3. q. tunc poterit confessio fieri laico qr
plus pertinet ad necessitatem confes
sionis actus, qz ille, cui fit confessio —

Ar. 4. Vm conditiones confessionis
quę a doctoribus assignant sint
ad eam necessarię? et

UVA.BHSC

Et uident q predicte conditiones quę
his uersibus continent (Sit simplex hu
milis, confessio pura fidelis. atq; fre
quens nuda discreta libens verecun
da. integra secreta, lacrimabilis acce
lerata, fortis et accusans, et sit parere
parata.) non sint necessarię. qr fides
simplicitas, et fortitudo sunt per se vir
tutes. ergo non conditiones confessionis /
2°. qr simplex et purum idem son
at. scilicet quod non habet mixtionē
aut compositionem / 3. qr peccatum
semel confessum non est iterum con
fitendum ergo neq; confessio debet esse
frequens nisi homo peccatum iteret /
4. qr confessio ordinat quandoq; ad sa
tisfactionem publicam. ergo non sem
per erit secreta / 5. qr lachrimas emit
tere non est in nostra potestate.
Sed contra est cōmunis sententia doc
torum / Dicendum q predictę conditiones confessionis
quędam sunt de necessitate eius. quę
dam solum debene esse. de necessitate
autem sunt uel inquantum est actus uir
tutis uel inquantum est pars sacramen
ti. et Rursus inquantum est actus uir
tutis aut ratione virtutis in genere aut
ratione specialis virtutis. aut ex propria
ratione eius modi actus. quod discurren
do per singulas poterit innotescere. Sed
debene esse confessionis est q sit frequens
et q sit accelerata ut scilicet quis statim
confiteat / Ad. 1. Rr q illud non est incō
ue

UVA.BHSC

ueniens qr uirtutes connectunt inter se et imperant et comparticipant de merito. / Ad. 2 q. pura intentionis excludit peruersitatem / Ad. 3 ex dictis / Ad 4 q. ex confessione peccatorum publica audientes possent scandalizari sed non ex publica satisfactione qr similia opera possunt fieri et fiunt de facto pro paruis aut nullis peccatis / Ad. 5 q. conditio intelligitur de lachrymis mentis /

ad inuicem

Quaestio 10 De effectu confessionis in 5. art. diuª

Ar. 1. Vm confessio liberet a morte peccati?

Videtur q. non qr contritio quae ipsam antecedit sufficienter tollit culpam / 2. qr per confessionem mortale fit ueniale ergo potius per eam culpa in culpam mutatur /

Sed contra est q. poenitentia cuius est pars a morte liberat.

Dicendum q. poenitentiae sacramentum praecipue in confessione perficitur et quemadmodum baptismus in uoto aut in re susceptus gratiam confert et a morte liberat uel de nouo infundendo uel iam infusam ex uoto ad seipsam cum fit actu, augendo. Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 q. intelligitur de veniali non ex genere aut ex causa cum scilicet causam ueniae in se habet ut peccatum ex infirmitate sed ab euentu qr de

quale est verbum ociosum

UVA.BHSC

qr de culpa præterita homo veniam cõ
sequitur ac proinde ~~sumit~~ non tam su
mit pro culpa q3 pro poena de facili ex
piabili.

Ar. 2 Vm̃ confessio liberet aliquo modo a Pœna?

Et videt q, non. qr poena æterna dimitti
t per contritionem, et temporalis per
satisfactionem / 2. qr voluntas pro
facto reputat. sed in contritione est vo
luntas confitendi ergo illa sola suffi
cit / Sed contra est q, poenam habet cõ
fessio. at per opera poenalia expiatur
poena peccato debita
Dicendum q, confessio simul cum ab
solutione habet vim liberandi a poena
uno modo ex vi ipsius absolutionis et
in voto habita / sic liberat a culpa. et a poena æterna,
manet tamen temporalis, quæ si sit
purgatorij improportionata est viri
bus pœnitentis viventis in hoc mun
do fit tamen proportionata virtute
clavium. ita q, satisfaciendo homo se
in hac vita purgare potest. Alio mo
do confessio liberat a poena ex ipsa na
tura actus confitentis qui habet pœ
nam erubescentiæ annexam. ac pro
inde quanto quis plurius de eisdem pec
catis confitet tanto magis poena minu
it. et ex hoc R. ad. 1 / Ad. 2. q, volun
tas reputat pro facto in his quæ nõ ab alio
sed omnino sunt ab homine. Et iterum
quã

UVA.BHSC

quantum ad premium essentiale et non quantum ad poenę remotionem et ideo confessus et absolutus minus punietur in purgatorio, quam contritus tantum.

Ar. 3. Vm confessio aperiat Paradyssum?

Et videtur q. non quia baptismo tribuitur. 2. quia ante confessionem in paradyssum homo intrare potest / Sed contra est q. per claves ecclesię (quibus homo per confessionem subjicitur) fit eiusmodi apertio / Dicendum q. confessio quia culpam et reatum poenę dimittit paradyssum aperire dicitur / Ad. 1. Rr q. diversa sacramenta ad eundem effectum operantur in virtute eiusdem passionis Christi / Ad 2. q. tunc ex voto confessionis tollitur reatus culpę. sed non omnino impedimentum reatus poenę.

Ar. 4 Vm confessio tribuat spem salutis?

Et videtur q. non quia eiusmodi spes ex omnibus virtutum actibus provenit / 2. quia per tribulationem potius ad spem pervenimus ut dicitur Rom. 5. tribulatio vero magis satisfactioni conformatur sed contra est q. per confessionem homo efficitur humilior / Dicendum q. confessio tribuit spem salutis. quia per eam clavibus subjiciamur, quę a passione Christi cui nostra spes innititur vim habent.) Ad. 1

Rr

UVA.BHSC

Rr q tribuit spem salutis non solum ut actus meritorius, sed ut specialiter passioni Christi innititur / Ad. 2 qr tribulatio purgat. sed confessio specialiter modo prędicto.

spem tribuit per experimentum proprię virtutis et a poena.

Ar 5 vm confessio generalis sufficiat ad delenda mortalia
" " oblita ? " "

Et videt q non qr sic non esset necessarium, q cum memorię occurreret sigillatim confiterent / 2 qr sic quicunqz non est conscius peccati mortalis vel qr obliviscit vel qr non habet per confessionem generalem esset certus q ab eo esset immunis contra doctrinam Apostoli. 1. corint. 4 / 3° qr sic ex obliuione, quę negligentiam sonat cōmodum reportaret / 4 qr nō tollit ignorata (quę magis distant a cognitione confitentis) qr sic hęrethici qui nesciunt esse peccata ea in quibus sunt. et simplices sine usu rationis ~~possent~~ per confessionem generalē absoluerentur

Sed contra in psalmo accedite ad deū et illuminamini. et f. v. n. confus

Secundo qr in tali casu nulla est fictio nec debet esse dimidiata uenia / Dicendum q confessiō operat (prę supposita contritiōne, quę culpam delet) ad remissionem poenę ex erubescentia qua quis

generalis sacramentalis directe siue generali siue specialis de oblitis

UVA.BHSC

quis clauibus se subiicit ~~[illegible]~~ quam
uis pro ea parte qua quis in confes
sione generali de peccato non erubu
it poena non fuerit diminuta
Ad. 1. Rr q. in confessione sacramen
tali preter absolutionem est necessa
rium iuditium sacerdotis cognoscē
tis et satisfactionem imponentis)
Ad. 2. q. sicut quis certus nequit esse
q. habuerit contritionem. sic neq. q.
per confessionem generalem (quę
ex eius suppositione operat) peccatū
oblitum fuerit ei dimissum / Ad. 3.
q. non reportat cōmodum ex negligen
tia, qr non tam plenam remissionem
consequit et tenet confiteri cum
ad memoriam peccatum uenerit)
Ad. 4. q. ignorantia iuris non excu
sat bene tamen facti qualis est in o
bliuione de actu peccati. et ideo excu
sat a peccato fictionis in confessione
quod fructum confessionis et absolu
tionis impedit.

Quæstio. 11. De sigillo confessi
onis in quinq3 artic. diuisa.
Ar. 1. vm in quolibet casu tenea
tur sacerdos celare peccata quę in
confessione cognouit?
Fuidet q. non qr esset contra charitatem aliquando
puta

UVA.BHSC

puta si hęretsicum corrumpentem alios non proderet. aut uolentem in gradibus prohibitis matrimonium contrahere. / 2. qr confessio celat ex pręcepto ecclesię. ergo cum aduenit aliud eiusdem pręceptum contrarium scilicet de manifestandis criminibus ille qui scit per confessionem manifestare tenebit / 3. qr magis tenetur quis sibi et proprię saluti qz alterius. ergo ne peieret (si sub iuramento interroget) tenebit peccatum quod in confessione audiuit detegere. et idem erit si Abbas aut superior in confessione agnouerit delictum Prioris. qr poterit eum ab officio deponere. quod est delictum publicare / 4. qr si quis ex confessione alicuius nouit illum pręlatione indignū poterit illum impedire ne eam adipiscat / Sed contra omnino est decretalis de poenitentijs et remiss. ne verbo facto, aut signo confessionis sigillum frangat / Secundo qr deus peccata sibi confessa non reuelat / Dicendum q, cum deus peccatum illius. qui se ipsi per poenitentiam subiicit. sic et sacerdos tenet de necessitate sacramenti, ne violator eius efficiatur peccata quę in confessione cognouit omnino celare /

Ad. 1. q, nec peccata de quibus poenitens non uult emendari (ut quidam errore e putauerunt) sunt detegenda. sed in illis casibus est monendus. et alij generaliter ne hęressi inficiant. et similiter Pręla

est enim tunc sacramentalis confessio. sicut et baptismus sacramentum cum quis ad eum fictus accedit

tegat

UVA.BHSC

latus ut diligentius inuigilet / Ad. 2 q. preceptum de confessione sacramentali et relatione peccatorum est arctius et de iure diuino. q3 quoduis aliud superioris quantuncunq3 sub excomunicatione (que tunc minime incurreret) ferat / Ad. 3 similiter R/ et tunc Abbas ex alia occasione caute tamen posset predictum a Prioratu absoluere aut remedium adhibere / Ad. 4. q. cum ex alijs multis causis puta defectu scientiae, etatis et similium, ad prelationem reddat quis indignus, non reuelaret peccatum ab eo qui prelationem impediret, nec suspicionem de crimine generaret.

(nec illa peccata scit sacerdos ut homo, sed ut deus)

Ar. 2 Vm̄ Predictum sigillum se extendat ad alia q3 ad ea que sunt de confessione?

/ Et uidet q. sic qr cum peccatis etiam dicuntur in confessione alia sacerdoti non ut homini, sed ut deo / 2. qr extra confessionem aliquid solet alicui dici sub sigillo confessionis / Sed contra est q. que sunt annexa alicui sacramento non se extendunt ultra illud. / Dicendum q. directe solum peccata cadunt sub sigillo confessionis indirecte autem etiam illa, ex quibus peccatum aut confessor deprehendi posset. Nihilominus tamē et alia quecunq3 que in confessione gerunt summo studio sunt celanda tum propter scandalum, tum propter prouitatem, que ex consuetudine accidere potest. Et per hoc R/ ad 1m Ad. 2. q. non de facili debet quis sub simili sigillo accipere, si tamen acceperit tenet ex pro

UVA.BHSC

promissione celare quasi si in confessione cognouisset.

Ar. 3. Vm solus sacerdos habeat sigillum confessionis?

Et uidetur q, non solus sed et interpres non sacerdos per quem aliquando fit confessio / 2 qr etiam tenebit laicus ad tale sigillū cum ej in necessitate fit confessio / 3. qr etiam teneret qui fingens se sacerdotem aliquem per modum confessionis audiret / Sed contra est q, sigillum confessionis annexum est huic sacramento, cuius solus sacerdos est minister. / Secundo qr solus sacerdos tanqz minister dej scit illa ut deus. Dicendum q, sigillum confessionis cōpetit sacerdoti inquantum est minister huius sacramenti. quod nihil aliud est qz debitum confessionem celandi sicut clauis est potestas absoluendi. nihilominus non sacerdos qui in necessitate confessionem audit quatenus aliquid participat de clauibus tenet celare. qz uis proprie sigillum confessionis non habeat. et per hoc patet solutio ad obiecta.

Ar. 4 Vm de licentia confitentis possit sacerdos dicere quod ~ II. habet in confessione?

Et uidet q, non qr Papa qui est superior non potest eiusmodi licentiam dare, ergo neqz confitens / 2. qr celatio confessionis est ob bonum cōmune ecclesie, ergo non potest ex arbitrio confiten

UVA.BHSC

tentis irritarij / 3. qr aperiret occasio prauis sacerdotibus detergendi peccata dum ex licentia fecisse dicerent / 4. qr ille cui ex licentia reuelaret posset alteri manifestare. et sic peccatum confessum publicaret. ergo non potest sacerdos ad id licentiarij.

Sed contra est q, superior potest mittere peccatorem cum litteris ad inferiorem sacerdotem de licentia ipsius / 2 qr per se potest confitens peccatum suum reuelare. ergo et per alium scilicet sacerdotem.

Dicendum q, sigillum est seruandum tã qz ad essentiã sacramenti qr scit sacerdos ~~illud~~ ut deus. et est etiam seruandum ob uitationem scandali potest tamen scire ut homo quando licentiat a poenitente. et tunc poterit manifestare uitando tamen scandalum

Ad. 1. Rr q, Papa non potest licentiare sacerdotem sicut confitens qr non potest facere q, peccatum sciat ut homo / Ad 2. q, tunc non frangit sigillum confessionis qr dicit quod alio modo scitur / Ad. 3 q, non dat impunitas malis sacerdotibus qr imminet eis probatio si accusant / Ad. 4. q, tunc est idem iuditium de eo cui dicit ac de interprete nisi dicens habuerit licentiam libere manifestandi /

Ar. 5. Vm ille qui scit aliquid per confessionẽ, et alio m̃o possit reuelare illud.

pertinens ibi

quod fit

UVA.BHSC

Fuidet q, non qr ex eo quod scit in cõ
fessione adstringit ne reuelet. sicut
si ab alio ad id obligaret / 2 qr quicũ
q; confessionem alicuius audiuit
tenet celare. et quicunq; alteri pro
mitteret secretum seruare de aliqua
re. etiamsi per aliam uiam postmodũ
eam sciret / 3. qr scientia qua scit qui
ut deus tanq; fortior. trahet ad se sci
entiam, qua scit ut homo / 4 qr nihi
lominus (etiamsi alias sciret) si dice
ret scandalum sequeret. " "
Sed contra est q, ad tacendum in tali
casu non potest quis obligari, nisi ex
precepto prelati. quod tunc non habet /
Secundo qr impediret ordo iustitię dũ
cautelose quis iudici alias scienti
peccatum ob quod excõmunicat con
fiteret.

peccata

Dicendum q, non solum quę sciuit sa
cerdos post confessionem sibi factam
sed et quę sciuit ante eam (licet alij
aliter nimium sigillo indulgentes
senserint) cum ea sciuerit ut homo
potest dicere. cum cautela tamen
ne detegere uideat quatenus in cõ
fessione audiuit /
Ad. 1. R. q, per se in illo casu non frangi
t sigillum confessionis. sicut qui scit
aliquid per auditum et uisum. non re
uelat uisum, dum dicit se audiuisse /
Ad. 2. q, ille tenet non dicere se audisse
in

sicut

UVA.BHSC

in confessione / Ad. 3. q. procederet si il
lę duę scientiæ essent oppositæ / Ad. 4
q. in casu non est dimittenda ueritas
propter scandalum. quamuis quantum
in se est quiuis dimittere teneatur

Quæstio. 12. De satisfactione et eius quiditate. in. 3. ar. dj.ª

Ar. 1. Vm satisfactio sit virtus uel actus virtutis?

Fuidet q. non qr meritum gratuitum
esse uidetur. satisfactio autem debitum
attendit / 2 qr quandoqz fit satisfactio
satisfaciente inuito ut eum a iudice pu
nit / 3. qr principaliter non fit per elec
tionem, sed per exteriora opera /
Sed contra est q. ad poenitentiam virtutē
pertinet / Secundo qr operat ad destructi
onem peccati " " " "
Dicendum q. actus uirtutis dicit dupliciter
scilicet materialiter. qui nullam habet ma
liciam implicitam aut defectum debitę
circunstantię (ut N. g. ambulare) Alio mo
do formaliter qr ipse suo nomine formā
et rationem virtutis implicitam habet
sicut fortiter sustinere. formale autem
uirtutis moralis est ratio medij et qr ęqua
litas medium est quod suo nomine satis
factio importat. constat. q. satisfactio for
maliter est actus virtutis.
Ad. 1. Rr q. si uoluntas debito aut necessita
ti assentiat non tollit ratio meriti. immo
fit

UVA.BHSC

fit de necessitate virtus / Ad 2. q, ratio vel actus virtutis non requirit voluntarium in eo qui patit ut sic. sed in eo qui agit et sic in proposito actu iudicis / Ad 3. q, actus interiores ut electio sunt principaliores in virtutibus ut cómuniter virtutes sunt. sed actus exteriores sunt principaliores in virtutibus particularibus quatenus per eos et in eis interiores terminant. et ita est in satisfactione terminat electio.

in qua

Ar. 2. Vm satisfactio sit actus iustitiæ.

Et videt q, non qr per eam reconciliamur deo. quod ad amorem pertinet et charitatem / 2 qr passiones causant in nobis peccata iustitia autem non est circa passiones ergo nec satisfactio est actus iustitiæ siquidem peccatorum causas excidit / 3. qr satisfactionis est cavere in futurum. quod ad prudentiam pertinet / " " " "

animæ sunt quæ.

Sed contra est q, attendit rationem debiti scilicet honoris deo. secundum Anselmum secundo qr adequat emendas præteritæ offensæ

Dicendum cum Philosopho in 5. ethicorum q, iustitia æqualitatem ~~[illegible]~~ importat in quadam proportionalitate et hoc ipsum nomen satisfactionis sonat. est autem iustitia ~~vel~~ sui ad alterum quæ et in rebus et actionibus et passionibus consistere potest. et æqualitatem in ipso faciente exprimit

et adequationem rei ad rem / (sive sit agens idem quod patiens sive non sit idem)

UVA.BHSC

342

mit. nam in iustitia quę est alterius ad alte
rum (ut cum iudex facit iustitiam inter
duos) ęqualitas constituit in iusto passo
et qr usus rerum exteriorum est dare ideo
in reddendo attendit actus iustitię ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ cum satisfactio ęqualitatem in actio
nibus demonstret. quamuis alterum pro
altero accipiat. et ideo satisfactio pars poeni
tentię ad iustitiam vindicatiuam spectat et
ęqualitatem ad offensam pręcedentem in ip
so faciente importat.

Ad 1. Rr q satisfactio elicitiue est a iusti
tia sed imperatiue a charitate ad cuius finē
non immediate sed ulterius tendit / Ad. 2
q iustitia etiam ex consequenti est circa pas
siones, quatenus sunt operationum causę
et sic cohibet iram ne alteri nocumentum
inferat etc / Ad 3. q quęlibet uirtus mora
lis participat actus prudentię.

Ar. 3 Vm Recte definiat satisfactio
ab Augustino q sit causas peccatorum
excidere et eorum suggestionibus
~ II - aditum non indulgere.

et uidet q non qr causa peccati actualis in
hac uita fomes est quem excidere non possu
mus / 2. qr homo per se non potest peccatum
excidere, ergo neq causas eius quę fortiores
sunt / 3 qr satisfactio respicit ad pręteritū
sed non indulgere aditum suggestionibus per
tinet ad futurum / 4 qr in ea definitione
non fit mentio de offensa pręterita de qua est
satisfactio / 5. qr Anselmus dicit q satisfactio
est

UVA.BHSC

est honorem debitum deo reddere) 6. qr
honorem debitum deo reddit innocens qui
tamen non dicit satisfacere).
Sed contra est auctoritas Augustini ~
Dicendum q. iustitia non solum inęquali
tatem aufert puniendo culpam pręteritā
sed etiam ęqualitatem causat conseruan
do ~~ęqualitatem et~~ pręseruando a culpa
in futurum. et hoc utrumqz facit satis
factio quę (qr poena est) et curat (ut alię
poenę) et pręseruat ut dicit in 2. ethico
quantum ergo ad Primum definit q. sit
illatę iniurię recompensatio secundum
iustitię ęqualitatem. et in idem redit de
finitio adducta ex Anselmo. quantum
uero ad secundum scilicet pręseruatio
nem a culpa futura procedit definitio
ab Augustino tradita. ~~inquam~~ et (quia ob
libertatem arbitrij pręter rescisionem
causarum est necessaria eius dem arbitrij
renitentia ne infirmitas spiritualis in
currat. utrumqz in assignata definitio
ne tangit.
Ad 1. q. Rr fomes qui est causa remota pec
cati actualis debilitat per satisfactionē
sed causę proximę excidunt / Ad. 2. q. cau
sę peccati pręditę non sunt sufficientes
causę. sed potius occasiones quędam. ne
qz satisfactio sine dei auxilio fit. qr sine
charitate esse non potest ut dicetur)
Ad. 3. q. poenitentia et satisfactio ex conse
quenti etiam respicit futurum / Ad. 4 q.
Augustinus definiuit satisfactionem se
cun

UVA.BHSC

cundum q. fit deo. cui nihil subtrahi po
test et ideo in tali satisfactione princi-
palius requiritur emendatio in futuro quam
recompensatio preteritorum que incipit a
detestatione ipsorum peccatorum / Ad. 5
q. de eodem secundum diuersa diuerse
possunt definitiones assignari / Ad. 6
q. debitum deo intelligitur ratione cul
pe commisse ut dictum est.

^ in seipso

^ que incipit per cautelam a cau sis

Quaestio. 13 De Satisfactionis Possibilitate. in. duos art diu.

Ar. 1. vm homo possit deo satisfacere.

Et uidetur q. non qr offensa dei ex parte of
fensi est infinita. ergo actio hominis pro
ea satisfactoria esse non potest / 2. qr
seruus eo q. quid est domini est ipsi re
compensare non potest / 3. qr quidquid
homo habet non sufficit ad soluendum
debitum creationis / 4 qr de tempore
amisso (cuius ut ait Seneca grauis est
iactura) non potest ~~deo~~ homo deo
recompensationem facere / 5. qr pro ori
ginali quod minus graue est non potuit
satisfacere. nisi deus et homo. ergo neq
pro mortali actuali

Sed contra est quod satisfactio est in pre
cepto. Luce 3. ergo homini possibilis / secu
do qr homini qui est minus misericors
possumus satisfacere ergo et deo / tertio
qr contingit contra pati cum equali poena
delectationi / Dicendum q. debitores su
mus

UVA.BHSC

mus deo et ratione beneficij accepti et ratione peccati comissi. in honoribus autem etiam ~~secundum~~ iuxta Philosophum deo et parentibus equale reddere secundum quantitatem non possumus. sed secundum proportionalitatem. et ~~sic~~ homo / isto modo potest deo satisfacere.

Ad. 1. R. q. etiam misericordia et meritum Christi cui satisfactio imitit sunt infinita. neq; est opus dicere ut quidam dixerunt q. satis fit ab homine pro peccato in quantum est finitum ex parte conuersionis. Nam ex hac parte non habet rationem culpae / Ad. 2. q. licet liberum arbitrium a deo datum sit datum tamen est ut libere homo eo utatur et sic satisfacere suo modo queat / Ad. 3. q. deus ab homine non exigit omne quod potest sed in certa mensura. et concludit q. deo equale reddere non possumus sed non q. non reddimus sufficiens / Ad 4 q. preteritum poterit pro posse quod deus ab eo exigit in futurum recompensare / Ad. 5. q. originale licet minus habeat de ratione peccati. est tamen grauius malum q. est ipsius naturę infectio. et ideo per unius puri hominis satisfactionem expiari non potuit ~

Ar. 2 vm. unus pro alio possit poenam satisfactoriam implere? Et uidet q. non q. non potest unus pro alte

(cum pluribus secundum statum suius uitę necesse sit occupari)

UVA.BHSC

tero mereri. cum dictum sit reddes unicui
q; iuxta opera sua / 2. q; neq; unus pro
altero potest confiteri / 3 q; qui pro alio
erat etiam sibi meret. ergo satisfaciens pro
alio etiam pro se satisfaceret. et non indi
geret alia satisfactione pro peccatis pro
prijs / 4 q; sic si moreret pro quo alius sa
tisfecit. uel statim euolaret in coelum. quod
non uidet. uel puniret adhuc in purgato
rio. et sic duplex poena reddet ej.
Sed contra galat. 6. alter alterius onera por
tate / Secundo q; apud homines unus solue
re potest debitum pro alio. ergo magis apud
Deum.
Dicendum q; poena satisfactoria unius po
test solteri prodesse ~~[illegible]~~ et pro altero sa
tisfacere inquantum est solutiua debiti. non
sic (nisi ex accidenti inquantum unus al
teri meret gratiam) inquantum est medici
nalis sanans et preseruans a futuris, exce
cunio enim unius caro alterius non doma
t. nec (ut quidam putant) oportet q; maio
rem poenam assumat qui pro alio satisfactu
rus est immo minor uidet sufficere q; pro
cedit ex maiori charitate. ut in uitis patrum
legit. de quodam qui sic alteri et sibi multum pro
fuit. neq; etiam est necessarium q; sit impo
tens ille pro quo debitum satisfactionis exol
uit. Ad. 1. Dr q; procedit de premio essentia
li. Sed quantum ad poenę remissionem unus
potest pro altero mereri. et actus unius fit al
terius charitate mediante, qua omnes unum
sumus in Christo / Ad. 2. q; contritio ordinat
ad —

aut conteri

si in charitate existat

UVA.BHSC

ad deletionem culpae et confessio similiter et ad susceptionem gratiae quae uni pro altero adaptari non possunt / Ad 3. q. in solutione debiti attendit quantitas poenae solvendae et illa non sufficit ad utrumque. quamvis qui pro alio satisfacit maius quid sibi meret scilicet vitam aeternam / Ad 4 q. si ipse quis se ad aliquam poenam obligasset pro alio nec impleret alter teneret ad eam ex commisso alter vero ex omisso. nec hoc est bis punire cum sufficeret alterum implere —

Quaestio 14 De qualitate satisfactionis in 5. art. divisa.

Ar. 1. Vm Homo possit satisfacere de uno peccato sine alio.

Et videt q. sic q. eorum quae non habent connexionem (qualia sunt peccata) unum potest auferri sine alio / 2 q. et homo minus misericors recipit satisfactionem unius sine alio / 3. q. causas unius peccati potest quis incidere alteri peccato insistendo.

Sed contra est q. Isai. 58. non acceptat deus ieiunia eorum qui ad lites et contentiones ieiunabant / secundo q. satisfactio non fit sine gratia. quae omnia peccata delet. Dicendum q. cum per satisfactionem tollat offensa et amicitia restituat quae cum peccato stare non potest. non potest homo de uno peccato satisfacere alio retento (licet quidam affirmaverint) sicut nec homini satisfaceret qui pro alapa ei data se ipsi

pros

UVA.BHSC

prosterneret et aliam simul daret ~ // -
Ad. 1. Rr q, licet peccata non sint conne
xa. unum tamen et idem est secundum q.
omnia peccata remittunt / Ad. 2. q, in
satisfactione non solum debet restitui ę
qualitas iustitię. per ęqualitatem poenę
sed et amicitiæ. quod non fiet si sit aliq-
uid, quod amicitiam impediat / Ad. 3. q,
qr ut ait Gregorius unum peccatum suo
pondere ad aliud trahit. qui unum reti
net non sufficienter causas aliorum excidit.

Ar 2. Vm quis extra charitatē existens possit satisfacere pro peccatis ante contritis?

Et videt q, sic. qr Daniel. 4 dicit Nabu
chodonosori (peccatori ut videt) peccata
tua eleemosinis redime / 2 qr cum nul
lus sciat se esse in charitate nullus sci
ret se satisfacere. quod videt inconve
niens / 3 qr ex intentione pręcedente
actum totus actus informatur ergo suf
ficiet intentio existentis in charitate
ad totum actum. licet continuet in pec
cato / 4 qr adęquatio poenę fieri potest
etiam in eo. qui charitatem non habet /
Sed contra pro N. 10. universa delicta
operit charitas / secundo qr eleemosina
pręcipuum opus in satisfactione sine
charitate nihil valet. ut. dicit. 1. cor. 13
Dicendum q, (licet quibusdam contrarium
visum fuerit) ad satisfaciendum pro pecca
tis

UVA.BHSC

tis gratia in satisfaciente necessaria est. qr in satisfactione non solum iusti tię. sed et amicitię ęqualitas restituenda est. Ad. 1. Rr q locus intelligit de eleemosinis pręsupposita poenitentia et remissione / Ad. 2. q sicut homo nescit se charitatem habere. sic ignorat utrũ plene satisfecerit. et ita in eccles mone mur ne de peccato propitiato simus secu rij aut sine metu. nec tamen tenet satis factionem expletam iterare / Ad. 3. q illa intentio interrumpit per peccatũ sequens / Ad. 4 q non potest fieri ad ę quatio sufficiens. nec secundum diui nam acceptationem, nec secundum ę quiualentiam. et sic ratio non sequitur illa

Ar. 3. vm valere possit satisfactio pręcedens postq̃s charitatem habue rit? et uidet q sic. qr leuit. 25. id uidet sentire glossa super illa verba si attenuatus fuerit frater tuus etc / 2º. qr baptismus impeditus per fictionẽ incipit ualere ea recedente / 3. qr. cum quis ieiunia a confessore in satisfactio nem imposita in peccato impleuit. nõ iubet illa iterare.

Sed contra est q opera extra charitatem facta non uiuificant per poenitentiam ergo neq etc. Secundo qr opera extra cha ritate facta nequeunt ab ipsa informari Dicendum q opera extra charitatem facta neq quantum ad satisfaciendum (ut qui dam dixerunt) neq etiam ut ex dictis cons

tat

UVA.BHSC

tat. neq; etiam quantum ad merendū habent efficaciam, qr utrumq; ex eadem gratię radice procedit.

Ad. 1. Rr q glossa intelligit a tempore quo quis peccare cessauit et esse in peccato uel cum statim post contritus fuit, et fecit multa bona anteq; confiteret. uel dicendum q quanto maior est contritio tanto magis diminuit de poena / Ad. 2 q baptismus imprimit characterem, et ultra hoc ex opere operato iustificat. nō sic satisfactio quę est opus hominis ac proinde magis mortificatur / Ad. 3. q opera satisfactoria (ut ieiunium et eleemosina etc) quę relinquunt post se debilitationis aut similis effectum non sunt iterāda effectu post poenitentiam manente alia uero sic. actus autem interior qr totaliter transit nullo modo uiuificatur. et iterari debet.

adepta gratia

Ar. 4 Vm̄ opera facta extra charitatem sint in aliquo meritoria.

Et uidet q sic saltem boni temporalis. qr nullum malum apud deum manet impunitum. ergo neq; ullū bonum irremuneratum / 2 qr Mat 15. 5. de his qui faciunt bona opera ob humanam gloriam dicit q receperunt mercedem suam. ergo meritoria erant / 3. qr magis appropinquat deo bona opera faciens in peccato q; qui in

UVA.BHSC

in peccato existens nulla facit. ergo meret / Sed contra est Augustinus dicens q peccator non est dignus pane quo uescitur / Secundo qr peccator. 1. corint. 13. nihil est. ergo nil meretur) Dicendum q debitum dicit uel ex parte recipientis qr illud meret ex condignô. uel ex decentia dantis quando solum est congruitas ex parte recipientis. et hoc secundo modo (quamuis proprie non sit meritum) dicit in peccato existens mereri bona temporalia et eius opera ualere ad dispositionem ad gratiam. et ad assuetudinem bonorum operum.

(quod in amicitia et charitate fundat)

Ad 1. Rv q ut ait Philosophus 8. ethic nec Patre filius nec minus homo a deo aliquôd sibi debitum facere potest. et ideo quamuis opus malum mereatur poenam ex condigno non tamen opus bonum sine charitate meret ex condigno premium / Ad. 2. et. 3. q procedunt de merito congrui. Alie uero rationes de merito condigni.

bonum

nisi ex uicharitatis a deo datę. quę facit amicorum esse cómunia

Ar. 5. Vm prędicta opera faciant ad mitigationem pœnarum infer

et uidet q non qr non minuunt (ni) quantitatem peccati. / 2. qr intensio infernalis poenę finita est. ergo tantum possent prędicta opera multiplicari q omnino tolleret poena inferni, quod dici non

UVA.BHSC

non potest / 3. qr nec suffragia ecclesiæ ut dicit Augustinus in enchiridion / (quæ magis efficacia sunt) prosunt / ad eius modi poenæ mitigationem. Sed contra dicit August in enchirid. q. prosunt ut sit plena remissio. uel ut tolerabilior fiat damnatio / Secundo qr dimittere malum semper uitat poenam etiam in peccatore. ergo multo magis facere bonum.

Dicendum q. per eius modi opera non / diminuitur poena inferni iam merita qr hoc non fit nisi per absolutionem a culpa. sed impeditur meritum eius modi poenæ tum qr per ea homo reatum omissionis euadit tum qr ad bonum disponunt et a malo retrahunt. sicut dicit de Achab 3. reg. 21. nec tenendum est ut quidam dixerunt q. diminuunt prædictam poenam non quantum ad substantiam, sed fortificando subiectum. neqz ut alij q. diminuunt quantum ad uirtutem conscientiæ qr passibilitas subiecti et remorsus conscientiæ culpæ respondet. quæ per talia opera non tollitur.

Quæstio. 15 De His per quæ fit satisfactio in tres art diuisa

Et uidet q. non qr per ea non uidet ulla fieri deo recompensatio pro culpa qr ipse non delectat in poenis nostris / 2° qr opera quo magis fiunt ex charitate sunt minus poenalia. 1. Ioan. 4. ergo quo magis ex charitate erunt minus satisfactoria

UVA.BHSC

ria. quod dici non potest / 3. qr ut di
cit Anselmus satisfacere est debitum
honorem deo impendere. quod etiam a
lijs operibus fieri potest.
Sed contra est Gregorius Lamenta ma
iora requirens ad maiora damna per
culpam / Secundo qr poenę sunt medi
cinę peccati. ut dicitur in. 2. ethicorum
Dicendum q satisfactio et inquantum
respicit et compensat pręteritam offen
sam et inquantum pręseruat a futu
ra culpa debet fieri per opera poenalia
qr oportet q homo qui quantum est de
se (licet deo in se nihil subtrahi pos-
sit) deo honorem subtraxit. a se ali
quid subtrahat quod non fit per bonum
opus nisi sit poenale. et per tale opus red
dit homo cautus ex experientia poenę ne
ulterius facile peccata cōmettat.
Ad. 1. Rr q licet deus non delectet in pa
nis ut sunt poenę delectat tamen in eis
ut sunt iustę. et sic satisfactorię / Ad. 2
q diminutio difficultatis ex promptitudi
ne uoluntatis non diminuit meritum
sed auget et similiter diminutio poena
litatis ex promptitudine uoluntatis nō
diminuit sed auget efficaciam satisfac
tionis / Ad. 3. q debitum pro peccato est
recompensatio offensę quę sine poena pec
cantis non fit. et de tali debito Anselmus
intelligit

quod facit cha
ritas.

Ar. 2. Vm̄ Flagella Pręsentis uitę
sint satisfactoria?

UVA.BHSC

348

Videt q, non qr non satisfacimus nisi per ea quibus meremur et a nobis sunt sed tales non sunt poenę nobis a deo inflictę. ergo / 2. qr huiusmodi flagella in malis inducunt. satisfactio autem bonorum est / 3. qr infligunt quando qr his qui non peccaverunt. sicut Job ergo tunc non erunt satisfactoria /

Sed contra Rom. 5. patientia probationem operat. idest a peccato purgationē ut glossa ibidem dicit / secundo qr ut ait Ambrosius et si fides. idest peccatico scientia desit poena satisfacit /

Dicendum q, quando recompensatio offensę fit ab alio ut sic habet rationem vindicationis magis qz satisfactionis. sed prout fit ipsius qui offendit satisfactionis rationem sortitur et nomen et sic flagella a deo inflicta satisfactoria sunt pro peccatis.

Ad. 1. Rr q, sic fit de necessitate virtus satisfactio et meritum / Ad. 2. q, ex flagellis communibus sicut ex eodem igne ut ait Gregorius palea fumat. et aurum rutilat / Ad. 3. q, flagella semper habent respectum ad culpam pręteritam. sed nō semper ad culpam personę sed naturę aliquando ad meritum virtutis, et cautelam peccati sequentis

dum patienter illatam sustinet poenam et acceptat

scilicet malus per impatientiā

id est bonus patienter sustinens

Ar. 3. Vm conuenienter connumerent opera satisfactoria? scilicet eleemosina ieiunium et oratio? et

UVA.BHSC

et uidet q non qr oratio non est poena
lis immo est medicina secundum de
lectationem contra poene tristitiam)
2 qr. secundum Hieronimum ieiu
nio sanant pestes corporis. oratione ue
ro pestes mentis. at omne peccatum
aut est carnale aut spirituale ergo
eleemosina superfluit) 3 qr eleemo
sina sola ab omnibus mundat ut
dicit Luce .11. ergo sola sufficit.
Sed contra uident esse plura qr plura
sunt q3 tria genera peccatorum) 2
qr peregrinationes et flagellationes e
tiam imponunt pro satisfactione.
Dicendum q per satisfactionem aliquid a nobis
debemus subtrahere ad honorem dei
et hoc uel de bonis fortune quod fit per
eleemosinam. uel de bonis corporis per
ieiunium. uel quamuis non subtrahē
do sumittendo de bonis anime deo per
orationem. excidunt etiam cause pecca
torum per tria predicta scilicet concupis
centia carnis. concupiscentia oculorum
et superbia uite reddendo singula singu
lis ut ponderat Augustinus in Matheū
quin et ad suggestionum additus pre
cludendos tria predicta prosunt. scilicet
contra peccata in deum oratio. contra
~~commissa~~ in proximum eleemosina et
contra seipsum ieiunium.
Ad .1. Rr cum Gregorio q oratio cum delec
tatione mentis habet annexam corporis af
flictionem. unde femur Iacob ex lucta cū
deo

UVA.BHSC

deo emarcuit / Ad. 2 q. peccatum carnale non solum dicit quod in carne ut gula complet: sed et quod complet in his quę ad carnem ordinant quamvis magis in delectatione animę ut auaritia et ideo eis tanquam medijs respondet satisfactio quę fit per eleemosinam / Ad. 3. q. appropriate verum est. sed nihilominus quodlibet prędictorum pro quolibet peccato satisfacere potest maxime dum ei qui nequit unum perficere imponit aliud et pręcipue eleemosina aliorum vices supplere potest / Ad. 4 q. omnia peccata quantum ad satisfactionem ad tria illa 1. Joan. 2. relata reducunt / Ad. 5. Rr ex dictis. qr omnis afflictio corporis in ieiunio comprehendit. et quidquid ad utilitatem proximi in eleemosina intelligit. et quęcunque latria exhibeatur deo orationis rationem accipit. et etiam unum opus potest habere plures rationes satisfaciendi.

Quaestio. 16 De suscipientibus hoc sacramentum in 3. ar. diuª

Ar. 1. Vm̄ Poenitentia possit esse in innocentibus?

Et videt q. non qr non habent mala quae plangant quod est proprium poenitentię / 2. qr talibus non debetur poena / 3. qr in eis locum non habet vindicativa iustitia, ad quam spectat poenitentia /

sed

UVA.BHSC

Sed contra est q omnes virtutes simul infundunt in baptismo. ergo et poenitentia / Secundo qr et qui nunqz fuit infirmus corporaliter dicit sanabilis habitualiter. ergo et similiter in innocente erit habitus poenitentiæ licet nõ actualis sanatio

Dicendum q, habitus medium est inter potentiam quæ eum præcedit et actum qui ex eo sequit. remoto autem priori removet posterius, sed non econverso ac proinde habitus poenitentiæ in innocentibus infundit cum gratia sicut et aliæ virtutes. quamvis non exeat in actum qr deest materia circa quam actus exerceat scilicet peccatum. quemadmodum in paupere magnifico non est actus magnificentiæ qr deest magnitudo divitiarum quas tamen habere possit -

Et Per hoc Rr ad. 1. nec in talibus virtus poenitentiæ est frustra qr est perfectio potentiæ naturalis. et exit in actus respectu peccatorum venialium / Ad. 2. q, possibiliter est aliquid in eis pro quo poena debebat / Ad. 3. q, habet etiam locum vindicativa iustitia secundum habitum -

Ar. 2. Vm sancti homines in gloria habeant pœnitentiam?

Et videt q, non qr ut dicit Gregorius in moralibus peccatorum recordant sicut nos sani sine dolore dolorum memoramur / 2. qr conformant Christo in quo nec fides a qua incipit poenitentia, nec poenitentia

UVA.BHSC

tia fuit / 3. qr. frustra esset in eis poeni
tentie habitus ad actum nunqz reducen
dus / Sed contra est q, iustitia cuius pars
est poenitentia manebit in patria / Se
cundo qr in uitis patrum legit quemdā
sanctum dixisse q, etiam Abraham poeni
tebit de bonis que non fecit ergo a fortio
ri de malis que commisit /
Dicendum q, virtutes cardinales rema
nebunt in patria. sed secundum actus
quos habent in fine suo. Et sic manebit
poenitentia qr est pars iustitie, sed actus
quem habebit est gratias agere deo pro
poenitentia relexante peccata. et per
hoc Rr ad. 1 / Ad 2. q, Christus non
potuit peccare et ideo non est simile / Ad
3. ex dictis / Quartum concedimus / Ad
5. q, sanctus tantum uoluit dicere q, si
cut uoluntate antecedente deus uult
omnia esse bona et nulla mala sic et
beati. et illam uoluntatem uocat in be
atis poenitentiam.

/ non secundum actum quem nunc habet

Ar. 3 Vm Angelus sit susceptiuus Poenitentie?

Et uidet q, sic tam bonus qz malus ange
lus qr timor est initium poenitentie at
timor in angelis reperit etiam malis
Iacobi. 2 / 2 qr ut dicit Philosophus. 10.
ethic. poenitudine replent mali / 3. qr
angelus potest mutari in culpam que
est contraria nature. ergo multo magis
in poenitentiam / 4 qr. secundum damas
cenum idem iudicium est de angelis et de
animabus separatis. sed hie in patria habet
poe

UVA.BHSC

poenitentiam. ergo / Sed contra est q̄ re
parari de peccato comisso est angelis im
possibile / Secundo q̄ secundum damas
cenum homo fungit poenitentia propter
corporis infirmitatem at angeli sunt in
corporei.

Dicendum q̄ poenitentia ut passio, est in ap
petitu concupiscibili proprie loquendo.
in voluntate autem per similitudinem
prout autem est virtus in voluntate re
perit cuius actus est detestatio offense
cum emendationis proposito. q̄ ergo e
iusmodi detestatio competit alicui se
cundum quod habet ordinem natura
lem ad bonum. qui [redacted] in nulla crea
tura totaliter tollit ideo etiam inda
minatis manet et per consequens poenitē
tie passio vel simile. ut dicit sapie. 5 -
in beatis autem angelis non invenitur
in quibus peccata non precesserunt. et
quoniam peccatum angeli fuit irremis
sibile in eis poenitentia proprie esse nō
potest, q̄ materia poenitentie est pecca
tum ut remissibile.

Ad. 1. et 2 Rr ex dictis / Ad. 3. q̄ libe
rum arbitrium in eis est malicia obstina
tum motus autem virtutis et vitij se
quit magis motum liberi arbitrij q̄ na
ture et ideo non ~~obstat~~ sufficit q̄ naturaliter
inclinent ad bonum ut motus virtutis
in eis esse possit / Ad 4. q̄ sunt similes
quantum ad statum presentem. sed
non ad preteritum. q̄ in animabus sanc
tis potuit esse peccatum remissibile

Quaestio. 17. De Potestate cla
uium. in tres art diuisa

Ar

UVA.BHSC

Ar. Primus vm̄ claues in eccle
sia esse debeant.

Et videt q non qr claues non sunt ne
cessarie ubi ostium coeli apertum est.
Apocal. 4. quod est Christus dominus
2 qr aperire soli Christo conuenit Apo
cal 1. ergo nulli alij / 3. qr cuicunq3 /
claudit coelum aperit infernus at
ecclesia non dicitur habere claues in-
fernj. ergo etc.
Sed contra Matth. 16. tibi dabo claues
regni coelorum / Secundo qr ministri
ecclesie sunt dispensatores diuinorum
1. corint. 4. ergo habent claues eorum
que dispensant.
Dicendum q clauis dicit qua ostium
domus aperit per peccatum autem coe
li ostium hominibus clausum est quā
tum ad maculam. et reatum poene et
ideo claues ad aperiendum auctoritati
ue sunt in sancta trinitate. in chris
to autem qui passione et merito suo
fundauit ecclesiam sunt per potestatē
excellentie. in ministris autem eccle
sie sacramenta conferentibus quibus
passionis meritum suscipientibus appli
cat sunt claues per modum ministe
rij / Ad 1. Rr q coeli ostium de se aper
tum est nisi adsit impedimentum pec
cati quo alicui claudit ingressus. et qui
dem impedimentum totius humane na
ture per passionem Christi ablatum est
et

UVA.BHSC

Inde est q cum Joannes in Apocalypsi de passione fecisset mentionem vidit coelum apertum. sed in particulari manet clausum huic aut illi ob peccatum originale aut actuale quod commissit / Ad. 2. q procedit de clausione lymbi. et de remotione impedimenti naturę per suam passionem / Ad. 3 q clavis inferni qua aperit et claudit est potestas gratiam conferendi quę solius dei est. vel dicendum q eadem est clavis inferni et coeli qr ex hoc ipso q alicui aperit unum claudit alterum. sed denominat a digniori.

sive

ut de eo sive eius porta quis educat

ne quis ultra in peccato labatur

Ar. 2. vm Clavis sit potestas ligandi. et soluendi?

Et videtur q non qr potestas spiritualis in sacramento collata est idem quod character. sed clavis et character non videntur idem esse / 2. qr iudex est qui iurisdictionem habet quę simul cum ordine non dat. at claves in ordinis susceptione conferunt / 3. qr eo ipso q quis est dignus ad regnum admittit. ergo non eget aliqua potestate activa eum admittente / 4. qr peccatores indigni sunt regno. at pro eis ecclesia orat. ergo non excludit eos / 5. qr ultimus finis (qualis est admissio ad regnum) semper pertinet ad principale agens. ergo ad deum et nullo modo administros.

qua ecclesiasticus iudex dignos recipere. et indignos excludere debet a Regno?

Dicendum ex. 2. de anima q potentię per actus definiunt in actu autem obiectum

a-

UVA.BHSC

a quo specificat exprimere est necesse et modus agendi ex quo apparet potē tia ordinata. quę in prędicta definitio ne tangunt. scilicet potestas. et subiec tum eius scilicet iudex ecclesiasticus. et actus scilicet excludere et recipere. et obiectum dum dicit a Regno. et modus dum dicit dignos aut indignos.

Ad 1. Rr q ad duo quorum unum est cau sa alterius una potestas ordinat. et sic una est potestas qua sacerdos conficere potest et qua potest soluere et ligare si iurisdictio assit sola ratione distincta. et sic character et potestas clauium est unum et idem se cundum essentiam sed differt ratione

Ad 2 q clauis cum ordine dat sed clauis executio indiget materia scilicet plebe sub dita per iurisdictionem / Ad 3 q digno qui habet ius ad rem habendam ~~[illegible]~~ aper tum est coelum ut habenti gratiam. dignos au tem per solam congruitatem ~~aperit per cla~~ ~~[illegible]~~ recipit potestas clauium / Ad 4 q sa cerdos dicit excludere, non q impedimentū apponat ad intrandum sed qr non amouet impedimentum nisi deus amouerit et ideo rogamus deum ut ipse absoluat ut absolu tio sacerdotis locum habeat / Ad 5 q actus sacerdotis non est immediate super regnū sed super sacramenta, quibus homo ad reg num peruenit

Ar. 3 Vm sint duę tantum uel una clauis?

Videt q una qr ad unam seram peccati, una clauis sufficit / 2. qr scientia non semper ex infusione habet. et quandoqz in, nō

UVA.BHSC

in non ordinatis maior reperit / 3. qr potestas sacerdotis supra corpus Christi mysticū dependet ex potestate supra corpus Christi uerum quę unica est ad consecrandum / Sed contra uidet q, sint plures scilicet (ultra scientiam discernendi. et potentiam iudicandi). uoluntas absoluendi / Secundo qr ut minister toti trinitati conformet tres claues habere debet /

Dicendum q, qr actus exercendi clauium potestatem requirit iudicium de idoneitate eius in quem est exercendus. et hoc iudicium in practicis (sicut et in iustitia patet) fit per imperij auctoritatem. et ad eius modi iudicium sequitur receptionis. uel executionis actus. sic sunt duę claues quarum altera pertinet ad iudicium discretionis et altera ad ipsam absolutionem non quidem secundum essentiam distinctę. sed ex comparatione ad actus. quorum alter alterum pręsupponit.

Ad. 1. Rr q, et ad unam seram aperiendam non inconuenit esse duas claues. quarum altera ad actum alterius ordinet / Ad 2 q, quidam dixerunt q, clauis scientię est ipse habitus scientię infusus uel acquisitus prout ordinat ad actum alterius clauis unde deficit quandoqz in sacerdotibus. et in non sacerdotibus clauis rationem non habet. sed profecto ambę claues in omnibus sacerdotibus inueniunt quibus se eas dominus in Petro daturum promisit. et proinde alij melius dicunt q, habitus scientię non est clauis, sed auctoritas scientię actum exercendi / Ad. 3 q, potestas conficiendi est ad unum tantum actum alterius generis. et sic nō connumerat clauibus nec multiplicat. / Ad. 4 q, ad uelle liberum non requirit auctoritas / Ad. 5 q, tota trinitas eodem modo remittit. et uoluntas spiritui sancto appropriata clauem non requirit

quitamen secundū hunc modum dicendi clauicolam habēt scilicet naturalem industriam ad absoluendum

UVA BHSC

Quæstio. 18. De effectu clauium in 4. ar. diu.

Ar. 1. Vm Potestas clauium se extendat ad remissionē culpæ?

Et uidet q, sic qr Ioannis. 20 dicit discipulis quorum remisseritis peccata remittunt eis. quod non solum intelligendum est quantum ad manifestationem) 2. qr in sacramento pœnitentiæ dat gratia ad remissionem peccati. huius autem sacramenti minister et dispensator est sacerdos ex uiclauium) 3. qr aqua baptismi ex sua sanctificatione uim habet ut corpus tāgat et cor abluat. ergo multo magis sacerdos ex sua consecratione.

Sed contra est Magister sententiarum asserens non esse datam potestatem sacerdotibus quantum ad interiorem mundationem) Secundo qr ut Magister dicit in. 2. dare spiritum sanctum. quod fit per gratiam nulli homini conuenit.

Dicendum q, sacramenta secundum Hugonem ex sanctificatione continent inuisibilem gratiam. sanctificatio autem in quibusdam sacramentis. N. g confirmatione requirit et in materia et in ministris. in alijs sacramentis ut baptismo in sola materia. et in alijs ut in pœnitentia in solo ministro. baptismus autem et pœnitentia ad remissionem culpæ ordinant taliter q, in adultis ad utrumque eorum sacramentorum suscipiendum requirit dispositio et fictionis remotio. ac proinde in usu clauium fit remis

UVA.BHSC

Missio culpę sicut et in baptismo nō quidem tanq̄ a causa principali. neq̄ instrumentaliter gratię creationem attingente. sed disponente ad gratiā per quam fit remissio culpę.

Ad. 1. Rr q. sacerdotibus in noua lege commissa est potestas remittendi peccata non solum ostendendo remissionem futuram (quod conueniebat sacramētis ueteris legis) neq̄ significando eā in pręsenti dari ut quidam putauerūt sed significando eam ad pręsentiam sacramentorum conferri et operando ad eam dispositiue et instrumentaliter. et hoc modo etiam concurrunt ministri. qr proportionaliter loquendum est de sacramentis. et de potestate ministrorum. nec obstat quin claues ecclesię ad remissionem culpę disponant qr culpa iam est remissa. sicut nec q. baptismus disponat quantum in se est in eo qui iam sanctificatus est.

Ad. 2. q. neq̄ sacramentum pœnitentię neq̄ baptismi operando directe pertingit ad gratiam neq̄ ad remissionem culpę. sed dispositiue (vnde Rr ad 3m) Alię rationes concludunt q. ad remissionem culpę directe clauium potestas non operet. quod concedendum est.

Ar. 2. Vm sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnam?

Et uidet q. non qr etiam post absolutionem sacerdotis manet pœnitēns ad pœnā tem

tantum do

obligatus

temporalem sic uel in purgatorio / soluendam / 2. qr a diuina iustitia / est taxata poena. ergo de ea non potest quidqz remittere sacerdos / 3. qr / non minus susceptiuus est effectus clauium qui paruum peccatum comissit qz qui magnum. ergo posset tam paruum comittere quod tota poena ei debita remitteret. siquidem ej qui magnum comissit aliqua remittit / 4. qr sic toties posset quis ab uno peccato absolui, q, tota poena ei debita remitteret. et sic peccatum manebit omnino impunitum.

quantumuis grauj.

Sed contra est q, clauis est potestas ligandi et soluendi. sed sacerdos potest iniungere poenam temporalem. ergo et ab ea absoluere / secundo qr ut dictum est sacerdos non potest dimittere peccatum quantum ad culpam. ut dicit Magister, neqz quantum ad poenam eternam. ergo si remittit ut certissimum est ex euangelio remittit quantum ad poenam temporalē.

Dicendum q, quemadmodum in accedenti ad baptismum in gratia, gratia auget et totaliter poena remittit qr regenerat spiritualiter et consepelit Christo. ita in accedente ad sacramentum poenitentie in gratia. gratia auget et remittit de poena temporali peccatis debita non solum in hac vita soluenda. sed et in purgatorio qr sic confessio sacramentalis et absolutio non essent tali. nisi in onus.

(ut quidam limitauerunt)

(sic q, minus punietur in purgatorio absolutus ante satisfactionem qz si non fuisset absolutus.)

Ad 1. Rr q, sacerdos non remittit totam poenā temporalem. et sic manet poenitens obnoxius satisfactionj / Ad 2. q, effectus dominice-

pas

UVA.BHSC

^pro peccatis totius mundi

passionis in se sufficientissime applicat nobis medijs sacramentis iuxta modum eorum / Ad 3. q. de poenis singulorum peccatorum proportionabiliter remittitur poena non tota. sic q. remaneat locus satisfactioni. qr alias aliquod peccatum remaneret omnino sine poena / Ad 4 quidam dicunt q. per primam absolutionem remittitur de poena totum quod per absolutionem est remissibile. et q. alie confessiones et absolutiones conferunt ad meritum. Humilitatem, et erubescentiam et augmentum gratie sed profecto non est inconveniens q. ex iteratis confessionibus omnino poena peccatis debita tollatur, et peccatum omnino maneat impunitum pro quo poena Christi satisfecit — " — "

Ar. 3. vm sacerdos per potestatem clavium possit ligare?

Et videtur q. non qr vis sacramentorum est medicinalis. Ligare autem non est medicina peccati, sed magis aggravatio morbi / 2. qr ligare est imponere obstaculum regni, quod ab alio nobis imponi non potest cum a solo peccato nostro causetur 3. qr ligare non est effectus passionis dominice a qua claves efficaciam habent. Sed contra matth. 16. quodcumque ligaveris sup. t. erit ligatum et in coelis 2. qr potestas clavium est rationabilis ergo ad opposita. et sic si ad solvendum. etiam ad ligandum / Dicendum q. sacerdos

UVA.BHSC

dos sicut et Deus directe suo modo habet potestatem absoluendi ~~directe~~ a culpa indirecte autem (sicut et deus obdurat) ligandi, quatenus non absoluit, sed in poenam (sicut et deus) directe habet suo modo potestatem soluendo et ligando. ad poenam autem ligare dupliciter dicit uno modo considerando ipsam poenę quantitatem in cōmuni. et sic nō ligat nisi in quantum non soluit, sed ligatum ostendit. Alio modo considerando poenam hanc uel illam determinate. et sic ligat ad poenam imponēdo eam.

Ad. 1. Rr q. illud residuum poenę ad quod obligat est medicina purgās peccati impuritatem / Ad. 2. q. etiam poena est obstaculum regni / Ad. 3. q. etiam passio Christi obligat nos ad aliquam poenam, per quam ei conformemur.

Ar. 4 Vm̄ sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare et soluere?

Et uidet q. sic qr Hieronimus ex canonum determinatione dicit nō constare. immo simili arbitrio relinquit / 2. qr dominus villicum iniquitatis multum de debitis remittentē cōmendauit / 3. qr Christus multis peccantibus ut adulterę Ioannis. 8. nullam ponam imposuit ergo et sacerdotes etc. Sed contra est Gregorius dicens falsam pa-

UVA.BHSC

poenitentiam quę non imponit secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum / 2 quia ad usum clauium est necessaria discretio.

Dicendum q. sacerdos operat ut dei instrumentum ut Dionisius ait in fine eccles. Hierarchię. et constat Matth. 16. ubi pręmittit reuelatio Petro facta ante potestatem clauium illi datam et Joan. 20. pręmittit spiritus sancti acceptio. ac proinde sacerdos ut a deo motus et scientiam medicinę spiritualis sequens poenas imponere in canone determinatas debet. pro uarietate et moderamine poenitentium et peccatorum. ne in desperationem aut relaxationem inducant.

Ad. 1. R. q. arbitrium istud debet esse diuino instinctu regulatum / Ad. 2 q. villicus etiam laudat de hoc q. prudenter fecit / Ad 3. q. Christus per potestatem excellentię operabat prout uolebat de ministris autem non est eadem ratio.

Quaestio. 19 De ministris clauium in sex articul. diuisa

Ar. 1. Vm sacerdos legalis claues habuerit.

Et uidet q. sic quia claues ordinem sequuntur. sed illi sacerdotes ex eo q. sacerdotes ordinem habebant ergo et claues / 2 quia ad discernendum et iudicandum habebant auctoritatem / 3. quia super populum habebant aliquam potestatem. et non regiam siue

sę

^ proprio arbitrio
^ instinctu diuino regulatus
^ satisfactorias

UVA.BHSC

356

secularem (qr hec erat distincta) ergo clauium et spiritualem.
sed contra est q. tunc regnum coelorum nō poterat aperiri / 2 qr illa sacramenta nō conferebant gratiam qua patet aditus ad regnum. " " " "
Dicendum q. licet illi sacerdotes pœnas pro delictis imponerent leuit. 5 non tamen nec imperfectas claues habuisse dicendū est (ut quidam affirmarunt) qr ad introitum in tabernaculum manufactum ordinabant et non coeleste. ut ad hebr. 1. docet Apostolus ac proinde non habuerunt claues sed in eis clauium figura precessit.
Ad. 1. Rr ex dictis q. non habuerunt claues regni sed terrenis tabernaculi / Ad. 2 q. habebant potestatem ut homo admitteret in figuras coelestium / Ad. 3. q. illa non erat spiritualis potestas qr non a culpis sed a quibusdam irregularitatibus purgabant /

Ar. 2. Vm Christus habuerit clauem?

Et uidet q. non qr non habuit characterem ad quem sequitur clauis / 2 qr frustra fuisset in eo. cum per potestatem excellentie effectum sacramentorum conferret sine sacramentis /
Sed contra dicit Apocalyps. 3 / Dicendum q. clauis est potestas claudendi et aperiendi. potestas autem eiusmodi est in Christo domino inquantum est deus auctoritatiue et inquantum homo habet eam (per meritum) excellentie. in sacerdotibus uero est ministerialiter / Ad. 1. Rr q. clauis in Christo non sequitur characterem (ut in ministris) sed principalem formam / Ad. 2 q. clauis Christi non erat sacramentalis sed clauis sacramentalis principium

UVA.BHSC Ar

Ar. 3. Vm̄ soli sacerdotes habeāt claues?

Et uidet q, non qr. Isidorus hostiarijs dicit competere iuditium. quos dignos recipiunt et indignos reiiciunt / 2 qr etiam Reges diuinitus super populum potestatem accipiunt. et unctione sanctificātur / 3. qr clauem quandoqz uidet habere tota una congregatio ut quęclam capitula quę excomunicandi potestatem habent / 4 qr etiam mulieribus quę incapaces sunt ordinum conuenit potestatem habere Abbatissę, et Priorissę ergo habent clauem) " " " Sed contra est omnino auctoritas Gregorij / Secundo qr soli sacerdotes constituūtur medi inter deum et homines ad offerendum ut habet hebr. 5 ~

Dicendum q, clauis ordinis quę immediate ipsam coelia pertionem per culpa remissionem attingit solis competit sacerdotibus: sed clauis iurisdictionis in foro ca[illegible] quę non directe se extendit ad ipsum coelū sed mediante militante ecclesia qua per excomunicationem ab eius consortio aliqui excludunt alijs qz sacerdotibus competit scilicet Archidiaconis: et electis etc. non tamen dicit clauis cęli sed quędam dispositio ad ipsam.

Ad. 1. Rr q, hostiarij excludunt et admittunt in templo materiali exequentes iuditium sacerdotum. non proprio iuditio) Ad. 2. q, regibus solum temporalis concedit potestas et quidem a deo Rom. 13. nec per unctionem quam accipiunt consecrant in aliquo ordine. sed sub Christo domino

unc

UVA.BHSC

uncto super Christianum populum reg
nare edocent / Ad. 3. q. potestas iuris-
dictionis ut etiam ex politicis et 8. ethic
constat in uno aut multis ex equo esse
potest. non tamen esse poterit in omni
bus simul clauis ordinis de qua nunc
est sermo / Ad. 4. q. mulieribus non da
t clauis neq; ordinis, neq; iurisdictionis (cum et in. 8 ethic
sed committit eis aliquis usus clauium su) dicat Philoso
per sibi subditas ob periculum imminens) phus q. corrup
si uiri cum mulieribus cohabitarent.) tio est urbanita
tis cum dominiū
ad mulierem per
uenit ~ II ~)

Ar. 4 Vm etiam sancti homines
non sacerdotes claues habeant.

Et uidet q. sic qr illi maxime Christo pas
so conformant / 2. qr. hebr. 7 quin minor
est sine ulla contradictione a maiori be
nedicit. at secundum Augustinum in spi
ritualibus hoc maius est esse quod melius.
sed contra est q. cuius est potestas eius est
actus sed clauis tantum est sacerdotum.
Dicendum q. agens per se et principale a
git per formam propriam quam inducit in
passum. agens uero instrumentale agit ut
motum a principali formam principalis
agentis inducendam. et sic ille qui effectū
clauium consequit non assimilat utenti
clauibus sed Christo. et ideo quantumcunq;
aliquis habeat de gratia non potest pertinge
re ad effectum clauium nisi applicet ad hoc
quasi minister per ordinis susceptionem
Ad 1. Rr q. illa similitudo non est que requiri
t ad instrumentum applicandum ad effectū
clauium / Ad. 2. q. ad benedictionem de qua
loquimur requirit maioritas ordinis. ad be
nedictionem uero que est ab homine puro ut
immediate per proprium actum de qua loqui
t argumentum est necessaria maioritas vir
tutis

Ar

UVA.BHSC

Ar. 5 Vm̄ mali sacerdotes habe ant usum clauium?

Et uidet q. non qr non habent spiritum sanctum qui habentibus talem usum promittit Ioannis. 20 / 2. qr nullus Rex prudens usum thesauri sui (qualis est clauium) inimico suo committit / 3. qr Augustinus dicit q. sacramentum gratiæ deus per malos etiam dat. sed ipsam gratiam non nisi per se ipsum uel per sanctos suos et ideo remissionem peccatorum per se ipsum facit uel per ipsius columbæ membra / 4 qr intercessio mali sacerdotis nullam habet apud deum ~~intercessionem~~ immo secundum gregorium magis irritare uidet ~~[illegible]~~. et ad deteriora prouocare / Sed contra est q. sic nullus sciret se esse absolutum cum ignoret quis sit in gratia / Secundo qr iniquitas ministri non aufert liberalitatem domini.

Dicendum q. sicut participatio formæ quæ est inducenda in effectu non facit instrumentum. ita nec subtractio talis formæ tollit usum instrumenti. et sic nec malus sacerdos carens gratia priuat usu clauium Ad. 1. Rr q. tantum probat incongrue fieri usum clauium ex parte peccatoris ministrantis / Ad. 2. q. Rex diuinus nequit suo thesauro defraudari. et scit ex malis multa bona elicere, non sic Rex terrenus / Ad. 3. q. per membra columbæ intelligit sanctus omnes ab ecclesia non præscisos licet inter sacramenta specialiter baptismum in casu necessitatis licitum sit etiam ab excommunicato recipere / uel Augustinus intel

li

UVA.BHSC

ligit secundum q. sancti homines ope
rant ad remissionem peccatorum non
ex vi clauium / Ad 4 q. intercessio ma
li ~~[illegible]~~ ut ex propria persona non habe
bit efficaciam, ~~[illegible]~~ sed ut est
minister Christi ex merito ipsius, et debet
conari ut etiam ex propria persona prosit.

Ar. 6 vm Hęrethici schismatici et excomunicati usum clauium habeant.

Et uidet q. sic etiam degradati qr non pos
sunt amittere usum conficiendi sic q. fac
tum non teneat. ergo neq. usum clauiū
cum uterq. ab ordine dependeat / 2 qr po
testas clauium actiua est et semper manet
in prędictis. ergo utent ea libere quando
uolent alias oporteret eos reordinari ad u
tendum / 3 qr ob culpam magis impedit
spiritualis gratia. q. per poenam qualessūt
prędictę. at per culpam non impedit. ergo
sed contra est Augustinus dicens q. eccle
się charitas peccata dimittit. at charitas
facit ecclesię unionem quę in prędictis deest
secundo qr nullus absoluit a peccato secun
dum hoc q. peccat. qualiter se habet a prędic
tis absolutionem petens.

Dicendum q. in omnibus manet clauium
potestas quantum ad essentiam sed in prę
dictis impedit usus per ordinationem ec
clesię subtrahentis materiam circa quam scilicet
~~[illegible]~~ subditos uel simpliciter uel quantū
ad aliquid. et propterea quantum ad hoc q.
impediti sunt non possunt usum clauium
habere / Ad 1 Rr q. etiam in simili si auferre

UVA.BHSC

tur prædictis materia panis triticej non possent conficere, et baptizantes peccarent Ad. 2. q. procedit quando non deest materia / Ad 3. q. ex culpa non subtrahitur materia.

Quæstio. 20 De His in quos usus clauium exercetj Potest in tres art. diuisa.

Ar. 1 vm̄ sacerdos possitutj claue quam habet in quolibet homine?

Et uidet q. sic qr indeterminate dictum est eis a domino accipite spiritum sanctum quorum remisseritis peccata remittunt eis / 2 qr clauis corporalis quæ aperit unam seram aperit omnes eiusdem rationis, at omnia peccata habent eamdem rationem claudendi coelum / 3. qr sacerdos ueteris legis indifferenter habebat auctoritatem discernendi inter lepram, et lepram. ergo multo magis sacerdos euangelicus.

Sed contra est q. 16. q. 1. prohibet parrocho ne alterius subditum absoluat aut liget / 2. qr in iuditio temporali non utit iudex potestate indifferenter in quemlibet. ergo neq; in spirituali. quod ordinatius est.

Dicendum q. in quolibet principatu præter illum qui uniuersaliter præcepta legis tradit sunt alij qui magis in particula

ri

UVA.BHSC

ri paucioribus presunt. neque enim omnia eodem modo omnibus sunt tradenda et ita debet esse in prelatione ecclesie militantis, sicut et in angelica Hierarchia sub potestatibus principatus, et sub his angeli constituunt qui singulorum custodie deputentur et sic non omnes Prelati supremo dempto possunt indistincte in omnes uti clauibus nisi in necessitatis articulo. quando nemini sacramenta sunt deneganda.

in qua apud unum est prelatio indistincta in omnes et sub eo alij, qui super diuersos diuersam potestatem et indistinctam acciperent

Ad. 1. Rr q. potestas requirit ad absoluendum a peccato scilicet ordinis et iurisdictionis. quarum prima equaliter est in omnibus sacerdotibus illis Ioannis 20 collata. sed non secunda que generaliter Petro data est Matth. 16. et alijs iuxta eius ordinationem / Ad. 2 q. nec clauis potest aperire nisi seram propriam. neque aliqua uirtus actiua nisi in propriam materiam / Ad. 3 q. populus israel unus populus erat, et unum tantum templum habebat. nunc autem in ecclesia congregant diuersi populi et nationes.

duplex

agere

Ar 2 vm sacerdos possit semper suum subditum absoluere? / et uidet q. non q. ut Augustinus dicit nullus officio sacerdotis uti debet nisi immunis sit ab illis, que in alijs iudicat sed aliquando continget q. sacerdos subditam cognouit. ergo in eam claui non poterit /

UVA.BHSC

terit uti / 2 qr ~~quandoq~~ per claues infir
mus spiritualis ab omnibus defectibus cu
ratur sed quandoq irretit irregularita
te aut excomunicatione a qua propri
us sacerdos non potest eum absoluere /
3° qr iudicium sacerdotij noui prefigu
rabat in sacerdotio legis ueteris in qua
ex od. 25 grauiores cause ad superiores
deferebant sacerdotes siue iudices.
Sed contra est q sacerdotibus quod principa
le est comittit scilicet ministratio eu
charistie ad quam ordinat absolutio a
quibuscunq peccatis tanq accessorium
secundo qr gratia quantumcunq priua
omne peccatum tollit. at sacerdos sacramē
ta dispensat in quibus gratia confertur /
Dicendum q potestas ordinis ad omnia pec
cata extendit quantum est de se. sed quo
niam ad sui exercitium requirit iuris
dictionem que quandoq a superioribus (a
quibus confertur) limitat ideo superiores
prelati solent sibi grauia crimina reserua
re. et specialiter in quinq casibus tenet
quis ad superiorem recurrere. Primo quā
do est solemnis poenitentia iniungenda
secundo quando est excomunicatio a qua
inferior non potest absoluere. Tertio in ca
su irregularitatis a superiori dispensande
quarto de incendiarijs / et quinto quando
ab aliquibus episcopis aut superioribus spe
cialiter aliqua reseruant enormia qr in
talibus consuetudo dat. uel aufert potesta
tem / Ad. 1. Rr q in illo casu secundum con
gruitatem tali mulieri debet dari licentia ut
alij

quantum est de potestate clauium

ad terrorem

(non de necessitate absolutionis)

UVA.BHSC

Alij confiteat aut ad superiorem recurrat si a tali proprio ad confitendum alteri non licentiet / Ad 2. q. poenitentia ab omnibus defectibus culpae liberat sed non ab omnibus poenis, nam peracta poenitentia de homicidio manet irregularitas ac proinde poterit de crimine absoluere. et pro poena ad superiorem remittere. nisi in excomunicatione qr eius absolutio debet precedere absolutionem a peccato / Ad 3 ex dictis.

Ar. 3 Vm aliquis possit uti clauibus in suum superiorem?

Et uidet q. non qr propria materia clauium est persona subiecta sacerdoti / 2 qr in ecclesia triumphante angeli inferiores non utunt actione Hierarchica in superiores purgando, illuminando, aut perficiendo eos / 3. qr in foro exteriori inferior iudex non absoluit aut excomunicat superiorem, ergo neq; iudex in foro poenitentiali. quod ordinatius est.

Sed contra est q. remedium contra peccatum (quo etiam superiores inficiunt) est clauium potestas, qua nullus in seipsum uti potest / Secundo qr inferior superiori eucharistiam administrat ad quam usus clauium ordinat.

Dicendum q. potestas clauium de se ad omnes se extendit nisi desit subiecta materia idem autem sibi subiici non potest. sed potest dare inferiori in seipsum potestatem ac ita clauibus in superiorem utet.

Ad. 1 Rr q. episcopus inferior est simplici sacerdote inquantum se ei ut peccatorem sub

Ji

UVA.BHSC

Dicit / Ad 2. q. in angelis non potest contingere defectus ob quem superiores inferioribus subiciant) Ad 3. q. iudicium confessionis est quo ad deum apud quem reddit aliquis inferior ex eo q. peccat. et ita in hoc foro (quamuis non in exteriori) potest quis alteri cōmittere suam absolutionem cum tamen in neutro foro se ipsum possit aut ligare, aut soluere. uel dicendum q. absolutio in foro confessionis est principaliter potestatis clauium et ex quodam consequenti respicit iurisdictionem. excōmunicatio autem respicit totaliter iurisdictionem.

(quę ex se ad omnes se extendit)

Quæstio 21. De excōmunicatione in 4. articulos diuisa

Ar. 1. vm conuenienter definiat excomunicatio. q. sit separatio a cōmunione ecclesiæ, quo ad fructum et suffragia generalia?

Et uidet q. non qr ecclesia orat pro eis qui extra eam sunt. ergo signum est q. proderit eis / 2. qr nullus amittit suffragia nisi per culpam. excōmunicatio autem magis habet rationem pœnę / 3. qr fructus ecclesię non uidet esse alius q̄z suffragia. ergo superflue addit quo ad fructum qui de temporali non intelligit cum iste non auferat / 4. qr etiam excōmunicatio minor, est excōmunicatio. et tamen non priuat ecclesię suffragijs / Dicendum q. ~~fideles~~ per baptismū adscribunt cętui fidelium et ad participationē

Sed contra est cōmunis sententia

Homines

sa

sacramentorum. et hoc secundum pre/
supponit primum. vnde potest quis-/
extra ecclesiam fieri dupliciter. scilicet
quantum ad secundum et hoc fit per ex
cōmunicationem minorem. uel quan
tum ad utrumq; et hoc fit per maiorem
excōmunicationem. cōmunicatio autē
fidelium uel est spiritualib; ut in mutuis
orationib; et conuentu ad sacramenta
percipienda. uel in actib; legitimis corpo
ralib; que his uersibus continent. os. ora
re, uale. cōmunio, mensa negat. solet e
tiam et alia definitio excōmunionis as
signari. scilicet. q; sit a qualibet licita cō
munione fidelium separatio.
Ad. 1. Rr q; ecclesia orat pro illis ut ad fruc
tum ecclesie percipiendum extra infideli
tatem, aut excōmunicationem disponan
t/ Ad. 2. q; suffragia ecclesie que pro to
ta ecclesia fiunt excōmunicato non pro
sunt. neq; ex persona ecclesiae inter mem
bra ecclesie fieri potest. quamuis aliqua
persona priuata possit per intentionem
ad conuersionem excōmunicati aliquod suf
fragium dirigere / Ad. 3. q; fructus spiritua
lis ecclesie non solum est ex suffragijs. sed
ex perceptione sacramentorum et conuictu
fidelium / Ad. 4 q; excōmunicatio minor
non habet perfectam rationem excōmu-
nicationis. et propterea sufficit si definitio
assignata ei competat quantum ad aliquid.

Ar. 2. Vm ecclesia debeat
aliquem excōmunicare?

et

UVA.BHSC

Et iudet q non qr excomunicare est, maledicere, hoc autem facere prohibemur Roman. 12 / 2. qr ecclesia militans debet conformari triumphanti in qua ut dicit Iudas in epistola Michael cum altercaret cum diabolo de moysi corpore non est ausus iuditium inferre blasphemiæ. sed dixit imperet tibi dominus / 3. qr nullus est in manus inimici tradendus nisi desperatus qualis nullus est in hac vita, sed contra est q Apostolus. 1. corint. 5. mandat quemdam excomunicari, secundo qr qui ecclesiam audire contemnunt extra ipsam sunt eiiciendi matth. 18.

Dicendum q ecclesia sicut et deus aliquando punit peccatores ut ad bonum eos trahat flagellis castigando aliquando eos sibi relinquendo ut auxilio subtracto infirmitatem suam recognoscant. et ad deum redeant et hoc utrumq; facit per excomunicationem separando ab ecclesia ut homo erubescat, quod est flagellare eum, et ~~separando~~ priuando suffragijs quibus iuuaret.

Ad. 1. Rr q maledictio quæ non sistit in malo imprecato, sed ad bonum maledicti tendit licita est. sicut et chirurgi incisio / Ad. 2. q diabolus est incorrigibilis. et nullius boni susceptiuus per excomunicationis poenam / Ad. 3. q

ex

UVA.BHSC

ex suffragis ecclesiæ tria sequuntur cō-
moda scilicet gratiæ augmentum aut
dispositio ad ipsam. Secundo virtutum
custodia. et tertio defensio ~~a diabolo~~ ab hoste
(qui ~~excōmunicatos in primitiua eccle-~~
~~sia visibiliter uexabat~~) et ex excōmu-
nicatione tria damna opposita vnde
in primitiua ecclesia excōmunicati-
a dæmone visibiliter uexabantur. neq;
est inconueniens si ille qui non est
desperatus datur hosti non quasi da-
mnandus. sed tanq; corrigendus. et
ab ecclesia cum uoluerit liberandus.

Ar. 3. Vm aliquis pro tempo-
rali damno debeat excōmu-
nicari.

Et uidet q, non qr excōmunicatio est pri-
uatio boni spiritualis. et poena impropor-
tionabiliter excedens temporalia damna.
Secundo qr nulli malum pro malo est red-
dendum.
Sed contra est q, Petrus Ananiam et Saphi-
ram pro defraudatione precij agri morte
damnauit.
Dicendum q, per excōmunicationem indig-
ni excluduntur a regno per iudicem eccle-
siasticum. non est autem indignus aliquis
regno nisi per peccatum mortale. et ita pro
damnō illato ecclesiæ contra charitatem
quæ ducit ad regnum. poterit quis excōmu-
nicari. qr tamen excōmunicatio (sicut et
aliæ pœnæ) est medicina et poena grauissima
non

UVA.BHSC

non est pro quouis mortali ferenda nisi contra contumacem . in comparendo aut a iudice recedendo . aut sententie late post citationem non obediendo .

Ad Primum Rr. q licet excedat nocumentum . non tamen quantitatem culpe contumacis) Ad 2 . q illud non est reddere malum sed medicine bonum .

Ar . 4 Vm excomunicatio iniuste illata habeat aliquem effectum

et uidet q non qr gratia et protectio dei iniuste subtrahi nullo modo potest / 2 qr Hieronimus ait q est de supercilio phariseorum iniuste ligare aut soluere / sed contra est Gregorius dicens q precepta pastoris siue iusta siue iniusta timenda sunt . ergo aliquem effectum habent .

Dicendum q excomunicatio iniusta ex parte excomunicantis puta ex odio aut ira sortit effectum (qr licet iniuste agat) iuste tamen patit excomunicatus) si tamen sit iniusta ex parte ipsius excomunicationis et cause . uel qr fert iuris ordine pretermisso (taliter tamen q sententiam nullam esse faciat) nullum habebit effectum . alias enim tenebit excomunicatus obedire . et ad meritum ei proderit . uel ab excomunicante absolutionem petere . aut ad superiorem recurrere .

Ad . 1 . Rr q licet non possit quis gratiam dei iniuste amittere . potest tamen amittere iniuste ea que ad illam disponunt / Ad 2 . q Hieronimus loquit de culpis et non de

poe

UVA.BHSC

poenis quę iniuste possunt infligi a iudicibus ecclesiasticis.

Quæstio. 22 De His qui possunt excomunicare.

in. 6 art diuisa.

Ar. 1. Vm quilibet sacerdos possit excomunicare.

Et iudet q, sic quia est actus clauium at claues quilibet sacerdos habet ergo / 2 q ma ius est soluere et ligare in foro conscientię siue Poenitentię q3 in foro iudicij /

Sed contra est q, in quibus imminet periculum sunt maioribus reseruanda.

Dicendum q iudicium poenitentiale agitur inter hominem et deum iudicium autem exterioris iudicij agitur inter homines et ideo absolutio uel ligatio quę obligat quo ad deum tantum pertinet ad forum poenitentię. sed illa quę hominem obligat in comparatione ad alios homines ad forum publicum exterioris iudicij pertinet. Et q homo per excomunicationem a comunione fidelium separatur ideo excomunicatio ad forum exterius pertinet. ac proinde illi soli possunt excomunicare qui habent iurisdictionem in foro iudicia li. ut episcopi et superiores Prelati. Presbiteri autem Parrochiales non nisi excomissione eis facta. uel in certis casibus ut in furto rapina et huiusmodi in quibus eis a iure concedit.

Ad 1. Rr q, excomunicatio non est actus clauis directe. sed magis exterioris iudicij / Ad 2 q parrochiales sacerdotes habent quidem iurisdictionem in subditos quantum ad forum conscientię. sed non iudiciale.

Ar. 2. Vm non sacerdotes excomunicare Possint.

et

conscientię

auctoritate propria

UVA.BHSC

Et videtur q, non qr est actus clauium quas non sacerdotes non habent / 2 qr plus requirit ad excomunicationem, qz ad absolutionem in foro poenitentię sed hanc non potest non sacerdos ergo neqz in illam.
Sed contra est q, Archidiaconi legati et electi licet non sint sacerdotes excomunicant.
Dicendum q, excomunicatio directe non respicit gratiam sed ex consequenti ut dictum est inquantum homo suffragijs ecclesię priuat. et ideo non sacerdotes dummodo iurisdictionem habeant possunt excomunicare in foro contentioso.
Ad. 1. Rr q, habent clauem iurisdictionis.
Ad. 2. q, ista duo habent se tanqz excedentia et excessa ac proinde alicui competit unum cui non competit aliud.

Ar. 3. Vm excomunicatus uel suspensus possit alium excomunicare

Et videtur q, non qr nec ordinem neqz iurisdictionem amittit cum neutrum horum in eo reiteret) 2. qr possunt maius scilicet conficere corpus Christi) 3. qr
Sed contra est q, ligatus corporaliter non potest ligare. at uinculum spirituale fortius est qz corporale.
Dicendum q, excomunicatus et suspensus (si sit suspensus a iurisdictione) iurisdictionis usum exercere non potest qr ab hominum comunione seiungit. q, si quis suspendat ab ordine tantum poterit ea quę sunt iurisdictionis et e conuerso q, si ab utroqz neutrum poterit).
Ad. 1. Rr q, licet non amittat iurisdictionem

UVA.BHSC

nem amittit tamen iurisdictionis usum.
Ad. 2. q. conficere sequitur characterem indelebilem excomunicatio uero iurisdictionem amobibilem, aut ligabilē

Ar. 4. Vm̄ quis possit seipsum superiorem, aut ęqualē excōicare?

Et uidet q̄ Paulus excomunicauit angelum de coelo galat. 1. Et tamen qui minor est in coelo maior est Ioanne maximo in terris. Matth. 11. / 2. q̄ quandoq̄ fert excomunicatio in generali pro furto aut simili quod cōmisisse poterit superior aut ęqualis excomunicanti / 3. q̄ potest quis superiorem suum scilicet episcopum absoluere. et sacerdos suum ęqualem a venialibus. ergo et excomunicare. Sed contra est q. nullus in seipsū ęqualem aut superiorem iurisdictionē habere potest.

in foro pœnitentiali

Dicendum q. cum per iurisdictionem constituat quis superior. et non possit respectu sui, aut ęqualis. aut superioris talis effici tales excommunicare non potest.

Ad. 1. Rr q. Apostolus loquitur ex hypothesi si esset possibile angelum peccare ac proinde sicut antecedens est impossibile, ita et consequens / Ad. 2 q. in casu illi non excomunicant q̄ par in parem non habet imperium / Ad. 3 q. absolutio et ligatio in foro confessionis. est quo ad deum tantum in quo per peccatum constituit quis inferior / absolutio uero uenialium sequitur ipsam potestatem ordinis.

Ar. 5. Vm̄ in Vniuersitatem sententia excomunicationis ferri possit?

UVA.BHSC

Et videt q, sic qr cōmunitas potest in peccato esse contumax / 2 qr. et tota una civitas interdicit a divinis. sed hoc est gravissimum in excōmunicatione. ergo -
Sed contra est glossa Augustini Matth. 2 dicens q, Princeps et multitudo non est excōmunicanda.. "
Dicendum q, excōmunicatio fert in peccatum mortale. peccatum autem actus est et idem actus ut frequentius non est totius cōmunitatis sed singulorum. ac proinde singuli excōmunicari poterunt. sed nō tota cōmunitas qr nec deus iustum damnat cum impio. et iubet non eradicari triticum cum colligunt Zizania.

de cōmunitate.

genes. 19

Ad 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q, suspensio et interdictum est minus gravis qz excōmunicatio immo fert in subditos sine culpa ob delictum Principis.

Ar. 6. Vm qui semel est excōmunicatus excōmunicari possit. ~

Et videt q, non qr de his quę foris ecclesiā sunt ipsa non iudicat. 1. corint. 5 / 2 qr iam privatus aliquare non privat ea / sed contra est q, pene omnes medicinę causa exigente iterant /

extra

Dicendum q, excōmunicatus potest per eamdem iteratam excōmunicationem ad maiorem sui confusionem excōmunicari. vel ob alias causas et tunc tot sunt excōmunicationes principales, quot causę.
Ad 1. Rr q, Apostolus loquit de infidelibus in quibus non est character ut pagani / Ad. 2. q, privatio licet in se non recipiat magis et minus recipit tamen ea ratione suę causę ~.

UVA.BHSC

Q

Quæstio. 23 De Participatione cum excomunicatis in tres articulos diuisa.

Ar. 1. Vm excomunicato liceat comunicare in pure corporalibus?

Et uidet q, sic qr claues solum ad spiritualia se extendunt / 2. qr ex præcepto charitatis inimicis subuenire tenemur / Sed contra. 1. corint. 5. cũ eiusmodi nec cibum sumere.

Dicendum q, excomunicatio minor priuat a participatione sacramentorũ passiua. excomunicatio uero maior a dicta participatione et comunione fidelium. exceptis ~~his~~ casibus qui his carminibus exprimunt. Vtile lex humile. res ignorata. necesse. hæc quinq; faciunt anathema ne possit obesse / taliter q, utile refert ad verba salutis. lex ad matrimonium, humile ad subiectionem, non tamen seruorum quos quis post excomunicationem accepit, nec filiorum emãcipatorum cætera patent.

ut quidam uolunt.

Ad. 1. Rr q, corporalia ad spiritualia ordinant et imperant ad ea sicut ad finẽ,

Ad. 2. ex dictis.

Ar. 2. Vm Participans excomunicato sit excomunicatus?

Et uidet. ~~et~~ non qr magis separatus est ab

UVA.BHSC

ab ecclesia gentilis aut iudęus. cumquibus tamen cōmunicare licet / 2 qr etiā qui participanti cum excōmunicato cōmunicaret esset excōmunicatus. et sic in infinitum, quod dici non debet /

Sed contra est q, qui cum eo cōmunicat a cōmunione ecclesię recedit.

Dicendum q, si excōmunicatio feratur in aliquem et in omnes cum eo participantes etiam participantes eamdem excōmunicationem incurrunt. q, si simpliciter quis excōmunicet qui cum eo participauerint in crimine ob quod est excōmunicatus incurret etiam maiorem excōmunicationem, alias cōmunicantes ut in osculo vale. etc. incurrent minorem excōmunicationem /

ei auxilium aut fauorem prębendo /

Ad. 1. Rr q, ecclesia non ita punit infideles neq; corrigit sicut fideles et propterea a cōmunione istorum arcet. non illorum / Ad 2 q, excōmunicato minori excōmunicatione licet cōmunicare. qr hęc non transit in tertiam personam.

super quos potestatem habet

Ar. 3. Vm cōmunicare cum excōmunicato in casibus non concessis semper sit peccatū mortale?

Et iudet q, sic qr quędam decretalis respōdit q, non licet excōmunicato cōmunicare etiam sub poena mortis. ne mortaliter peccet / 2. qr esset in re graui facere contra pręceptum ecclesię / 3. qr sic cōmunicans arcet a sumptione eucharistię. quod nō fit ob peccatum ueniale / 4 qr quandoq; excōmunicat quis maiori excōmunicatione

UVA.BHSC

one qr cum excomunicato participauit.
Sed contra est q, quilibet sacerdos etiã
non habens iurisdictionem potest ab
soluere a participatione cum excom
municato / Secundo qr pro eiusmodi
participatione non imponit maior
poenã q3 veniali debeatur.
Dicendum q (qr nimis dura est senten
tia asserentium peccare mortaliter qui
quouis modo in illicitis cum excomuni
cato participat) solum cum incrimine
aut in contemptum, aut in diuinis par
ticipat mortaliter peccat –
Ad. 1. Rr q, decretalis intelligit de partici
patione in diuinis. et etiam tenet quis
potius mori q3 uenialiter delinquere /
Ad. 2. q, preceptum ecclesie directe res
picit spiritualia et ex consequenti le
gitimos actus in quibus comunicando
non peccat mortaliter / Ad. 3. q, quan
do q3 quis ob culpam alterius qui in eo
punit arcet ab eucharistia sicut patet
in suspensis. et interdictis / Ad 4 q, par
ticipare pertinaciter mortale est ob quod
infligi potest excomunicatio secundũ
iura.

Quaestio. 24 De Absolutio ne in tres articulos diuª

Ar. 1. Vm quilibet sacerdos possit
subditum suum ab excomunica
tione absoluere?
Et uidet q, sic qr fortius est uinculum pec
cati a quo potest / 2. qr causa excomunica
tionis est peccatum mortale ergo si quidẽ
po

UVA.BHSC

potest ab illo absoluere potest ex con
sequenti excomunicationem tollere
sed contra est q sacerdos inferior non po
test subditos excomunicare. eadem au
tem potestas requirit ad absoluendum
et excomunicandum.
Dicendum q a minori excomunicatio
ne quilibet potest absoluere qui potest
a peccato participationis absoluere. a
maiori autem excomunicatione si
sit lata ab homine absoluere potest
uel ille qui tulit. uel eius superior
q si sit lata a iure poterit episcopus
uel proprius sacerdos. exceptis sex ca
sibus quos Papa iuris conditor sibi re
seruauit. Primus de iniectione ma
nus violente in clericum. aut religiosum
Secundus de incendiario ecclesie denun
ciato. Tertius de frangente ecclesiam
denunciato / quartus de communicante
scienter cum excomunicatis a Papa
quintus de falsificante litteras sedis
Apostolice. Sextus de illo qui excom
municatis in crimine communicat
qui ab eo qui excomunicauit absolui
debet. nisi esset aliquod impedimentum
accedendi ad ipsum cum cautione pres
tita parendi illi qui sententiam tulit
a Primo autem casu excipiunt octo ca
sus. Primus in articulo mortis. Secun
dus si percutiens sit ostiarius Potentis
et non ex odio aut proposito percussit
Tertius si percutiens sit mulier. quartus
si sit seruus et lederet dominus innocens

ex

UVA.BHSC

ex eius absentia. Quintus si percutiat regularis regularem non enormiter sextus si sit Pauper. Septimus si sit senex impubes, aut valetudinarius octavus si habeat inimicitias capitales) sunt etiam aliqui casus in quibus percutiens clericum excommunicationem non incurrit. Primo si causa disciplinę. Secundo si iocosa levitate. tertio si invenerit eum turpiter agentem cum uxore, matre, sorore, vel filia quarto si statim vim vi repellat. quinto si ignoret eum esse clericum. Sexto si inveniat eum in Apostasia post tertiam admonitionem. Septimo si clericus se transtulerit ad actum penitus contrarium. ut pote si fiat miles aut ad bigamiam transeat.

Ad. 1. Rr q. vinculum excommunicationis licet in se minus quoad deum habet tamen aliquid maioritatis in facie ecclesię et foro exteriori. et per iuramentum causę inter homines terminantur secundum Apostolum / Ad. 2. q. qr excommunicatus non est particeps sacramentorum ecclesię. sacerdos non potest illum a peccatis absolvere nisi prius ab excommunicatione absolvat.

Ar. 2. Vm aliquis possit absolvi invitus.

Videtur q. non qr beneficia spiritualia non prestantur invitis / 2. qr si nolit absolvi crescit maxime causa excommunica

UVA.BHSC

cationis ~~causa~~ scilicet contumacia)
Sed contra est q, potest quis inuitus ex
communicari. ergo et absolui)
Dicendum q, poenę (qualis est excomu
nicatio) ut in plurimum non sunt
uoluntarię (sicut sunt culpę) in Mo
tum habent ab extrinseco ac proinde
a culpis non potest quis absolui nisi
uolens. ab excomunicatione uero e
tiam nolens.
Ad. 1. Rr q, procedit de bonis spiritua
libus quę in nostra potestate sunt) Ad
2. q, etiam manente contumacia po
test quis in medicinam excomunica
tionem iuste latam remittere.
Ar. 3. Vm quis ab una possit ex
comunicatione absolui sine eo
q, absoluatur ab omnibus?
Et uidet q, nō qr causa excomunicatio
nis est peccatum, a quo nequit quis ab
solui nisi absoluat ab omnibus) 2 qr ta
lis absolutio in ecclesia fit. extra quam
est qui unica est excomunicatione li
gatus.
Sed contra est q, ab una poena liberatur
quis alia remanente.
Dicendum q, excomunicationes non
sunt connexę ac proinde potest quis ab
una ~~excomunicatione~~ absolui. manē
do in alia. q, si iudex eum quem pluribus
excomunicationibus ligauit ab una ab
soluat censet ab omnibus liberare nisi cō
tra

UVA.BHSC

trarium exprimat vel cum tantum absolutio ab una impetrat. et idem dicendum erit si ~~plures~~ a diversis iudicibus quis fuerit excommunicatus qr si omnes absolutionem eius confirmaverint aut uni tantum absolutionē commisserint ab omnibus manebit excommunicationibus absolutus.

Ad 1. Rr q peccata sunt voluntaria et habent connexionem ex parte aversionis a deo non sic excommunicationes/

Ad 2 q qr quis pluribus de causis fit extra ecclesiam potest una removeri remanente altera/

Quaestio 25 De Indulgentia in tres Articulos divisa.

Ar. 1. Vm per indulgentiam possit aliquid remitti de poena satisfactoria?

Videt q non. qr 2. Timot. 2. dicit glossa q deus negaret seipsum si dicta sua non impleret. at ipse dixit q iuxta quantitatem delicti erit et plagarum modus. deutero. 25. / 2 qr deus absolvendo a culpa obligavit ad poenam temporalem. ergo inferior ab ea liberare nō poterit / 3. qr hoc esset effectum sacramentorum sine sacramentis conferre, quod ad solam potestatem excellentiae Christi competit et pertinet / 4 qr sic potestas ecclesiae esset ad destructionem dum tollere satisfactio nostra ad nostrum remedium ins

UVA.BHSC

instituta. / Sed contra est Paulus. 2. cor 2. nam ego quod donaui in persona christi. et ibi glossa. ac si Christus donasset, sed non minus potens est Papa quam Paulus ergo / 2° quia ecclesia generalis quę errare non potest (ut constat Lucę. 22 domino loquente ad Petrum) approbat indulgentias. Dicendum q. indulgentię quę a superioribus ~~[illegible]~~ habentibus auctoritatem concedunt ualent non solum ad remissionem poenarum quę post confessionem a sacerdotibus sunt iniungę ~~[illegible]~~ et quę secundum canones etiam taxant. sed et ad remissionem poenarum quę in purgatorio essent persoluendę. et hoc per applicationem meritorum Christi quorum efficacia non totaliter includit in sacramentis immo excedit in sua efficacia eorum) ~~[illegible]~~. et superabundantium passionum sanctorum in quibus ex unitate ecclesię fideles participant, et quas illi in particulari ~~in particulari~~ ad satisfaciendum (ut potuissent) non applicarunt. ut colligit coloss. 1.

Ad. 1. Rr ex dictis quia applicat uni alterius poena / Ad. 2 q. dat Domini. unde debitum soluat / Ad 3. similiter quia lucrans indulgentias soluit pro reatu manente. qui per confessionem fuerat diminutus / Ad 4 q. immo per indulgentias remedium contra peccata dat (si ordinate concedunt) dum ex opere quoquis eas lucrat ad gratiam disponit. nec ob indulgentias quis ab operibus poe

(ut quidam existimant)

a prędictis superioribus factam

infinitate

omnes

pro aliquo

UVA.BHSC

poenitentiæ iniunctis abstineat siquidē per ea meret et quantum poenarum debeat ignorat.

Ar. 2. Vm̄ Indulgentiæ tantum valeant quantum pronunciā

et iudet q, non qr non dant proli(tur bito instituentis sed iuxta quantitatem peccati et qualitatem poenitentis exuiclauium / 2. qr cum per reatum poenæ homo ab introitu gloriæ retardetur ad quam maxime acquirendam laborare debet, iudet q, nullis alijs rebꝰ magis deberet intendere q̄ꝫ indulgentijs lucrandis omnibꝰ alijs operibus dimissis / 3. qr cū dat indulgentia remissionis tertiæ partis peccatorum danti eleemosinam aderigendam fabricam alicuius ecclesiæ. qui daret unum denarium. et postea alium et deinde alium consequeret plenariam remissionem peccatorꝝ. quod absurdum iudet / 4 qr cum concedit indulgētia septem annorum ingredienti in talē ecclesiam. sequeret q, qui est iuxta dictam ecclesiam tantam consequeret quantā qui a remotis partibus uenit. et ulteriꝰ q, clerici qui in eadem ecclesia assistunt toties quoties intrant dictam indulgentiam consequerent / 5. qr plerunqꝫ indulgentiæ prædicant ultra iustam existimationem causæ quæ pro earum lucratione petit. Sed contra est q, nec deus nec ecclesia eius mentit. Iob. 15 / Secundo qr sic inanis esset prædicatio nostra et fides quam de indul

UVA.BHSC

dulgentijs tenemus. quod absit dicere
Dicendum q, quantitas remissionis indul
gentię non est attendenda secundum de
uotionem tantum suscipientis ut quidā
asseruerunt. neq; ~~secundum~~ iuxta quantita
tem eius quoddatur secundum iustam ęs
timationem ut alij dicunt. neq; secun
dum solam causam pro qua indulgentia
concedit (ut alijs iusum est) qr pro eadē
causa nunc maiorem, nunc minorem
indulgentiam concedit Pontifex. Ac pro
inde dicendum est q, ~~cum~~ quantitas ef
fectus sequitur quantitatem suę causę
et causa remissionis in indulgentia est
abundantia meritorum ecclesię quę
se habet sufficienter ad totam pœnam
expiandam, ~~ad~~ proportionanda est
quantitas remissionis ~~[illegible]~~ Unde secū
dumq, applicant ad istum remissionē
consequitur ad hoc autem ut applicentur
requirit auctoritas indispensante eius
modi thesaurum, et unio ~~eius~~ per cha
ritatem ad eum qui merebat, et ratio
dispensationis siue causa secundum
quam saluet intentio eorum qui pręduc
ta opera meritoria fecerunt scilicet ad
honorem dei et utilitatem ecclesię. et
ut ad honorem dei uergat sufficiens est
ratio indulgentias faciendi. et ideo in
dulgentię tantum ualent quantum so
nant si ex parte dantis adsit auctoritas
et ex parte recipientis charitas et ex par
te causę pietas quę comprehendit hono
rem

et sic ad ipsa merita

eius cui appli
cat

UVA.BHSC

rem dei et Proximi utilitatem nec
in hoc fit nimis magnum forum de mi
sericordia dei ut quidam dicunt, nec
diuinæ iustitiæ derogat. qr non de poena
dimittit sed unius poena alteri compu-
tat. Ad. 1. Rr q. clauis iurisdictionis nõ
est quid sacramentale (sicut clauis or
dinis) et proinde effectus eius arbitrio
hominis subiacet in indulgentijs conce
dendis. vnde et legati non sacerdotes in
dulgentias facere possunt. q. si inordina
te superior indulgentias concesserit re
trahens fideles ab operibus poenitentiæ
peccabit. sed illi indulgentiam conse
quentur / Ad. 2. q. ad alia opera merito
ria erunt longe maioris ualoris ad premi
um essentiale. licet nõ ad remissionem
temporalis poenæ / Ad. 3. q. in illo casu
debet quiuis iuxta posse suum contri
buere ut indulgentiam consequatur
neq; enim diceret Rex homini auxilia
ri si ei obolum daret / Ad. 4. q. in illo
casu et uicini et clerici æqualem cum a
lijs indulgentiam consequunt. nisi in cõ
cessione contrarium exprimat (quamuis
magis mereant qui de longe uenerint)
q. si indulgentia sit in aliqua ecclesia aut
loco perennis. aut concedat toties quoti-
es qui pluries fuerit ingressus pluries
eam consequetur / Ad. 5. q. causa non re
quirit ad hoc q. secundum eam mensura
ri debeat remissio poenæ. sed ut intentio
eorum quorum merita cõmunicant ad ipsũ
per

UVA.BHSC

peruenire possint. bonum autem unius al
teri cōmunicat aut per solam charita
tem qua uniunt. aut modo de quo nunc
loquimur per indulgentias.

Ar. 3. vm̄ Pro temporali sub
sidio fieri debeat indulgentia.

Et uidet q. non qr esset dare spirituale pro
temporali quod est symoniacum / 2. qr nec
pro spiritualibus subsidijs fieri uident
indulgentię.

Sed contra est cōmunis consuetudo pro
peregrinationibus et eleemosinis facien
dis indulgentias faciens.

Dicendum q. pro temporalibus non simpli
citer ut sic, sed ut ad spiritualia ordinant
possunt concedi indulgentię. ut pro repres
sione inimicorum ecclesię qui pacem eccle
się conturbant. et sic R. ad. 1 /

Ad. 2. q. pro pure spiritualibus etiam datur
indulgentia. et fit quandoqz ut a Papa
Innocentio 4. decem dierum [redacted] orantibus
pro Rege Francię. et [redacted] crucē prędican
tibus sicut et accipientibus indulgentia da
tur.

Quaestio 26 De His qui pos
sunt indulgentias facere.
in 4. articul diuisa.

Ar. 1. vm̄ sacerdos Parrochialis
possit indulgentias facere.

Et uidet q. sic qr quilibet talis aut pre
latus habet plebem subiectam aut sub-

di

UVA.BHSC

ditos in quibus erit meritorum abundantia / 2. qr quilibet Prelatus gerit personam multitudinis. ergo sicut potest bona sua comunicare sic et multitudinis.

Sed contra est q ex comunicare quod minus est non potest sacerdos parochialis. ergo nec istud.

Dicendum q applicatio meritorum potest fieri uel in generali ad totam ecclesiam uel in speciali ad aliquam familiam quasi economice. et eiusmodi applicationes possunt fieri a superioribus uel populi uel familie non tamen sufficiunt ad rationem indulgentie nisi fiat applicatio meritorum in ecclesia ad hunc uel illum quod non potest fieri nisi ab his qui simpliciter dicunt Prelati cum plenitudine iurisdictionis quales sunt episcopi et alij similes superiores. non sic autem simplices sacerdotes. nec ~~simplices~~ presbiteri curati aut Abbates. et ex his Rr ad obiectiones.

uel uti politice

singulari

(in quorum subditis ob sui multitudinem non erit deficientia applicabilium meritorum precipue ob meritum christi)

Ar. 2. Vm Diaconus possit indulgentias facere? —//—

et uidet q non qr claues remissionis non habet. qui non est sacerdos / 2 qr plenior remissio poene est in indulgentijs q3 in foro poenitentiali. at in hoc non potest nisi sacerdos / Sed contra est qr regimen ecclesie

UVA.BHSC

clesię committit non sacerdoti ergo et dispensatio thesauri ipsius.

Dicendum q. cum potestas faciendi indulgentias sequat iurisdictionis auctoritatem. vel ordinariam ut in electis. vel comissam sicut in legatis etiam non sacerdotes possunt indulgentias facere. quamuis non possint in poenitentiali foro absoluere. quod ad ordinem pertinet. et sic Rr ad obiecta.

Ar. 3 Vm episcopus possit indulgentias facere?

Et uidet q. non qr non potest super totum thesaurum ecclesię. siquidem nō toti ecclesię pręest / 2. qr poenę satisfactorię sunt determinatę in iure. supra quod solus Papa potest qui condidit illud Sed contra est consuetudo ecclesię)

Dicendum q. potestas plene faciendi indulgentias residet in Papa causa existente legitima in episcopis autem quos ipse fratres uocat (quasi in partem suę solicitudinis assumptos) est eiusmodi potestas taxata secundum ordinem Papę. et per hoc Rr ad argumenta)

Ar. 4 Vm ille qui est in peccato possit indulgentias facere?

Et uidet q. non qr Prelato in mortali existenti non influit fons gratię. ergo neq; ipse in alios / 2 qr in peccato existens non lucrat indulgentiam. ergo minus

con

UVA.BHSC

372

concedere poterit / Sed contra est q, indulgentiæ concedunt per potestatē Prælatorum. non per bonitatem. hanc autem non illam tollunt peccata ~ Dicendum q, cum peccatum non tollat iurisdictionem. non minus potest Prælatus in peccato existens sanctorum meritâ applicare et indulgentias concedere q3 si esset in gratia.

Ad 1m. R. q, ~~de suo~~ Prælatus non influit de suo / Ad 2. q, maius est indulgentias facere quantum ad potestatem sed non quantum ad propriam utilitatem.

Quæstio 27 De His quibus valent indulgentiæ. in 4or articulos diuisa.

Ar. 1. Vm valeant existentibus ~/. in Peccato mortali.

Et uidet q, sic q1 potest quis alteri in peccato mortali existenti mereri gratiam et alia bona / 2 q1 magis indigenti magis per misericordiam est indulgendū sed contra est q membrum mortuum non recipit influentiam membrorū uiuorum. Dicendum q, in peccato mortali existentibus non prosunt indulgentiæ neq3 ad acquirendam gratiam ut quidā dixerunt. neq3 ad remissionem pœnæ (cōcedunt enim contritis et confessis) nisi fieret earum cōmunicatio per hunc modum

UVA.BHSC

dum facio te participem meritorum totius ecclesiæ vel unius congregationis, vel unius specialis personæ, quia sic posset valere ad merendum aliquid illi qui est in peccato mortali ut prædicta opinio dixit / Et per hoc R. ad 1.
Ad 2. q. est magis indigens sed minus capax.

Ar. 2 Vm indulgentiæ valeant religiosis?

Et videtur q. non quia potius ex abundantia suorum meritorum supplet alijs / 2 quia esset occasio religiosis dissolutionis dum indulgentijs intenti opera satisfactoria negligerent /
Sed contra est q. ex bono religionis reportarent damnum.
Dicendum q. cum religiosi non sint minus adiuvabiles meritis aliorum quam seculares sine dubio possunt sicut et illi indulgentias consequi.
Ad 1. R. q. etiam religiosi peccant et indigent alter alterius opera iuvari quantumvis sit eorum perfectus status /
Ad 2 q. per opera alias religiosa magis merentur quam per opera indulgentiarum neque eis poenæ in capitulo impositæ relaxantur per indulgentias, sed quæ imponuntur in foro poenitentiali.

Ar. 3. Vm ei qui non facit id pro quo indulgentia datur possit aliquando indulgentia dari? Et

UVA.BHSC

Et videt q, sic qr voluntas pro facto re
putat ergo quando pro eleemosina
confert poterit indulgentiam lucrari
pauper volens nec potens ~~eam~~ dare / eleemosinam
2. qr indulgentia assimilat satisfac
tioni. ergo sicut unius opus operatur
satisfactionem pro altero. sic et indul
gentiam
Sed contra est q, remota causa pro qua
dat indulgentia, removet et effectus /
Dicendum q, cum indulgentiae conce
dant sub conditione si hoc fiat aut det
non impleta conditione non sequitur in
dulgentia.
Ad 1. Rr q, procedit quantum ad premi
um essentiale / Ad. 2. q, opus proprium
potest quis alteri applicare sed indul
gentia applicat iuxta intentionem
concedentis ac proinde ratio non sequitur
nisi indulgentia concederet facienti
vel pro quo fit tale quid vel tale opus /

Ar. 4. Vm indulgentia prosit
ej qui eam facit.

Et videt q, non qr nullus in seipsum
iurisdictionem exercet / 2. qr sic pro
modicissimo opere posset a satisfactione
peccatorum liberari. quod est omnino dis
sonum / 3. qr eiusdem potestatis est
excomunicare. et indulgentias conce
dere, at nullus seipsum excomunicare
potest / Sed contra est q tunc ipse esset pe
io

UVA.BHSC

ioris conditionis in distributione thesauri, quem alijs dispensat.

^ cum causa

^ (cui cura de utilitate ecclesię et dei honore mandat)

Dicendum q̄ in Prelato concedente indulgentiam non est ~~causa~~ curse ad actum in talem causam procurandam se provocet. et ideo non potest sibi facere indulgentiam. sed uti indulgentia quam pro alijs concedit. q̄ alijs sub est causa faciendi /

Ad. 1. Rr q̄ actus iurisdictionis non potest in se ipsum exercere. sed uti his quę alijs concedit. sicut sacerdos sumit eucharistiam quam alijs dat. q̄ effectus suffragiorum immediatus est remissio poenę per indulgentiam et non iurisdictionem. / Ad. 2. ex dictis / Ad. 3. q̄ excommunicatio fert per modum sententię a iudice. sed indulgentia non sic sed per modum dispensationis.

Quaestio 28. De solemni ritu Poenitentiae in. 3. art diu.

Ar. 1. Vm̄ aliqua poenitentia debeat publicari. uel solemnizari.

Et uidet q̄ non q̄ per talem poenitentiam publicaret peccatum. quod nunq̄ sacerdoti licitum est / 2. q̄ iudicium debet esse secundum conditionem fori. at poenitentia est iudicium, quod in foro occulte agit / 3. q̄ ut ait Ambrosius poenitentia omnes defectus reuocat ad perfec

UVA.BHSC

fectum. sed solemnizatio facit contrari/
um qr post eam laicus non potest ad cle
ricatum promoueri, nec clericus ad
superiores ordines.
Sed contra est q. Poenitentia est quod/
dam sacramentum in quouis autem
sacramento debet solemnitas adhibe
ri/ Secundo qr medicina debet respõ
dere morbo. ergo publica publico peccato
ut tollat scandalum
Dicendum q. poenitentia debet ob quat
tuor esse publica. Primo qr est medici-
na contra publicum peccatum. Secũ
do ob confusionem dignam peccantis.
Tertio ob terrorem aliorũ. et quarto ad
exemplum poenitentium ne desspe
rent qui in grauibus peccatis detinen
tur. Ad 1. Rr q. ex poenitentia publi
ca solum ostendit poenitentem graue
peccatum cõmisisse. sed sacerdos illud
non reuelat. q. si alias peccatum erat
publicum ipse poenitens exequendo
poenitentiam confessionem a se factã
manifestat. quin et quando q. unus
pro alio poenitentiam facit ut legitur in
uitis patrum/ Ad. 2 q. poenitentia so
lemnis quantum ad iniunctionem nõ
exit forum occultum, sed executio/ Ad. 3.
q. poenitentia reuocat omnes defectus
restituendo in pristinam gratiam, sed nõ
in pristinam dignitatem. ut in dictis casi
bus. tum propter dignitatem ordinum. tũ

UVA.BHSC

ob timorem recidiui. Tertio obuitandum scandalum ex memoria pręcedentium delictorum. Et quarto qr non habent frontem corrigendi alios, cum peccatum eorum fuerit publicum.

Ar. 2. Vm solemnis Pœnitentia debeat aut possit iterari?

Et uidet q, sic qr sacramenta nõ imprimentia characterem qualis est poenitentia cum solemnitate iterantur. / 2. qr enormia peccata etiam iterant / Sed contra est q, solemnis poenitentia significat eiectionem Adę de paradiso quę tantum semel facta est. Dicendum q, poenitentia solemnis non potest iterari. Primo. ob significationem, secundo ne vilescat. et Tertio qr solemnizatio est quasi protestatio quędam continuandi poenitentiam quę iterationi resistit licet peccantibus quantumuis grauiter alia poenitentia non sit deneganda.

Ad. 1. Rr q in alijs sacramentis quando iterant solemnizatio iterationi non repugnat / Ad. 2. q quamuis debeat peccatis eadem poenitentia, non tamen competit solemnitatis iteratio.

Ar. 3. Vm solemnis poenitentia sit imponenda mulieribus?

Et uidet q, non qr uir cui imponit comã ab

UVA.BHSC

abiicit quod non decet mulieres. 1. cor. 2 / 2° uidet q. etiam clericis sit imponenda qr enormia peccata committunt, et crescunt in eis ex circumstantia personę / 3 uidet q. a quouis sacerdote possit imponi. qr quiuis habet claues /

Dicendum q. solemnis poenitentia sic fit presentat poenitens in capite quadragesimę coram episcopo et presbiteris ante fores ecclesię sacco indutus et nudis pedibus aspersus cinere. cilicio ad collum coma deposita et decantatis psalmis poenitentialibus episcopus sicut Adam dominus eiicit eum de ecclesia lacrimabiliter dicens in sudore uultus tui uesceris pane tuo. in cena autem domini reducit a presbiteris ad ecclesiam usq3 ad octauam Paschę non tamen communicat. nec accipit pacem. et sic fit cum illo quotanis donec ultimo per episcopum reconciliat. et potest imponi eiusmodi poenitentia mulieribus, non tamen clericis ob scandalum. Poenitentia autem publica et non solemnis fit cum quis cum baculo cubitali peregrinatur per mundum. est enim omnis poenitentia solemnis publica. sed non omnis publica solemnis. quamuis altera pro altera accipi consueuerit. ut ex quibusdam auctoritatibus colligit.

imponit autem pro peccato quod totam commouerit urbem

Ad. 1. Rr q. mulieri non amputabitur coma qr habet eam in signum subiectionis non sic uir / Ad. 2. q. esto illud uerum sit attendit honor ordinis / Ad. 3. q. solemnis poenitentia poscit magnam cautelam. et sic episcopo

re

UVA.BHSC

reseruat/. Quæstio 29 De sacramento extremæ unctionis in nouem artic. diuisa.

Ar. 1. Vm extrema unctio sit sacramentum?

Et uidet q. non qr ne cunctio quę fit oleo ad cathecumenos est sacramentū 2. qr sacramenta nouę legis habuerunt sui figuras in ueteri. at nulla pręcessit extremę unctionis/ 3. qr secundum dionisium sacramenta ordinant ad purgandum et illuminandum sicut baptismus. aut ad perficiendum ut chrisma et eucharistia. quorum nihil facit unctio Sed contra est q. per eam subuenit e uita exeuntibus. et per sacramenta defectibus nostris succurrit ecclesia/ Secundo qr est quędam spiritualis medicina Jacobi. 5

Dicendum q. inter sacramentum et sacramentale hoc differt q. sacramentum est actio ecclesię quę attingit effectum principaliter intentum. Sacramentale uero ut v. g. exorcismus ad sacramentum ordinat. cum ergo extrema unctio prędictam curationem efficiat ut dicit Jacobi. 5. et ad ulterius sacramentum non ordinet tanqz ei annexum sine dubio sacramentum est.

Scilicet morbi curationem

Ad. 1. Rr ex dictis qr illa unctio perducit ad sacramentū/ Ad. 2. q. extrema unctio qr immediate perducit ad gloriam. ~~[illegible]~~ ad

per

inle[illegible] uęt[illegible] quę

UVA.BHSC

perfectum neminem perduxit non habuit / nisi figuras remotas quarumdam curationum / Ad. 3 q. Dionisius etiam non facit mentionem de poenitentia nec de matrimonio. qr de sacramentis illis solum agebat per quae innotescere potest ecclesiastica Hierarchia. nec dubium est quin extrema unctio eo modo quo peccata remittit. et gratiam confert purget etiam et illuminet.

Ar. 2 Vm extrema unctio sit, vnum sacramentum?

Et videt q. non qr tam materia qz forma iterat pluries in eius administratione / 2 qr ipsa unctio est sacramentum ut constat, sed sunt plures unctiones, ergo / 3. qr unum sacramentum semper ab uno ministro perficit, sed quandoqz si sacerdos qui incepit ungere moriat istud sacramentum complet per alium / Sed contra est q. et plures immersiones sunt unum sacramentum baptismi / Secundo qr facta prima unctione non esset necessarium alias unctiones facere Dicendum q. unum numero dicitur tripliciter scilicet indivisibilitate ut punctum. continuitate ut linea. et perfectione ut domus plures habens discontinuas partes. et hoc tertio modo reperitur unitas in sacramentis vel in unica actione quando in ea sola saluat perfecta significatio effectus. ut in baptismo qui sive fiat unica sive pluribus immersionibus perfectio

UVA.BHSC

tionem suam retinet. sive sint neces/
sariæ plures actiones ut in eucharistia
et sacramento extremæ unctionis.
Ad. 1. Rr ex dictis n. et in naturalibus nõ
est eadem materia et forma partiales in
ossibus et carne / Ad. 2. q. illæ omnes ac
tiones conveniunt et uniunt in una
perfecta sensuum curatione / Ad. 3. q.
mutatio martellorum (qr sunt instru
menta sicut et sacerdotes in hoc sacramẽ
to) non tollit unitatem operationis
fabij. semel enim facta unctio in hoc
sacramento ministrando non est iterã
da sicut nec in eucharistia hostia ab
uno sacerdote semel consecrata est ite
rum consecranda.

Ar. 3. Vm̃ Hoc sacramentum
fuerit a Christo institutum?

Et videt q. non qr de eiusmodi institu
tione non fit mentio in evangelio si
cut de alijs sacramentis / 2. qr magis
ter in. 4. distinct. 22. dicit ab Aposto
lis fuisse institutam / 3. qr eucharistiã
quam Christus instituit. etiam exhi
buit. at hoc sacramentum non exhibu
it. ergo nec instituit.

Sed contra est q. sacramenta novæ legis
digniora sunt qz veteris. sed illa sunt
instituta a deo. ergo et hæc a Christo / se
cundo qr ecclesia habens in successoribus
Apostolorum eandem potestatem, quam
ipsi habuerunt. non potest auferre sacra
mentum extremæ unctionis –

Di.

UVA.BHSC

Dicendum. q. ut quedam sacramentum extremę unctionis et confirmationis non a Christo sed ab Apostolis instituta sunt quibus ipse instituenda dimissit. qr hęc duo sacramenta ob plenitudinem gratię quam conferunt non potuerunt ante missionem spiritus sancti plenissimam institui. de proinde taliter sunt sacramenta novę legis. q. in veteri figuram non habuerunt. sed probabilius est ista etiam duo a Christo fuisse instituta. qr et ipse promissit spiritum sanctum venturum. et sacramenta sunt legis evangelicę fundamenta. et efficaciam ab ipsa institutione habeant oportet. promulgavit tamen Christus quędam sacramenta per se ipsum qr erant maioris difficultatis ad credendum. et quędam ut ista duo prędicta Apostolis promulganda reliquit.

dicunt

Ad. 1 Rr q. non omnia quę gesta sunt a Christo scribuntur in evangelio. sed quę sunt magis necessaria. quamvis et de unctione cum oleo ab apostolis facta fiat mentio Matth. 6 / Ad. 2. q. magister intelligit ab Apostolis non institutam sed promulgatam fuisse / Ad. 3. q. Christus non exhibuit aliquod sacramentum, nisi quod ipse accepit in exemplum poenitentia autem et extrema unctio ipsi non conveniebant.

Ar. 4 Vm oleum olivę sit conveniens materia huius sacramenti?

et

UVA.BHSC

Et videt q non qr hoc sacramentum ad incorruptionem ordinat cui magis congruit balsamum / 2. qr spiritualis medicatio magis significatur per vinum. Lucę. 10. in sauciato / 3. qr oleum non reperit in omnibus terris. ergo non conuenit sacramento cōmunis remedij Sed contra Jacobi 5. oleum pro materia exprimit. quod cōmuniter de oliuis accipit / Secundo qr Isai. 1. plagarum curatio oleo fouenti adscribit.

Dicendum q spiritualis sanatio quę in fine adhibetur debet esse perfecta qr post eam alia non relinquitur. et lenis ut spes in exeuntibus de uita foueat. ac proinde materia huius sacramenti est oleū oliuarum cui hęc competunt, nam et alij licores si qui oleum dicunt est ex similitudine ad istud. " "

Ad. 1. Rr q incorruptio glorię est res nō contenta in hoc sacramento et exeuntes non tam indigent odore bonę famę qz nitore conscientię per oleum significato / Ad. 2. q vinum sanat mordendo non leniendo. ac proinde magis pertinet ad poenitentiam / Ad. 3 q de facili oleū apportat ad partes ubi non nascit. et hoc sacramentum non est pręcissę necessitatis exeuntibus ad salutem.

Ar 5. vm̄ oporteat oleum esse consecratum? et

UVA.BHSC

Videtur q. non qr hoc sacramentum habet unam sanctificationem ex forma verborum. ergo alia circa materiam erit superflua / 2. qr significatio huius sacramenti competit oleo ex naturali proprietate efficacia autem ex institutione diuina. ergo non est necessaria sanctificatio materie / 3. qr nec in baptismo qui perfectior est requirit de necessitate sacramenti materie consecratio

Sed contra est q. in omnibus alijs unctionibus materia consecratur prius.

Dicendum q. hoc sacramentum non conficit cum oleum ab episcopo consecratur ut quidam decepti affirmauerunt sic enim sicut et eucharistia consisteret in facto esse. sed conficit in ipsa unctione. et preexigit materie sanctificationem (qr eo dominus non est usus sicut baptismo) ~~Primo~~ primo secundo ob plenitudinem gratie quam confert non solum tollendo culpam sed et corporis infirmitates. et Tertio qr sanitas corporalis quam causat non prouenit ex olei naturali proprietate.

Ad. 1. Rr q. etiam instrumenta accipiunt efficaciam ab artifice. et dum fiunt. et dum ad usum applicant / Ad. 2 q. efficacia que est ex ipsa institutione sacramenti applicatur huic materie per sanctificationem / Ad. 3. ex dictis.

Ar 6. Vm oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per episcopum.

et

UVA.BHSC

Et videtur q. nō qr digniorem materiam eucharistie consecrat simplex sacerdos / 2 qr ars dignior non preparat materiam ad minus dignam. ergo neq; episcopus debet consecrare materiam preparando oleum ad sacramentum, quod ministraturus est sacerdos, sed contra est q. ad alias unctiones materia per episcopum consecrat.

Dicendum q. effectus sacramentorum nō inducuntur propria virtute ministri sed principaliter a deo et per ministros superiores disponunt ^ necessaria ut inferiores populo sacramenta conferant. ut unguentum (iuxta dictum psalmi) a barba descendat in oram vestimenti. ac proinde materia huius sacramenti est ab episcopo cōsecranda

quandoq;

Ad. 1. Rr q. eucharistia consistit in ipsa materia sanctificatione non autem in usu et quantum ad corpus Christi verum nullus ordo est supra sacerdotium / Ad. 2 q. materia sacramenti non est talis ut in ea fiat aliquid per eum qui ea utit sicut est in artibus mechanicis sed ut eius virtute aliquid fiat.

Ar. 7. Vm hoc sacramentum habeat aliquam formam?

Et videtur q. non. qr nec legit tradita a Christo neq; ab Apostolis / 2. qr diversi circa hoc sacramentum conficiendum diversis formis utuntur at forma sacramentorum certa et determinata esse debet / 3. qr in baptismo non requirit forma nisi ad sanctificationem materie. sed hoc sacramentum habet prius materiam sanctificatam ergo

non

UVA.BHSC

non indiget forma verborum // Sed contra est sententia magistri dicentis q, omne sacramentum nouę legis uidet q habeat formam / et adhuc est ritus ecclesię in collatione huius sacramenti

Dicendum (contra pręsumptuosam et erroneam quorumdam opinionem contrariū sentientium) q, in hoc sacramento dat certa forma sicut et in alijs qua determinatur significatio rerum materialium et enim sacramenta nouę legis significando efficiunt. et ita innuit Iacobi. 5. orent ungentes eum oleo.

Ad. 1. Rr q, scriptura exprimit (tanq̄ omnibus cōmuniter proposita) ea quę sunt ad salutem magis necessaria. formam uero huius sacramenti. et alia multa habemus ex traditione Apostolorum a Christo domino illis concessa / ut dicit. 1. corint. 11 / Ad 2. q, verba quę sunt de essentia formę ab omnibus dicunt. sed non omnia quę tantū sunt de bene esse. / Ad. 3. q, baptismi materia scilicet aqua. pręter sanctificationē quam habet per se ex ipso contactu carnis saluatoris accipit ex forma verborum sanctificationem actu sanctificantem.

Ar. 8. Vm forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam et non deprecatiuam.

et uidet q, per indicatiuam sicut in alijs sacramentis. sic enim determinate eorum effectus declarat / 2 qr intentio ministri non exprimit nisi per indicatiuum / 3. qr quędam ecclesię utunt in collatione

UVA.BHSC

ne huius sacramenti forma indicatiua scilicet ungo oculos istos oleo sancto in nom Patris. et f. et spiritus sancti.

Sed contra est q. verba indicatiui ~~[illegible]~~ prędicta non dicunt in forma huius sacramenti apud omnes ecclesias, immo deprecatiua scilicet per istam sanctam unctionem indulgeat tibi dominus etc. Secundo id colligit ex verbis Iacobi cum ait et oratio fidei sanabit infirmum. Dicendum q. forma huius sacramenti deprecatiua est ut ex Iacobo constat et ex consuetudine Romanę ecclesię. Primo qr dat homini iam pro prijs iuribus destituto. Secundo qr desinit iam esse de foro ecclesię et in solis manibus dei requiescit. Tertio qr hoc sacramentum non habet aliquem effectum qui semper ex oratione ministri consequatur omnibus quę sunt de essentia sacramenti rite peractis. sicut character in baptismo et confirmatione. et transubstantiatio in eucharistia. et remissio peccati in poenitentia existente contritione quę est de essentia sacramenti poenitentiae. non autem ~~videt~~ de essentia huius sacramenti et ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicatiui modi sicut in prędictis sacramentis.

Ad. 1. Rr q. hoc sacramentum sicut et prędicta de se habet certitudinem. sed potest ex fictione impediri recipientis. etiam si sacramento se subiiciat per intentionem. q. nullum effectum consequatur

UVA.BHSC

tur. et propter hoc non est simile de hoc et de alijs sacramentis in quibus semper aliquis effectus consequitur / Ad. 2. q. per ipsum actum qui imponit in forma scilicet per istam sanctam unctionem satis exprimit intentio / Ad. 3. q. illa verba indicatiua non sunt de forma sed preambula ad eam. et intentionem determinantia

Ar. 9. Vm̃ Predicta oratio sit competens forma huius sacramenti?

Et uidet qr non / qr in alijs sacramentis fit mentio de materia ut patet in confirmatione. que tamen non fit in predictis verbis / 2. qr in alijs sacramentis in quibus eorum effectus per misericordiam diuinam nobis communicant. non fit de ea mentio. sed de trinitate et passione / 3. qr in predicta forma non exprimit effectus sanitatis corporalis quam causat etiam hoc sacramentum.

Sed contra est ecclesie consuetudo / Dicendum q. predicta forma est conueniens qr et sacramentum (dum dicit per istam unctionem) et quod operat in eo scilicet diuina misericordia. et effectus (scilicet peccatorum remissio) explicatur in ea

Ad. 1. Dr q. materia huius sacramenti potest intelligi per actum unctionis. non autem materia confirmationis per actum in forma expressum / Ad. 2. q. fit hic mentio de misericordia qr specialiter dat hoc sacramentum in statu miserie / Ad. 3. q.

in

UVA.BHSC

in forma exprimit effectus principalis et qui semper sequitur nisi impediat ex indispositione suscipientis.

Quæstio 30 De effectu huius sacramenti in 3. articul diuisa

Ar. 1. Vm extrema unctio ualeat ad remissionem omnium pctorum?

Euidet q non qr in recipiente prę requiritur poenitentia quę ad peccata remittenda sufficit / 2. qr nec quo ad maculam (ad quam delendam est necessaria contritio) nec quo ad reatum poenę (qr si euadit tenetur satisfacere) nec quantum ad reliquias peccatorum (qr remanent) tollit extrema unctio peccata / 3. qr non fit nisi succes siue remissio autem peccatorum fit in instanti. Sed contradicit Iacob. 5 / Secundo qr confert gratiam per quam remittuntur peccata. Dicendum q, cum hoc sacramentum sit et conferatur per modum cuiusdam spiritualis medicationis supponitur sicut et corporalis medicina uitam in medicato. Si tamen culpam mortalem inuenerit (dummodo ex parte recipientis non ponat obex) qr gratiam confert etiam talem culpam aufert. Est ergo principaliter effectus huius sacramenti (non ut quidam dicunt remissio pœnalium qr ad hęc sufficit remedium poenitentię) remissio peccatorum quantum ad

de

UVA.BHSC

debilitatem et reliquias quae ex peccato relinquunt. et ex consequenti quoad culpam si eam invenerit. quia in sacramentis duplex effectus solet reperiri alter principaliter significatus. alter minus principalis. Ad. 1. Rr. q. quia poenitentiae principalis effectus est remissio culpae. licet aliud quodvis sacramentum ex consequenti culpam deleat. necessitatem poenitentiae non excludit / Ad. 2. q. hoc sacramentum aliqualiter remittit peccatum quoad illa tria. reliquiae autem peccati non dicunt hic dispositiones ex actibus relictae quae sunt quidam habitus inchoati. sed quaedam spiritualis debilitas in ipsa mente existens / Ad. 3. q. quando sunt multae actiones ordinatae ad unum effectum in ultima earum perficit. et sic effectus istius sacramenti in ultima unctione.

et facit q. motus liberi arbitrij fiat contritio per gratiam quam confert. sicut in eucharistia et confirmatione potest accidere.

Ar. 2. Vm sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.

Et videtur q. non quia est medicina spiritualis ergo ad spiritualem solum sanitatem ordinata / 2. quia qui non accedit ficte ad sacramentum semper accipit eius effectum. at multi digne recipientes unctionem extremam non sanantur corporaliter / 3. quia Iacobi. 5. non sacramento. sed orationi attribuitur talis sanitas dum dicitur et oratio fidei sanabit infirmum.

Sed contra est q. operatio ecclesiae post Christi /

UVA.BHSC

ti passionem habet maiorem efficaciam sed ante eam oleo inuncti per Apostolos sanabant matth. 6 / Secundo qr sacramenta significando efficiunt. at in hoc sacramento significat exterius corporalis sanitas ergo & confertur spiritualis Dicendum q, sicut baptismus corporaliter abluendo spiritualem emundationem facit in anima sic et unctio exterius habet effectum corporalis curationis interius sanando. sed differt qr corporalis ablutio ex ~~sua~~ proprietate naturali elementi causat corporalem mundationē extrema autem unctio non sic sed ex virtute diuina rationabiliter operante. et predictam sanitatem causante cum expedit ad spiritualem infirmi non ponentis obicem.

Ad. 1. Rr q, dicta sanitas non est principalis effectus / Ad. 2. ex dictis / Ad. 3. q, illa oratio est ipsa forma sacramenti.

Ar. 3. Vm hoc sacramentum imprimat characterem?

Et uidet q, sic qr character est signum distinctiuum. sed sicut baptizatus distinguitur a non baptizato ita unctus a non uncto / 2 qr in confirmatione et ordine in quibus fiunt unctiones etiam imprimit character / 3. qr in hoc sacramento sicut et in alijs debet assignari aliquid quod sit res et sacramentum simul. quod non est aliud

UVA.BHSC

liud nisi character / Sed contra est q, is
tud sacramentum iterat / Secundo q̃ cha
racter pertinet ad permanentes in ecclesia
militante, hoc autem sacramentum da
t exeuntibus de illa.
Dicendum q, hoc sacramentum est solum
remedium, neq; per illud homo ordinat
ad aliquod sacrum agendum aut recipien
dum ac proinde characterem non imprimit,
Ad 1. Rr q, character distinguit quantum
ad ea quę in ecclesia sunt agenda / Ad. 2
q, illę unctiones ordinant ad aliquod sacrũ /
Ad. 3. q, res et sacramentum est quędam de
uotio interior. quę et spiritualis unctio di
cit.

Quæstio. 31. De Ministro huius Sacramenti in. 3. art. diuisa

Ar 1. Vm̃ laicus possit hoc sacramẽtum conferre?

Et uidet q, sic q̃ habet efficaciam ex oratio
ne. quę etiam si sit laici exaudit / 2. q̃ de
quibusdam pręsbiteris in ęgypto legit q,
mittebant oleum ad infirmos et sanaban
t. et de sancta Genouefa q, oleo infirmos
ungebat. Sed contra est q, laicis non datur
facultas dimittendi peccata.
Dicendum cum dionisio in ecclesiastica
Hierarchia q, laici tantum modo recipiunt
et non conferunt actiones Hierarchicas. et
proinde nullius sacramenti possunt esse mi
nistri nisi baptismi ex speciali dyspensatio
ne

UVA.BHSC

ne ut nulli spiritualis regenerationis facultas desit.

Ad. 1. Rr q, illa oratio fit a sacerdote ut in persona ecclesie et sic exaudit quamvis sit peccator. quod laico non convenit / Ad. 2 q, ille unctiones operabant ex devotione recipientium vel gratia sanitatum. non sacramentaliter.

Ar. 2. Vm Diaconi possit illud conferre

Et videt q, sic qr secundum dionisium habent virtutem purgativam, ad quam ordinat hoc sacramentum / 2 qr possunt baptismum qui est dignius sacramentum conferre ut constat in beato Laurentio / 1 Sed contra Jacobi. 5. inducat presbiteros ecclesie. Dicendum q, diaconus habet vim purgativam, sed non illuminativam que fit per gratiam et propterea ex officio nullum potest sacramentum conferre.

Ad. 1. Rr q, hoc sacramentum illuminando purgat / Ad. 2 q, baptismus est maioris necessitatis, nec tamen ex officio competit diacono illud ministrare.

Ar. 3. Vm solus episcopus possit illud conferre.

Et videt q, sic qr et ordinis sacramentum quod unctione perficit solus ipse ministrat, 2 qr maior est usus materie sanctificate qz ~~[illegible]~~ ipsius qr ille est finis huius ergo qui non potest sanctificare materiam ne qz illa uti poterit / Sed contra est q, minister

sanctificatio

UVA.BHSC

ter huius sacramenti est presbiter ad illud ministrandum inducendus. Episcopus autem non potest induci ad omnes qui hoc sacramentum sunt recepturi in suadi ecessi ~~induci~~ —

Dicendum cum dionisio q, sicut diaconis purgare et sacerdotibus illuminare, sic episcopis competit perficere ~~constituendo~~ ac propterea illis solis competit illa sacramenta ministrare quibus suscipientes in aliquo eminenti gradu super alios constituunt. hoc autem sacramentum non est tale ac proinde etiam per simplices sacerdotes potest conferri.

Ad. 1. Rr q, per characterem confirmationis constituit quis in gradu perfectionis / Ad. 2 q, in genere causę efficientis potior est materię sanctificatio, ac propterea requirit altiorem virtutem activam quam usus materię licet sit finis illius.

Quaestio. 32 De His quibus conferendum est hoc sacramentum et in qua parte in. 7. art diu.

Ar. 1. Vm sanis conferri possit?

Et videt q, sic qr non sanatio corporis sed mentis est precipuus eius effectus. quo indigent etiam qui sani sunt corpore / 2 qr sicut baptismus est omnium intrantium sic et hoc sacramentum est exeuntium ergo etiam sanis de proximo morte plectendis deberet ministrari // Sed contra Jacobi

5

UVA.BHSC

5 infirmat quis etc. Dicendum q cum hoc sacramentum sit quedam spiritualis curatio. per modum cuiusdam corporalis curationis infirmis et non sanis conferendum est.

Ad 1. R. sic q ut baptismus non habet effectum nisi in apto lauari (et non in puero in uentre matris existente) sic neq hoc sacramentum nisi in infirmo ut significatio saluet sacramenti. Ad 2. q nec baptismus est nisi in tractantium qui apti sunt lauari corporaliter " "

Ar. 2. Vm debeat hoc sacramentum dari in quauis infirmitate?

Et uidet q, sic qr Iacobus indeterminate dicit infirmat quis in uobis. 2 qr medicina corporalis omnibus infirmitatibus adhibet ergo et ista spiritualis.

Sed contra est q, hoc sacramentum est extreme unctionis. et sic exeuntium.

Dicendum q, hoc sacramentum confert ab ecclesia tanqz ultima dispositio ad gloriam et per consequens infirmantibus cum mortis periculo.

Ad 1. R. q, in qualibet infirmitate aggrauata potest conferri. sed non in quouis statu et modo eius. Ad 2 q, medicina corporalis principaliter ordinat ad salutem corporis. nec quelibet medicina cuilibet morbo applicatur.

Ar. 3. Vm dari debeat furiosis?

Et uidet q, sic qr periculosissime egrotant.

2

UVA.BHSC

2. qr baptismus qui dignius sacramentum est furiosis et amentibus exhibet/
Sed contra est q, non est dandum nisi recognoscentibus ipsum dandum.
Dicendum q, in hoc sacramento conferendo et deuotio suscipientium. et meritum personale conferentium. et generale totius ecclesie plurimum refert. ac proinde performam de precatiuam datur. vnde non recognoscentibus eius susceptionem quales sunt amentes et furiosi. nisi haberent lucida interualla et in statu lucidi interualli non est hoc sacramentum ministrandum ob irreuerentiam que ratio nabiliter timet/
Ad. 1. Rr ex dictis/ Ad. 2 q, baptismus in suscipiente non requirit motum liberi arbitrij. et est sacramentum necessitatis.

Ar 4 vm hoc sacramentum debeat dari pueris?

et uidet q, sit qr eisdem infirmitatibus solent laborare quibus adulti/ 2. qr in pueris manent reliquie originalis peccati contra quas est hoc sacramentum, ut dictum est./ Sed contra est q, in talibus non uerificat forma sacramenti scilicet indulgeat tibi dominus quidquid peccasti per uisu auditum etc. Dicendum q, hoc sacramentu exigit deuotionem in suscipiente ac proinde (sicut neqz eucharistia) pueris dandu, non est/ Ad. 1. Rr q, non dat contra reliquias originalis nisi prout sunt confortate per-
ac

UVA.BHSC

actualia peccata) Ad. 2. q. in pueris non sunt infirmitates causatę ex peccatis actualibus quę sunt etiam eorum reliquię contra quas est hoc sacramentum.

Ar. 5. Vm̃ totum corpus debeat in ungi.

Et videt q. sic qr dat contra animę infirmitates. at secundum Augustinum anima est in toto corpore) 2. qr quandoqz infirmitas ut febris totum corpus occupat) 3. qr in baptismo totum corpus immergitur. Sed contra est usus ecclesię iuxta quem determinatę partes corporis inungunt. Dicendum q. sicut medicina corporalis non applicat omnibus partibus corporis. sed ubi est radix infirmitatis ita et unctio debet fieri in partibus ubi sunt radices spiritualium morborum.

Ad. 1. Rr q. etsi anima sit in toto corpore quantum ad essentiã non tamen quantum ad potentias et earum usus / Ad 2. ex dictis / Ad. 3. q. baptismus operat per modum ablutionis ablutio autem non tollit maculam in parte corporis cui non apponit.

Ar. 6. Vm̃ inconuenienter determinent istę partes ungendę?

Et videt q. inconuenienter fiat unctio in oculis. naribus. auribus. labijs. manibus et pedibus. qr potius in corde tanqz radice malorum (Matth. 15) deberet fieri / 2 qr intrantes in uertice ungunt ad puritatem at ea non minus egent exeuntes / 3. qr iuxta Gregorium luxuria in lumbis uiro / sup. 4

UVA.BHSC

rum. et umbilico uiget mulierum ergo ibi
est inunctio facienda / 4 qr sicut ungu
tur pedes ita et alia corporis membra inun
gi deberent perque peccat
Sed contra est consuetudo ecclesie
Dicendum q in nobis eadem sunt principi
a agendi et peccandi scilicet uis directi-
ua cognitionis que a quinque sensibus or
tum habet. et uis imperatiua appetitus
in renibus. et executiua siue motiua in pe
dibus. et qr primum principium est cognos
citiua ideo illa unctio ab omnibus obser
uatur que fit ad quinque sensus quasi de
necessitate sacramenti. sed quidam non
obseruant alias, quidam uero obseruant
illam que ad pedes. et non que ad renes
qr appetitiua et motiua sunt secunda
principia.
Ad 1. Rr q cognitio a corde non exit nisi
per aliquam imaginationem que est mo
tus a sensu factus. ut dicit in 2. de anim.
Ad. 2. q intrantes debent que rere purita
tem mentis. sed exeuntes debent eam
purgare per inunctionem illarum partium
quibus contingit mentem inquinari /
Ad. 3. ex dictis / Ad. 4 q organa corporis
quibus actus exercent sunt pedes manus
et lingua.

Ar. 7 Vm mutilati debeant etiam
ungi illis unctionibus?

Et uidet q non qr non infirmanti non dat
hoc sacramentum qr requirit infirmitas
at

UVA.BHSC

at similiter requirunt certe partes in ungende que mutilatis desunt / 2 qr cecus a nativitate non deliquit peruisu ergo ~~sunt~~ ei illa pars non est ungenda et sic neqz alijs.

Sed contra est q defectus corporis non impedit aliquod sacramentum.

Dicendum q mutilati membris in eis partibus ungendi sunt qui proprius accedunt ad membra quibus carent. qr habent potentias anime, que illis membris debent saltem in radice. et interius peccare possunt per ea que ad illas partes pertinent quamuis non exterius. et sic Rr ad obiecta

Quaestio 33 De iteratione huius sacramenti. in. duos art. diuisa

Ar. 1. Vm Hoc sacramentum debeat iterari?

Et uidet q non qr dignior est hec unctio facta homini qz que fit lapidi. sed in lapide altari. v.g. non iterat unctio nisi frangat / 2. qr est extrema. et post ultimum nihil est.

Sed contra est q curatio corporis etiam iterat / Dicendum q illa sacramenta que habent effectus inamissibiles et perpetuos non sunt iteranda. sed non est talis effectus huius sacramenti scilicet sanitas anime et corporis ac proinde iterabile est.

Ad. 1m. Rr q unctio lapidis dicta est perpetua.

alta

UVA.BHSC

altare manente. Hęc autem unctio non fit ad consecrationem hominis / Ad. 2 q. dicit extrema secundum hominum estimationem. quę non semper est extrema secundum rem.

Ar. 2. Vm in eadem infirmitate iteret

Et videt q. nō qr uni morbo una applicat medicina / 2 qr sic posset infirmus tota die inungi. quod est absurdum /.

Sed contra est q. aliquando morbus diu durat post unam unctionem, et contra hunc peccatorum reliquię.

Dicendum q. ad conferendum hoc sacramentum non solum infirmitas sed et status infirmitatis est attendendus ~~[illegible]~~ unde si a brevi infirmitate quis liberet et recidivet. aut in longa infirmitate pluries periclitet poterit hoc sacramentum immo et debet iterari. Et per hoc Rr ad obiecta.

ethica v. g. aut hydropisi.

Quaestio. 34 De Sacramento ordinis in quinq. art. divisa.

Ar. 1. Vm ordo in ecclesia esse debeat.

Et videt q. non qr poscit subiectionem quę libertati in quam per Christum vocati sumus repugnat / 2 qr ut dicit Philipp. 2 quilibet se debet alio inferiorem reputare / 3. qr ordines reperiuntur in angelis ob distinctionem in naturalibus et gratuitis. at homines natura sunt pares. et quis magis gratia emineat ignoramus.

Sed contra Rom. 13. quę a deo sunt (qualis est ecclesia) ordinata sunt / Secundo qr status ecclesie

UVA.BHSC

clesię est medius inter statum naturę et
glorię in quorum utroq; ordo superioritatis
inuenitur.
Dicendum q, ut Dionisius ait ecclesiam deus
suo modo sibi assimilari disposuit quate
nus infima per media et media per prima
ad seipsum perduceret et ordinaret sicut
et in corpore naturali quędam membra
in alia influunt. ac proinde ordo in eccle
sia esse debuit.
Ad. 1. Rr q, pręesse alijs ad ipsorum utilita
tem libertati per christum facte non re
pugnat / Ad. 2 q, quiuis se debet reputare
inferiorem merito sed non officio ordinis
Ad. 3. q, ordo in angelis per se non ex natura
sed ex gratia attenditur cui comensurat eorum
gloria. sed ordines in ecclesia militante res
piciunt participationem et comunicatio
nem sacramentorum, quę sunt causa gratię
et quodammodo gratiam pręcedunt et sic
non est de necessitate nostrorum ordinum gra
tia gratum faciens. sed potestas dispensa
di sacramenta penes cuius differentiam
et non gratię gratum facientis attenditur
et ordinum distinctio.
Ar. 2. Vm conuenienter ordo definiatur
q, sit signaculum quoddam ecclesię
per quod potestas spiritualis traditur
ordinato.
Et uidet q, non qr signaculum scilicet cha
racter est pars sacramenti scilicet res et
sacramentum simul. ergo non debuit poni
pro genere / Secundo qr etiam in sacramen
to

UVA.BHSC

to baptismi imprimit character. et tamen in
eius definitione non ponit signaculum / 3
qr etiam in baptismo imprimit character. et
dat potestas ad sacramenta accedendi / 4. qr
ordo est relatio ergo ex q quo reperit in extre
mis scilicet superiore et inferiore sed in in
ferioribus non est aliqua potestas preeminē
tie ergo mala est definitio.
Sed contra est auctoritas Magistri definientis
Dicendum q assignata definitio conuenit or
dini prout sacramentum est. et ita ponitur sig
num exterius. et effectus interioris potestatis.
Ad. 1. Rr. q signaculum non ponit pro charac
tere, sed pro signo exteriori. quamuis dici etiam
possit q character interior sit principaliter, et
essentialiter ipsum ordinis sacramentum
qr. diuisio in rem, sacramentum, et rem sa
cramentū proprie loquendo non est in par
tes integrales / Ad. 2. q ordo principaliter
potestatem importat et ideo character ponit
in definitione ordinis et non baptismi / Ad
3. q potestas ordinis est actiua cum prae
minentia. baptismi autem passiua ad re
cipiendum / Ad. 4. q nomen ordinis du
pliciter accipit scilicet pro relatione utri
usq extremorum. et pro ipso gradu dignita
tis eminentis.

|| baptismus non sic quamuis imprimat charac terem.

Ar. 3 Vm̄ ordo sit sacramentum?

Et uidet q non qr non est materiale ele
mentum. sed potius relatio. aut potestas /
2. qr ordo est de ecclesia triumphante ad
quam non pertinent sacramenta / 3. qr
etiam Regia potestas dat cum quadam con
secratione. et tamen non est sacramentū

Sed

UVA.BHSC

Sed contra est q ab omnibus numerat inter septem ecclesię sacramenta / Secundo qr propter ordinem fit homo dyspensator aliorum sacramentorum. ergo et illud magis. Dicendum q, cum ordo sit quoddam uisibile signum, quo homini sanctificatio exhibet est sacramentum.

Ad. 1. Rr q, ordo non confert sine aliquo elemento materiali / Ad 2. q, potestas quę est in angelis non dat eis per aliquod uisibile signum. ac proinde ordo in eis non est sacramentum / Ad. 3 q, per illam consecrationem aut unctionem non ordinat Rex ad dyspensationem sacramentorum sicut neq; Monachi, aut Abbates cum benedicunt.

Ar. 4 Vm̄ Forma huius sacramenti conuenienter exprimatur?

Et uidet q non qr non fit mentio in ea de inuocatione trinitatis sicut in alijs sacramentis / 2. qr ministerium et non imperium conuenit sacramenta dyspensantibus. ergo ordinans non deberet dicere imperanter. agite, uel accipite hoc aut illud / Tertio qr in forma sacramenti nō exprimit nisi id quod est de eius essentia at in forma huius sacramenti fit mentio de usu potestatis qui ad essentiam consequitur / 4. qr omnia sacramenta ordinantur ad ęternam remunerationem. et tamē in alijs non fit mentio de ea. sicut in isto dum dicit. habiturus partem si fideliter

etc.

Sed

UVA.BHSC

Sed contra est ecclesiæ consuetudo ~/.
Dicendum q. potestas a potestate traducit
et potestas per actum impotescit ac proinde
in forma ordinis exprimitur usus ordinis per
actum, qui imperat. et exprimit traductio
potestatis per imperativum modum.
Ad 1 Rr. q. in hoc sacramento præ alijs est
quædam communicatio quasi univoca potes
tatis a potestate in cæteris vero a virtute
divina quæ vis et in hoc ipsa sit causa princi
palis. et per hoc Rr ad. 2 / Ad 3. q. usus po
testatis ponit in definitione ordinis non ut
est effectus potestatis in genere causæ efficiē
tis. sed ut habet rationem causæ finalis.
Ad. 4 q. hoc sacramentum ordinat quasi
active ad remunerationem - " " "

Ar. 5. Vm hoc sacramentum ha
beat materiam.

Videt q. non qr virtus aliorum sacra
mentorum est in materijs eorum. at in re
bus materialibus quæ in hoc sacramento
adhibent. v. g. clavibus. et candelabris
non videt esse aliqua virtus / 2. qr in con
firmatione qr confert septiformis gratia præ
exigit sanctificatio materiæ. sed similis
gratia confert in hoc sacramento. ergo
materia deberet etiam in eo præ sanctifi
cari / 3. qr contactus materialium in hoc sacra
mento secundum quosdam non est de
necessitate sacramenti. sicut in alijs. ergo
non habet materiam.
Sed contra est q. omne sacramentum consis
tit

sed sola porrectio)

UVA.BHSC

tit in verbis. et rebus tanq̃ illorum materia
Secundo q̃ plus requirit ad dispensanda
q̃ ad suscipienda sacramenta. sed baptis
^ qui est mus ad suscipienda indiget materia er
go et ordo
Dicendum q̃ materia exterior in sacra:
mentis significat interiorem eorum effec
tum a deo causari. sed in hoc sacramento
hoc discriminis reperit. q̃ illud quod in
alijs sacramentis confert deriuat tan-
tum a deo sed in hoc sacramento spiritu
alis potestas deriuat etiam a deo qui sa
cramentum dat sicut potestas imperfec
ta. et ideo efficacia aliorum sacramen
torum principaliter consistit in materia
sed efficacia huius sacramenti principa
liter residet penes eum qui sacramentū
dispensat. materia autem adhibet magis
ad determinandum potestatem, quę tra
dit particulariter ab habente eam com
plete. q̃ ad potestatem causandam. quod
patet ex hoc q̃ materia competit usui po
testatis. et. Per hoc R^r ad Primum.
Ad. 1. R^r q̃ in alijs sacramentis oportet
sanctificari ob uirtutem quam continent
sed non est ita in proposito / Ad 3. q̃ illaq̃
opinionis ratio si tenenda est patet ex dictis
q̃ potestas ordinis non accipit a ministro
et non a materia. ideo porrectio materi
ę magis est de essentia sacramenti q̃ tac
tus. sed ipsa verba formę ostendere uiden
t q̃ tactus materię sit de essentia q̃ dicit
accipe hoc. uel illud.

Quas

UVA.BHSC

389

Quæstio 35 De effectu huius sacramenti in quinque art. diu.

Ar. 1. Vm in eo conferat gratia gratum faciens.

Et videtur q. non qr hoc sacramentum ut communiter dicit est contra defectum ignorantiæ, at contra ignorantiam magis est gratia gratis data ad intellectum pertinens / 2. qr ordo distinctionem importat sed distinctio membrorum ecclesiæ non fit per gratiam gratum facientem. 1. Corint. 12 divisiones gratiarum sunt / 3. qr in accedente ad ordines præsupponitur gratia qua est idoneus ad ordinum executionem. effectus autem non præcedit suam causam sed contra est q. per septenarium ordinum significant septem dona spiritus sancti quæ non dant sine gratia gratum faciente / secundo qr est sacramentum novæ legis ~

Dicendum q. cum ut dicit deuter. 32. dei perfecta sint opera. ~~cum~~ dat potentiam digne ministrandi sacramenta cum gratia gratum faciente in sacramento ordinis.

Ad. 1. Rr q. qr ordo dat in remedium plebis et ita non est eius effectus tollere ignorantiam in suscipiente sed suscipiens ordines perficit ad pellendam ignorantiam plebis / Ad. 2 q. licet dona sint membris ecclesiæ communia, actu tamen illorum secundum quos attenditur distinctio ecclesiæ non potest esse quis dignus susceptor sine gratia gratum faciente / Ad. 3. q. in ordinatis requiritur gratia excellens quam sacramentum confert licet supponat gratiam idoneitatis ad illud suscipiendum

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 2 Vm in sacramento ordinis imprimat character quantum ad omnes ordines.

Et videtur q non qr quidam ordines ut ostrarij et accoliti non ordinant nisi ad quosdam actus corporales / 2 qr omnis character est indelebilis. et a quo non potest retrocedi. at multi post minores ordines redeunt ad laicatum / 3 qr ad suscipienda sacramenta sufficit character baptismalis. et administranda sacerdotalis. Sed contra est q nullus ordo est iterabilis. ergo omnis imprimit characterem / Secundo qr quilibet ordo est distinctiuus quod fit per characterem.

Dicendum q circa hoc fuit triplex opinio Prima asserentium in solo sacerdotio imprimi characterem. et hæc uera non est. secunda q in sacris tantum ordinibus imprimit et hæc est probabilis. sed tertia probabilior q imprimit character etiam in minoribus unde non iterant.

Ad. 1 Rr q illi actus ad spiritualia ordinant et ideo in omnibus ordinibus requirit spiritualis potestas / Ad. 2 q licet redeant ad laicatum ordinum character manet in eis in iterabilis si iterum ad ordines promoueant / Ad. 3. Rr sicut ad Primum.

et patet

Ar. 3. Vm character ordinis presupponat characterē baptismalem?

Et videtur q non qr potestas actiua (ut patet in deo) non supponit passiuam / 2 qr ecclesia deciperet in casu quo quis ~~probabiliter~~ existimans se esse baptizatum cum reuera non sit ordinaret et nihil faceret conficiendo et absoluendo.

Sed.

UVA.BHSC

Sed contra est q, baptismus est ianua omnium sacramentorum.
Dicendum q, nihil potest recipi in non ens ceptivum sui: per characterem autem baptismalem constituit quis receptivus aliorum sacramentorum: ac per consequens ordinissacramentum baptismum necessario supponit. Ad 1. Rq, procedit de eo qui habet potentiam activam a se. alias ut activam recipiat passivam habere necesse est/ Ad 2 q, talis nihil omnino faceret in sacramentali quamvis ad ultimos sacramentorum effectus percredi posset q, summus sacerdos suppleret.

Ar. 4 Vm supponat characterem confirmationis.

Videtur q, supponat illum de necessitate quia inordinatus medium presupponit primum et ultimum presupponit medium ergo et 2 q, qui ordinis sacramentum suscipiunt sunt alij confirmatores. ergo maxime debent esse confirmati
Sed contra est q, Apostoli receperunt potestatem ordinis ante ascensionem Joannis 20. et confirmati sunt postea per adventum spiritus sancti
Dicendum q, character ordinis non de necessitate (sicut characterem baptismi) supponit characterem confirmationis sed de perfectione et congruitate.
Ad 1. Rq, non est similis habitudo finis medij ad ultimum sicut primi ad medium/ Ad 2. q, procedit de honestate congruitatis/

Ar. 5. Vm character vnius ordinis de necessitate supponat characterem alterius ordinis et

Et iudet q. sic qr maior est connexio ordinis ad ordinem qz unius sacramenti ad alterum. sed omnia sacramenta supponunt baptismum. ergo / 2. qr ordines sunt quidam gradus in gradibus autem non ascendit ad superiorem, nisi per inferiorem.

Sed contra est q. secundum statuta canonum si quis inferiori ordine pretermisso superiorem accipiat. non iterat inferiori suppleto.

Dicendum q. potestas inferior in superiori concluditur et ita in primitiua ecclesia ordinabant in presbiteros qui inferiores ordines non susceperant et omnium ministeria exequebantur. sed postea per canonum statuta decretum est ut maiores post minores conferant ac proinde non est de necessitate sacramenti q. minores ordines maiores antecedant sed supplendi sunt in promotis per saltum.

Ad. 1. Rr q. ordo conuenit magis cum ordine in similitudine species. sed non secundum proportionem potentie ad actum recipiendi maiores ordines / Ad. 2 q. gradus ordinum non sunt in actione una sed sicut diuersarum perfectionum. vnde sicut inter caput et pedes est ordo nec tamen oportet q. caput prius fuerit pes. ita et in nostro casu.

Quaestio 36. De qualitate suscipientium. in 5. artic. diuisa.

Ar. 1. Vm in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitae.

Et

UVA.BHSC

Et videt q, non qr ordines requirunt ad dispensationem sacramentorum. quae tam a malis, qz a bonis dispensantur / 2 qr a ministerio corporali sui, quod immediatius est. non repulit dominus peccatores ut Lucae. 7. constat de muliere peccatrice / 3. qr per sacramenta (ad quae conferunt ordines) dat remedium peccatoribus ergo ne denegari videat tale remedium etiam peccatoribus sunt ordines conferendi Sed contra disponit Levit. 21. de sacerdotibus et ministris de semine Aaron si habuerint maculam ut ibi glossa ponderat. Secundo ad idem est Hieronimus de fleris q, meliores sint laici qz clerici.

Dicendum cum Dionisio. 1. cap. ecclesiasticae Hierarch. q, sicut angeli superiores quasi sol in inferiores radios emittunt. sic et in ecclesia superiores respectu inferiorum esse oportet ac proinde quamvis non de necessitate sacramenti de necessitate tamen praecepti est sanctitas vitae in suscipiente sacramentum istud.

Ad. 1. Rr q, peccator sicut indigne dispensat etiam indigne sacramenta recipit / Ad. 2. q, secus est in ministerio spirituali in quo quis medius inter deum et homines constituit per bonam conscientiam. et bonam famam / Ad. 3. q, et in medicinis corporalibus quaedam sunt quae dant debilibus quaedam quae requirunt hominem confortatum.

Ar. 2 Vm Requirat scientia totius sacrae. scripturae? et

UVA.BHSC

Et videt q, sic qr ut Malach. 2. dicit Lex re
quirenda est de ore sacerdotis / 2. qr de cons
titutis in ordinibus dicit. 1. Petr. 3. parati red
dere rationem de ea, quę in nobis est fide
et spe / 3. qr legere vętus testamentum
pertinet ad lectores, qui sunt de minoribus
ordinibus. at legere et non intelligere ne
gligere est ut dicit Cato.

Sed contra est q, plurimi etiam in religio
nibus multis ad ordines promouent qui
nihil de talibus sciunt / Secundo qr in vi
tis patrum legit aliquos ad sacerdotium
promotos, qui erant sanctissimę vitę.

simplices monachos.

Dicendum q, in quolibet agente necessa
ria est cognitio sufficiens qua actus suos
dirigat. ac proinde similiter in ministris
ecclesię scientia, maior aut minor se
cundum q, maiori aut minori addicitur
ministerio

sufficiens

Ad. 1. Rr q, sacerdotes habent potestatem
tantum in corpus Christi verum. quidam
etiam in mysticum. et hęc potestas non po
test esse sine illa quamuis sic e conuerso
Primis ergo sufficit scientia de sacramen
torum administratione. in alijs autem ma
ior deposcit cognitio qr ab eis exigenda est
legis notitia non quidem totius et magna
rum difficultatum. sed eorum quę populus
debet scire et credere. maiora autem
discutere maioribus ut episcopis scire est
necesse / Ad. 2. q ex dictis / Ad. 3. q illud
legere quod ad lectorem pertinet non est intel
ligere. sed recte pronunciare. quod non est
multum difficile. et ordinatus lector si in
via iam sit facile addiscet ~//~

quidam

UVA.BHSC

Ar.

Ar. 3. Vm̃ ex merito vitæ ali-
quis gradus ordinis consequa

Et videt q, sic qr secundum Chri Ct.
sosthomum non omnis sacerdos sanc-
tus est. sed omnis sanctus est sacerdos
sed ex merito vitæ aliquis efficit sanctus
2. qr in rebus naturalibus ex hoc ali-
quia in gradu superiori collocant qr deo
appropinquant ut dicit dionisius ergo
Sed contra est q, ordo est inamissibilis
gratia vero semel habita potest amitti
Dicendum q, effectus debet proportiona
ri suæ causæ et ideo sicut in Christo a quo
gratia cõmunicat in omnes homines o-
portuit esse gratiæ plenitudinẽsis in mi
nistris ecclesiæ dantibus sacramenta
constituit gradus ordinis non ex hoc q,
habent gratiam, sed qr participant ali-
quod gratiæ sacramentum. ——

non gratiam sed gratiæ.

Ad. 1. Rr q, Chrisosthomus accipit no-
men sacerdotis quantum ad interpre
tationem. id est sacra dans. ut cunqz
Ad. 2. q, res naturales constituunt in
gradu eminenti quatenus in inferiores
possunt agere per propriam formam. nõ
sic ministri. et ideo solum est similitudo
quantum ad congruitatem. non quan-
tum ad ordinis dignitatem.

Ar. 4. Vm̃ Promouens indignos
ad ordines peccet?

Et videt q, non qr non possunt quotquot
necessarij sunt in adiutorium episcoporum

iux

UVA.BHSC

iuxta conditiones quas sancti in eis postulant inueniri / 2. qr multi qui nec scientia, nec sanctitate pollent, sunt industriosi et potentes ad gubernationem temporalem, qua etiam indiget ecclesia / 3. qr deberet ab episcopis fieri ad id diligentissima de uita et moribus inquisitio, quod a nullo cernimus obseruari.

Sed contra est q. peius est malos promouere qz promotos non corrigere. Sed Heli. 1. reg. ob hoc secundum grauissime punitus est. ergo / Secundo qr temporalia ecclesie scienter committens indignis mortaliter peccat. ergo multo magis qui spiritualia cuius enim uita despicit ut ait gregorius. ~~necesse est~~ ut et predicatio contemnatur

Dicendum q. ad fidelitatem Prelati quem constituit dominus super familiam suam pertinet sub peccato mortali dignos eligere ministros spiritualium rerum, siquidem et ad temporalia (que minus sunt ponderis) tales eligendi sunt. // ~ //.

Ad. 1. Rr q. nunqz desunt idonei sic deo ecclesie prouidente. q. si defuerint ut ait beatus Clemens melius est paucis dignis curam agendorum demandare / Ad. 2 q. de temporalibus in tantum est cura adhibenda inquantum spiritualibus deseruiunt et ad ea ordinantur / Ad. 3. q. ad minus requirit q. ordinans non sciat aliquid contrarium sanctitati in ordinato. et ultra hoc qr iuxta maioritatem ministerij iniungendi diligentior fiat inquisitio. //

Ar.

consequens est

vnde. 1. Thimot. 5. dicit neminici to manus imposueris

UVA.BHSC

393

Ar 5. Vm̄ quis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto uti?

Et videt q, sic qr si non utat (cum ex officio tenet) peccat ergo erit perplexus / 2 qr etsi esset illicitum de iure ex dyspensatione tamen. quę est quędam iuris relaxatio liceret alicui / 3. qr etiam qui ab eo exigeret aut acciperet sacramentum (ut pote cōmunicans ei) peccaret quod dicendū non est / 4. sic cum in uno ~~actu~~ ordinis multi actus concurrant videt q multa peccata mortalia cōmittat.

Sed contra est Dionisius in epistola ad Demophilum ubi blasphemo et decepto ni comparat sacerdotem indigne suum ordinem exequentem / Secundo qr sanctitas requirit in susceptione ordinis. ergo et multo magis in sui executione

Dicendum q, iustum (ut lex dysponit) iuste est exequendum ac proinde indigne exequens iustum ordinis actum mortaliter peccat.

Ad. 1. Rr q, non est perplexus qr potest peccatum dimittere vel officio resignare /

Ad. 2. q, in iure naturali (quale est q iuste iusta tractent) nullus potest dyspensare

Ad. 3. q, a ministro quandiu ab ecclesia sustinet licitum est sacramenta suscipere et ab eo subditus recipere debet qr dare ex officio tenet. non tamen esset tutum talem ministrum inducere administrandum extra necessitatem durante tali conscien

etiam si sit in peccato

UVA.BHSC

scientia, quam tamen quis deponere pos
set qr in instanti homo a peccato mun
datur. / Ad. 4. q. quandocunq; homo ex
hibet se in aliquo actu ut minister eccle
siæ mortaliter peccat. et toties quoties illu
actum facit (ut ait. dionis. 1. cap. coelest
Hierarch) etiam cum ex officio res sacras
tangit. Secus si in necessitate (ut et laicis
licet) baptizaret aut sacramentum de ter
ra aut luto leuaret.

Quæstio. 37. De Distinctione ordinum. in. 5. artic. diu.ª

Ar. 1. vm debeant plures ordines distingui?

Fuidet q non qr dignius est hoc sacramē
tum qz cætera quatenus suscipientem
in gradu superiori constituit. sed virtus
maior est minus multiplicata. ergo nō
debent poni plures ordines quæ recipiant
prædicationem totius. sicut nec fit in a
lijs sacramentis / 2. qr cum non sint plu
res partes integrantes. erunt subiectius
ac ex consequenti erunt plura sacrami
ta. sicut et plures ordines / 3. qr melior
est ~~Aristocratia sive~~ unitas principatus
in uno residens, qz in multis. ergo pariter
unicus deberet esse ordo omnium conti
nens virtutem et actus.

Aristocracia

Sed contra est q, in corpore Christi mystico
sicut et in naturali ut ait Apostolus nō
omnia membra eundem actum habent /
Secundo qr et in veteri testamento non so
lum sacerdotes. sed et leuitæ consecrabant

Di-

UVA.BHSC

Dicendum q, ordinum multitudo est neces
saria in ecclesia Primo ad ostendendam
dei sapientiam sicut in Salomone Regina
Sabba testata est. Secundo ob hominum
infirmitatem multiplici remedio indigé
tem unde num. 11 septuaginta senes
moysi dati sunt in adiutorium ad popu
lum gubernandum. et tertio ut via pro
ficiendi hominibus ampliordet dum plu
res in diversis officijs distribuunt et deo
cooperantes ei assimilent quo nihil est
divinius ut ~~dicit~~ dionisius docet.

Ad. 1. Rr q, cetera sacramenta principa
liter dant ad aliquos effectus percipiendos
hoc autem sacramentum ad aliquos actus per
agendos. per quos oportet diversos ordines
distingui. sicut et potentie per actus distin
guntur / Ad. 2 q, distinctio vel divisio
ordinis non est totius in partes integrales
aut subiectivas. sed totius potentialis quod
secundum completam rationem semper
est in uno in alijs autem per participatio
nem illius et sic se habet sacerdotium ad
alios ordines unde et numer. 11. dixit do
minus ad Moysem auferam de spiritu tuo
et tradam eis. / Ad. 3. q, et in Regno (quā
vis in Rege resideat tota plenitudo potes
tatis) non tamen excludunt ministrorum
potestates. in Aristocracia vero apud om
nes et non aliquem in particulari residet
~~plenitudo~~ potestatis plenitudo.

Ar. 2. Vm sint septem ordines?

Et videt q, non qr ordines ecclesie ordinant
ad actus Hierarchicos qui ut dicit dionisius
5. cap. ~~coel~~ eccles. Hierarch. tantum sunt tres sci
li

UVA.BHSC

Licet purgare, illuminare. et perficere / 2. qr in doctrina Christi et Apostolorum ex quorum institutione sacramenta habent virtutem non fit mentio nisi de presbiteris et diaconibus / 3. qr per ordinem constituitur quis administrator cæterorum sacramentorum quæ tantum sunt sex. ergo tantum deberent esse sex ordines. Sed contra videtur q, sint plures qr in Hierarchia coelesti sunt novem ordines. quæ tamen simplicior est q3 ecclesiastica / secundo qr prophetia psalmorum inter omnes prophetias est dignior. sed ad pronunciandum alias prophetias est unus ordo lectorum ergo etc. præcipue cum in decretis 21. distinct psalmista secundus ab ostiarij inter hos ordines ponatur. " " "

Dicendum q, ordinum distinctio non convenienter colligitur iuxta gratias sanitatum, ut quibusdam visum est, nec iuxta actus Hierarchicos purgandi illuminandi et perficiendi ut alij asseruerunt, neq3 iuxta septem dona spiritus ut alijs placuit. ^ qr prædicta pluribus ordinibus conveniunt, tum ob alias causas quæ hic in corpore articuli assignantur / Ac proinde dicendum q, distinctio ordinum desumenda est ex respectu ad eucharistiam quæ secundum Dionisium est sacramentum sacramentorum. et hoc vel ad ipsam eucharistiam immediate quod est proprium sacerdotij. vel ad aliquod ministerium circa ipsam et sacerdotem quod competit diacono. qui et sanguinem Christi dispensat

tum q

vel

UVA.BHSC

uel circa materiam ordinandam in ip
sis uasis sacris sacramenti et hoc per
tinet ad subdiaconos qui corporis et
sanguinis domini uasa portant et ob-
lationes in altari ponunt. unde acci
piunt cum ordinantur calicem de ma
nu episcopi sed uacuum. uel ad presen
tandum materiam sacramenti et hoc
pertinet ad acolitum qui uiccolum cum
uino et aqua preparat. unde in ordina
tione uiccolum uacuum accipit. et
quoniam ministerium ad preparatio
nem recipientium ordinatum non po
test esse nisi super immundos (qr mun
di iam sunt ad sacramenta percipienda
donej) immundi autem sunt in tripli
ci differentia ut docet Dionisius. scilicet
uel omnino infideles. uel nondum in fide
edocti ut cathecumeni. uel edocti in fide et
per demones impediti ut energumeni ideo
ad infideles excludendos sunt ostiarij. ad
cathecumenos instruendos lectores. et ad
demones fugandos exorciste.
Ad. 1. Rr q dionisius non loquitur de ordi
nibus prout sunt sacramenta sed secundum
q ad actus Hierarchicos ordinantur / Ad 2
q in Primitiua ecclesia in diaconatu im
plicite latebant reliqui inferiores ordines
quorum officia exequebantur diaconi ut
constat per dionisium. 3. cap. eccles. Hi
erarchie. sed postea dicit Magister q expli
cite ceteros ordines sibi ecclesia instituit.
Ad. 3. q ordines distinguntur per ordinem ad
eucharistiam. et non ad alia sacramenta
ad quam omnia ordinantur / Ad. 4. q an
ge /

ob ministrorum
paucitatem.

UVA.BHSC

geli distinguunt specie et ideo in eis potest esse diuersus modus recipiendi diuina et sic sunt diuersę Hierarchię. in hominibus autem non sic. Et ideo una est Hierarchia cum Hierarchicis actionibus distinctis sicut et in qualibet Hierarchia angelorum / Ad 5. q. psalmistatus. idest canturia non est ordo distinctus. sed officium ordinibus annexum, quod pluribus ordinibus competit. Licet pro ordine quandoqz ponatur.

Ar. 3. Vm ordines debeant distingui per sacros et non sacros?

Et uidet q. non qr omnes sunt quędam sacramenta. ergo omnes sunt sacri / 2 qr per ordines deputamur ad diuina officia quę omnia sunt sacramenta.

Sed contra est q. ordines sacri impediunt matrimonium contrahendum, et dirimunt contractum. non sic autem minores

Dicendum q. in se omnes ordines sunt sacri qr sunt sacramenta. sed ex parte materię circa quam tres dicunt sacri. Scilicet subdiaconatus qui est circa uasa sacra et diaconatus qui habet actum circa corpus Christi uel sanguinem consecratum et ~~sacerdotium~~. et his tribus indicit continentia. Et ex hoc Rr ad obiecta.

tantum

et sacerdotium

Ar. 4 Vm actus ordinum conuenienter assignentur

Et uidet q. non qr absolutio est preparatoria ad corpus Christi sumendum. ergo inconuenienter dicit actus sacerdotij / 2. qr per characterem baptismi configurat quis deo

immediate

ergo

UVA.BHSC

ergo orare et ferre oblationes potest quivis bap
tizatus cum sint actus immediate ad deum
ordinati / 3. qr diversorum ordinum diver
si sunt actus. sed oblationes in altari pone
re et epistolam legere et crucem coram Papa
gestare ad sub diaconum pertinent. ergo hic non
debent diacono attribui / 4. qr eadem ve
ritas est in veteri et novo testamento ergo
ad lectores pertinet etiam legere evangelium /
5. qr Apostoli doctrinam evangelij predica
verunt. ergo subdiaconi (quibus doctrina
evangelij denuncianda committit) debent e
vangelium denunciare / 6. qr ministrare
cum urceolo est actus subdiaconorum ergo
non debet accolito attribui / 7. qr accolitus
solum habet actum corporalem. ergo exorcis
ta qui est inferior non debet habere actum
spiritualem / 8. qr legere novum et vetus
testamentum ~~magis~~ in se coniuncta sunt.
ergo si subdiaconis competit legere novum
testamentum. legere vetus non lectori
sed subdiacono conveniet / 9. qr ad aperti
onem vel ~~clusum~~ templi nulla videt ne
cessaria spiritualis potestas. ergo quorsum
ostiarij.

qui diacono est immediatior

occlusionem

Dicendum q. ille est actus principalis unius
cuiusq3 ordinis secundum quem magis pro
xime ordinat ad eucharistie sacramentum
non tamen inconvenit q. idem ordo ~~plures~~ multos
habeat actus. et eo plures quo superior.
Ad. 1. Rr q. proxime preparationis minister
est sacerdos. qualis est absolutio / Ad. 2 q.
solus sacerdos in persona ecclesie habet actus
ad deum immediate ordinatos / Ad. 3. ex dictis
et q. oblatio ut a populo fit committit hiebdiacono /

Ad

UVA.BHSC

Ad 4. q doctrina veteris testamenti re/
mote preparat et minus perfecta est q3 no
ui. et sic Rr ad 5. / Ad 6. q subdiaco
nus proprie habet actum non circa urceo
lum sed circa in eo contenta / Ad 7. q ex
parte materię consecrabilis quę in vasis
continet immediatius attingit accolitus
eucharistiam inter minores ordines / Ad 8
ex dictis. et preterea accolitus lumen deferens
doctrinam euangelij deferre insinuat. lec
tores vero figuras alias. actus autem exor
cistę ordinat ad secundarium actum sacer
dotis scilicet soluere et ligare. et ad hunc se
cundarium sacerdotis actum ordinantur
tres minores ordines superiores / Ad 9. q
esto non det ostiarijs aliqua spiritualis po
testas (quod quidam non admittunt) ad
huc tamen est specialis ordo ad exequendu
ex officio, et veluti connaturaliter ea, quę
alij ex officio non possunt.

Ar. 5. vm sacerdoti character im
primat in ipsa calicis porrectione.
Et videt q non q eius consecratio fit in
unctione. ergo per eam sicut et in con
firmatione imprimit character / 2. q
spiritus sanctus dat eis in impositione
manuum / 3. q consecratio vestium
in sola benedictione consistit / 4 q simi
liter dat sacerdoti vestis sacerdotalis ergo
imprimeret ei duplex character / 5. q
sic non esset proximior diaconus sacer
doti sed subdiaconus huius enim conse
cratio in porrectione etiam calicis consis
tit / 6. q accolito potius imprimit cha
rac

^ (in cuius comu
nicatione Ioan
20. consistit sa
cerdotalis potes
tas)

UVA.BHSC

iacter cum accipit candelabrum quam ur
ceolum (quia acolitus cereiportator inter
pretatur) et tamen magis appropinquat
sacerdoti per hoc quod habet actum super urce
olum.
Sed contra est quod principalis actus sacerdo
tis est consecrare corpus Christi ad quod
datur sibi potestas in acceptione calicis.
Dicendum quod eiusdem est formam induce
re et de proximo materiam ad formam
preparare. et hoc utrumque facit episco
pus circa ordinandos ~~scilicet preparat~~
~~et aliquid operatur in eis. que operatio fit~~
benedictione. manus impositione. et
unctione. per benedictionem enim divi
nis obsequiis mancipantur. per manus im
positionem datur plenitudo gratie diaco
nibus et sacerdotibus. et ungunt soli sa
cerdotes tanquam immediate corpus Christi
tangentes (quemadmodum ungit etiam
patena et calix) et quia principalis actus
sacerdotis est consecrare corpus et sangui
nem Christi, ideo in ipsa datione calicis sub
forma determinata verborum character
sacerdotalis imprimitur.
Ad 1. Dr quod in confirmatione non datur offi
cium operandi super aliquam materiam
exteriorem / Ad 2. quod dominus dedit po
testatem discipulis in coena quantum ad
actum principalem. sed Ioannis 20 post
resurrectionem quantum ad actum secun
darium, qui est ligare et solvere / Ad 3
quod vestibus sufficit benedictio ut divino cul
tui mancipentur. quia non habent actum alium

Ad

cum

sis tanquam principa
libus illis sicut
ministris

et illud minis
trantes

UVA.BHSC

Ad. 4. questis solum dat sacerdoti ad ido-
neitatem actus exercendi / Ad 5. q. potes-
tas diaconi media est inter potestatem
sub diaconi et sacerdotis. sacerdos enim
habet potestatem super corpus Christi. sub
diaconus super uasa tantum. diaconus
uero super corpus in uase contentum, et
exprimit eius potestas ad actum secun-
darium in hoc quod dat ei liber euange-
liorum et in hac potestate intelligit alia
et ideo in ipsa libri datione imprimit
character / Ad. 6. q. acolito imprimit cha-
racter in datione urceoli quo ministrat
~~[illegible]~~ in actu principali, quamuis de no-
minet ab actu secundario tanquam notiori

Quaestio 38. De conferentibus hoc sacramentum. in 2. ar. diuisa

Ar. 1. Vm tantum episcopus or-
dinis sacramentum conferat?

Et uidet q. non q. etiam sacerdotes astan-
tes manus sacerdotibus qui ordinantur
imponunt / 2. q. ab Archidiacono dat
materia subdiacono et acolitis / 3. q. con-
ferre ordines minores committit non epis-
copis scilicet presbiteris cardinalibus. at
ea quę ordinis sunt maxime episcopalis
non uidentur posse committi / 4. q. principa-
lius est conferre eucharistiam, quam ordines
sed illud potest simplex sacerdos. ergo et is-
tud / 5. q. episcopus potest consecrare epis-
copum a quo minus distat quam sacerdos a
diacono. ergo et sacerdos poterit diaconum con-
se

UVA.BHSC

secrare / Sed contra est q. consecratio uaso / rum pertinet ad solum episcopum ergo et ministrorum / Secundo q. sacramentum ordinis est excellentius q. confirmationis. at solus episcopus confirmat / Tertio q. virgines (quia in nullo gradu spirituali constituuntur) solus episcopus benedicit.

Dicendum q. potestas episcopalis est quasi politica ad inferiores sacerdotes et ministros. hec autem ut dicit in. 1. politice ordinat inferioribus quid quantum et qualiter sit agendum. ac proinde solus episcopus confirmat. virgines benedicit et ordines (singulos singulis ministerijs addicens) confert.

Ad. 1. Rr q. in impositione manuum non imprimitur character. imponunt autem manus ab alijs q. episcopo sacerdotibus ordinandis (et non diaconibus) ad significandam plenitudinem gratie qua sacerdotes egent. et accipiunt / Ad. 2 q. illi actus Archidiaconi (quasi Principis ministerij non sunt principales in quibus character confertur / Ad. 3. q. ea que ad episcopalem dignitatem pertinent dummodo non habeant immediatam relationem ad uerum corpus Christi poterunt committi a Papa. at proinde poterit committere simplici sacerdoti ut confirmet et minores ordines conferat / Ad. 4. q. sacramentum eucharistie licet sit maximum in se. non tamen collocat in aliquo officio sicut ordinis sacramentum / Ad. 5. q. ad illud non tam facit propinquitas q. completio potestatis

UVA.BHSC

Ar

Ar. 2. Vm̃ hæretici ab ecclesia præcisi possint ordines conferre. ||

et uidet q non. qr non possunt solue re nec ligare, quod minus est / 2 qr in episcopo separato ab ecclesia non remanet aliquis specialis character sicut in sacerdote separato ad conficiendum / 3. qr expulsus a comunitate nulla officia in ea potest exequi / 4. qr hæretici neq per propriam fidem qua caret, neq per fidem ecclesiæ a qua separat. continuat merito Christi / 5. qr non possunt benedicere (immo eorum benedictio in maledictionem computat) ergo neq conferre ordines.

ad ordines conferendos.

Sed contra est q eiusmodi si reconcilient ecclesiæ non iterum consecrant / Secundo qr maior est potestas conferendi ordines. q potestas ordinum. sed hæc per hæresim non amittit, ergo neq illa / Tertio qr nullus ab ecclesia amittit potestatem baptizandi /. " " "

præcisus

Dicendum q circa hoc quidam senserunt hæretici præcisos et non toleratos ordines non conferre. alij q ipsi sic non tamen ab eis ordinati, alij q et sacramentum ordinis et gratiam sacramenti conferunt. Sed tenendum est q cum consecratio maneat reconsecrata manente prædicti ueros ordines possunt conferre. non tamen gratiam sacramentorum (nisi baptismi in necessitate ~~[illegible]~~ collati) et hoc non ex defectu sacramentorum sed qr qui

ad

UVA.BHSC

ad recipienda sacramenta ab eis se inge
rit peccat et fictus accedit /
Ad. 1. q. per absolutionem confert gratia
et ad eam requirit iurisdictio qua preci
sus ab ecclesia caret / Ad. 2. q. licet ipsa
potestas episcopalis non sit character pro
prie, dat tamen indelebiliter per conse
crationem / Ad. 3. q. sic ordinati licet ac
cipiant ordines non tamen ordinum ex
ecutionem ratione in argumento tacta
Ad. 4. q. continuant passioni Christi non
per fidem qr ea carent, sed per formam ec
clesie, quam seruant / Ad. 5. q. conclu
dit quantum ad ultimum effectum sa
cramentorum.

Quaestio. 39 De impedimentis huius sacramenti. in. 6. ar. diu.

Ar. 1. Vm sexus foemineus ordinis susceptionem impediat?

Et uidet q. non qr prophetie officium
quod maius est. et medium inter homi
nes et deum mulieribus concessum le
gimus in scriptura / 2. qr Prelatio. mar
tirium. et religionis status mulieribus
concessa legunt. que etiam eminentiam
continent / 3. qr ordinum potestas in a
nima fundatur. at sexus non est anima /
Sed contra dicit. 1. Timoth. 1 ubi docere
in ecclesia, et uiris dominari interdicit
mulieribus / Secundo qr ad decentiam or
dinum est necessaria corona. que in mu
lieribus radi nequit. // Dicendum q. a
li.

UVA.BHSC

aliqua sunt de necessitate sacramenti et ad
quę si desint nec sacramentum conficit
t nec res sacramenti suscipit. et talis
est sexus virilis qr foemineus subiectio
ni congruit non prelationi. q si in decre
tis fit mentio de diaconisa. et presbiteri
sa intelligendi sunt aliqui actus diaco
no similes. et de vidua quę et presbiteri
sa appellat quatenus presbiter idem
est quod senior.

Ad. 1. Rr q prophetia non est sacramentum
sed dei donum ad quod non exigit signi
ficatio, sed solum res in re autem animę
mulier non differt a viro immo sępe
ipsum in bonitate excedit. Et per hoc
Rr ad. 2. et. 3. Abbatissę autem non
habent prelationem ordinariam. Et
Delbora in temporalib, prefuit. quo pacto
nunc etiam possunt mulieres domina

xj Ar. 2 Vm Pueri carentes usu
rationis possint ordines suscipere?

Et videt q, non qr sacri canones ad ordines
suscipiendos certos etatis annos statuerunt
2. qr nequeunt matrimonium contra
here qui minus habet excellentię ordo
3. qr cuius est potentia eius est actus
at pueri non possunt actus in ordinum
exercere. ergo

Sed contra est q, promotus ad ordines an
te annos discretionis sine iteratione ipso
rum quandoq concedit in eis ministrare
ut patet extra de cleric. per saltum pro
moto

UVA.BHSC

moto / Secundo qr pueri possunt recipere alia sacramenta quę imprimunt characterem ut baptismum et confirmationem.

Dicendum q. ad sacramenta ad quorum susceptionem requirit actus recipientiū sicut matrimonium et poenitentia nō possunt pueris carentibꝰ usu rationis cōferri. bene tamen illa in quibus potestas aliqua confert hęc enim antecedit actū ac proinde sicut baptismus et confirmatio dant pueris. sic et ordines conferri possunt. quamuis de necessitate pręcepti ad maiores (non ad minores) requirat in suscipientibꝰ rationis usus tum qr habent annexum castitatis votum. tum qr sic ordinatis sacra tractanda cōmittunt et specialiter episcopo circa corpus mysticū nec sunt admittendi qui ad omnes ordines usum rationis esse necessarium affirmāt / Ad. 1. Rr q. procedit de necessitate pręcepti Ad. 2. ex dictis / Ad. 3. q. etiam in naturalibꝰ potentię (ut liberum arbitrium) pręcedunt actus suos

hōnestate et

et ad episcopatū

Ar. 3. Vm̄ seruitus impediat aliquem ab ordinum susceptione.

Et uidet q. non qr subiectio corporalis nō impedit Prelationem spiritualem / 2 qr est humilitatis occasio quę Prelatis est necessaria. 1. corint. 7 / 3 qr magis uidet dedecere q. episcopus in seruum uendat q. (ut in dialogo legit) fecit de se Paulinꝰ nolę

UVA.BHSC

Lae episcopus / Sed contra videt q impediat de necessitate sacramenti qr maior est subiectio in seruo qz in muliere quae ob subiectionem ab ordinibus necessario arcetur. Secundo qr non potest simul ministerio ordinum. et domino carnali (qui in demnis esse debet) inseruire.

Dicendum q qui ordinant diuinis debent esse officijs mancipati. seruus autem nõ est sui iuris ac proinde licet non de necessitate sacramenti de necessitate tamẽ praecepti seruitus impedit a susceptione ordinum. qr seruus libere actus ordinum exercere non poterit. et idem dicendum est de his qui alijs mancipant uel sunt obligati aut detenti.

Ad. 1. Rr q in exercitio ordinum est etiam corporalis occupatio annexa / Ad. 2. q ex multis alijs possunt ordinati occasionẽ humilitatis accipere / Ad. 3. q illud impulsu spiritus sancti factum est ut euentus probauit qr multi eius subditi sunt libertatem ex eo assecuti. et ubi spiritus domini ibi libertas. 2. corint. 3 / Ad. 4 q mulier habet subiectionem a natura et signa sacramentalia ex naturali similitudine repraesentant / Ad. 5. q si ordinet domino sciente et non reclamante liber efficit. si uero nesciente domino. et praesentans et episcopus ordinans tenent domino duplũ precij reddere pro seruo. aut seruus si habeat peculium debet se ipsum redimere. alioquin reducet ad domini seruitutem non obstante. q ordinis actus exercere non possit.

seruus non sic

scienter

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 4. Vm̄ propter homicidium debeat quis ab ordinibus prohiberi?

Et videt q non qr nostri ordines sumpserunt initium a levitis qui consecraverunt manus suas in effusione sanguinis fratrum suorum exod. 3 / 2 qr propter actum virtutis non debet quis ab ordine prohiberi. at sæpe contingit ali quem iuste alium occidere. ut in iudicibus patet / 3. qr irregularitas est poena ergo non debet homicidio inculpabili scilicet se defendendo aut casuali.

Sed contra sunt plura canonum statuta et ecclesiæ consuetudo.

Dicendum q cum ordo dirigat ad sacramentum eucharistiæ quod est sacramentum pacis. et Christi occissi, de necessitate non quidem sacramenti. sed præcepti arcent homicidæ ab ordinum susceptione tanq̄ pacis inimici et occidentibus Christum non Christo occisso conformes.

Ad. 1. Rr q vetus lex inferebat poenam sanguinis. sed non sic nova / Ad. 2 q in illo casu non incurrit irregularitas ob culpā sed ob ineptitudinem personæ / Ad. 3. q ignorans si hominem casualiter occidit non dicit homicida neq irregularitatem incurrit. nisi operam dederit illicitæ rei. aut omisserit debitam diligentiam. immo et etiam qui se defendendo occidit et si non peccat irregularis efficit.

Ar. 5. Vm̄ illegitime nati debeant ab ordinibus impediri?

Et videt q non qr filius non debet portare iniqui

UVA.BHSC

quitatem patris / 2 qr non impeditur semp
quis ab ordinum susceptione ob illicitum
coitum suum, ergo minus ob coitum patris
sui / Sed contra dicit deuter. 23. manzer
idest de scorto natus non ingredietur ec
clesiam dei usqz in quartam generatio
nem.
Dicendum q cum ordinati alijs pręficiant
t in honore (ex quadam honestate requi
rit in eis claritas quędam. non de neces
sitate sacramenti, sed de necessitate prę
cepti. ut scilicet sint bonę famę. non pu
blicę poenitentes. et bonis moribus ornati
et qr vitiat omnis claritas ex vitiosa ori
gine illi qui nati sunt ex illegitimo toro
prohibent ordines suscipere nisi cum illis
dispenset. et tanto est difficilior eorum dis
pensatio quanto eorum origo est turpior
Ad. 1. Rr q irregularitas non est poena ini
quitati debita / Ad. 2. q vitiosa origo est
a natura et sic per poenitentiam non po
test aboleri /.

Ar. 6. Vm Propter defectum mem
brorum debeat quis impediri?

et videt q non qr non debet dari afflictio
afflicto / 2 qr magis necessaria est discre
tio qz membrorum defectus. sed ordinantur
nondum habentes rationis usum. ergo /
Sed contra est q tales prohibebant a minis
terio veteris legis ergo multo magis in no
va. De bigamia vero dicet in tractatu de
matrimonio / Dicendum q si defectus mem
brorum claritatem personę tollat aut actus fu

or

UVA.BHSC

ordinum impediat arcet ab ordinum sus
ceptione non de necessitate sacramenti,
sed de necessitate precepti. et ex his R ad
obiecta.

Quæstio. 40. De His quæ annexa sunt sacramento ordinis. in 7 articulos diuisa.

Ar. 1. Vm ordinati debeant tonsuram deferre?

Videt q non qr Deutero. 33. et Hieremiæ
49 cominat dominus tonsis in comam
captiuitatem. at ordinatos libertas decet
2 qr figura coronæ precessit in tonsura
nazareorum veteris legis ut dicit Magister
at nazarei non erant addicti neq ordina
ti ad diuinum ministerium. et hoc idem
videt per hoc q conuersi qui non sunt mi
nistri ecclesiæ tondentur in religionibus /
3. qr per capillos superflua significantur
at ministri altaris omnem superfluita
tem a se debent expellere. ergo totaliter
debent caput radere et non in modum co
ronæ.
Sed contra est q ut ait Gregorius seruire deo
regnare est ergo ministris ecclesiæ corona
competit / Secundo qr ministri altaris
debent habere mentem reuelatam. capilli au
tem in uelamen dati sunt. 1. corint. 2
Dicendum q tonsura et rasura in capite
per modum coronæ conuenit ministris ec
clesiæ qr regales personæ sunt. et qr superflua
tis a superiori parte abiicere debent et ab inferi
ori ne sensus eorum temporalibus obuoluan
tur

Ad

UVA.BHSC

Ad. 1 Rr q. dominus cominat illis qui hoc ad dęmonis cultum faciebant / Ad. 2 q. ea quę pręcesserunt in uęteri testamento imperfecte pręfigurabant quę in nouo sunt ac proinde et leuitę et nazarei iuxta modum suum quamuis hi non tondebant in modum coronę sed sine rasura in totum. et similiter conuersi tondent sed non ~~[illegible]~~ radunt. qr non occupant diuinis ministerijs in quibus oporteat eos animum diuina ~~[illegible]~~ contemplari / Ad. 3. q. tonsura fit in abiectionem temporalium et in figuram coronę ob regalem dignitatem

Ar. 2 vm corona sit ordo? —

et uidet q. sic qr est quoddam signum exterius ergo signat aliquem interiorem characterem / 2 qr sicut et alij ordines qui characterem imprimunt ab episcopo confert / 3. qr importat etiam dignitatis gradum. quo quis super alios constituitur. Sed contra est q. nullus ordo dat sine missę celebratione. corona uero sic / Secundo qr in collatione coronę non fit mentio de aliqua potestate data sicut in alijs ordinibus.

Dicendum q. ad ea quę comuniter a toto ministrorum collegio fiunt. sicut dicere diuinas laudes non exigit specialis potestas et de horum numero est corona ac proinde non est ordo sed pręambulum ad ordines et deputatio ad tale officium. et hoc tanqz signatum Respondet ei. ex quo soluitur primum argumentum. / Ad. 2. q. etiamsi non

im

UVA.BHSC

imprimat characterem conferri debet per episcopum. qui etiam uasa et uestes cultui diuino applicandas benedicit / Ad 3 q. habet altiorem statum q̃ laicus per deputationem dictam.

Ar. 3. Vm̃ per receptionem coronæ renunciet temporalibus bonis?

Et videtur q. non qr vinculum matrimonij est indissolubile. et repudium contra ius naturę / 2. qr si uxor uelit habitare cum eo sine contumelia creatoris non potest aliam ducere. ergo nec si cum contumelia, qr crimen superueniens matrimonio ipsum non soluit / 3. qr ut uidet tali uiro non liceret uotum continentię emittere. ne in iniuriam cęderet uxoris si forte conuertiuellet. ergo minus poterit aliam ducere 4 qr filio qui cum infideli parente remansit si conuertatur postea reddenda est hęreditas quam amisserat, ergo etiam si conuersus coniux aliam duxisset uxorē esset infideli restituendus si conuertere.

Sed contra est q. Matrimonium ratum non est sine sacramento baptismi / Secundo qr si infidelis coniux non uellet cohabitare sine contumelia creatoris, si fidelis non posset aliam ducere teneret continentiam seruare. Et sic ex bono opere conuersionis reportaret incōmodum Dicendum q. si coniux fidelis discedat ab infideli nolente habitare sine contumelia creatoris immo potius inducendo ad blasphemiam et infidelitatem poterit libere alij in matrimonio copulari. nō autem si discedat a uolente cohabitare si ne

UVA.BHSC

ne eiusmodi contumelia / Ad. 1. Rr
q. matrimonium infidelium est longe
minus ratum et firmum. et sic potest
per matrimonium in fide Christi con
tractum dissolui / aut per fidem Christi
firmari / Ad. 2. q. crimen uxoris nolen
tis sine contumelia dicta cohabitare ab
soluit uirum a seruitute qua tali uxori
tenebat / per matrimonium autem se
quens soluit prius. q. si antequam cum alia
contrahat infidelis conuertat reddendus
erit ei / Ad. 3 q. soluto matrimonio per
modum dictum. infidelis liberata etiam
est a vinculo matrimonij. sed in poenam
interdicit ei ne alij nubat. q. si conuer
tat dispensatiue poterit alij copulari
Ad. 4 q. si non sit probabilis spes de conue
sione infidelis poterit fidelis uel reli
gionem intrare. uel ad sacros ordines
promoueri. quo facto etiam si coniux
conuertat non est illi reddendus / Ad. 5
q. uinculum paternitatis non soluit per
disparem cultum. sicut vinculum ma
trimonij.

requisita uxore

et ex consequenti hęreditatis

Ar. 6. vm alia vitia soluant
matrimonium

Et uidet q. sic q. adulterium magis con
trariat quam infidelitas / 2 q. infideli
tas ideo soluit q. est fornicatio spiritua
lis. hoc autem cuilibet peccato conuenit /
3. q. Matth. 18. dicit glossa q. per manum
dexteram et oculum abscindendum si

scan

UVA.BHSC

scandalizat intelligendus est etiam frater et uxor) 4. qr ob idolatriam potest uxor dimitti. at auaritia ephes. 5. idolatria nuncupat) 5. qr hanc tenet sententiam magister in littera) ~

Sed contra est q. matth. 5. sola excipit causa fornicationis) Secundo qr ita tota die fierent diuortia, cum homines semper in peccata labant.

Dicendum q. matrimonium soluit per infidelitatem ut dictum est. per fornicationem uero soluit quantum ad actum non quantum ad uinculum. ~~neq~~ ob alia autem peccata neq quantum ad uinculum, neq quantum ad actum) Ad. 1. Rr q. infidelitas magis opponit matrimonio prout est sacramentum licet magis opponat ei adulterium prout est in officium) Ad. 2. q. infidelitas et idolatria specialiter dicit fornicatio in sacra scriptura. ut constat oseę. 2. alia autem peccata remota quadam significatione) Ad. 3. q. procedit quando uir probabiliter magnum sibi timet periculum iuxta dicta) Ad. 4. q. auaritia dicit idolatria per quamdam similitudinem in affectu non in intellectu) Ad. 5. Rr q. magister intelligendus est de separatione ad tempus, uel non de matrimonio sed de sponsalibus).

nisi forte ad tempus in castigationem ~~[illegible]~~ coniugis, et ne sibi noceat).

// spiritualis

Quaestio. 60. De Vxoricidio. in Duos articulos diuisa.

Ar

OVA.BHSC

Ar. 1. Vm̃ liceat uxorem occidere inuentam in actu adulterij

Et uidet q. sic. q̃r legem diuinam ~~uide~~ exequitq̃ quę talem lapidare mandabat / 2 q̃r lex potest cuiuis cõmittere ut occidat reum mortis. hoc autem uidet vir occidens facere / 3. q̃r nec uir incurrit excõmunicationem si clericũ cum uxore deprehensum percutiat / 4. q̃r uiro licet uxorem corrigere iuxta qualitatem culpę. at adulterium meret poenam mortis.)

Sed contra est q. ecclesia dei gladio spirituali non materiali utit. / Secundo q̃r coniuges ad paria iudicant. non licet autem uxori virum in adulterio deprehensum interficere).

Dicendum q. uir sine liuore vindictę aut odij bene potest uxorem de adulterio accusare et legis ciuilis auctoritate occidere. Et in adulterio deprehensam (lege ciuili non mandante neq̃ prohibente sed permittente) perimere. Sed lege ecclesiastica id prohibente. ac proinde in nullo casu licet uiro uxorem propria auctoritate interficere /.

Ad. 1. R. illa executio debet fieri iuxta legem non propria auctoritate / Ad. 2. q. lex ciuilis non cõmisit viro occisionem uxoris. sed permisit non adhibens poenam

sic faciens vir

(in quem minorem potestatem q̃ in uxorem habet)

UVA.BHSC

nam ~~non adhibens~~ vnde et difficulta
tis quasdam apposuit quibus homines
retraherent ab uxoricidio / Ad. 3. q. nō
probat esse licitum simpliciter. sed quā
tum ad immunitatem ab aliqua poe
na / Ad. 4. q. gubernans ęcho nomice qualis est uir
non potest correctionem usq; ad poenam
mortis extendere. hoc enim conuenit po
litice populum aut Rempublicam gu
bernanti.

Ar. 2 Vm̄ Vxoricidium impe diat Matrimonium?

Et uidet q. nō q. adulterium quod direc
tius ei opponit non impedit illud / 2 q.
grauius est occidere matrem q̄ nec ber
uerare licet. et tamen occidere matrē
non impedit matrimonium / 3. q. ma
gis peccat qui alienam uxorem occidit,
nec per id a matrimonio contrahendo
impedit / 4. q. saltem remoto homi
cidio per poenitentiam. poterit contra
here / Sed contra est canon / secundo
q. in eo in quo quis peccat debet puniri /
Dicendum q. uxoricidium factum ~~[illegible]~~ ob
adulterium aut odium impedit con
trahendum matrimonium. non ta
men dirimit contractum nisi cum quis
occidit uxorem suam ut ducat eam cū
qua mechat. non tamen inhabilitat simpliciter
ad contrahendum cum alia. ac proinde
si cum alia matrimonium contrahat

ex statuto eccle
siae.

pec

UVA.BHSC

peccabit quidem contra statutum eccle
się. sed matrimonium tenebit.
Ad. 1. Rr q, homicidium et adulteriū
in aliquo casu impediunt matrimo
nium contrahendum. et dirimunt cō
tractū. nec adulterium est magis cō
tra matrimonium q̄z uxoricidium
q̄ hoc est contra substantiam coniugij
illud autem contra bonum fidei. et sic
ratio procedit ex falsis) Ad. 2. q, gra
uius peccatum est occidere matrem
q̄ tamen ad occidendum uxorem est
maior pronitas uxoricidium specia
li modo est ab ecclesia interdictum)
Ad. 3. q, talis non peccat contra matri
monium, sicut qui propriam occidit
uxorem) Ad 4. q, poenitentia restituit
in pristinum gradum gratię. sed nō
semper in pristinam habilitatem aut
dignitatem.

Quaestio 61. De impedimento matrimonij, quod est uotum solemne in tres artic. diuisa.

Ar. 1. vm alter coniugum alte
ro inuito post carnalem copu
lam possit religionem intrare?
Et uidet q, sic q̄ lex humana hoc permis
sit. ergo et diuina quę spiritualibus ma
gis fauere debet) 2. q̄ minus bonum

sci

UVA.BHSC

scilicet matrimonij non debet maius bonum impedire / 3. qr in qualibet religione contrahit quoddam spirituale matrimonium. Sed de laxiore religione licitum est ad arctiorem transire. ergo /

Sed contra dicit. 1. cor. 7. nec sine mutuo consensu orationi uacent a matrimonio abstinentes / 2. qr tale uotum est in preiudicium alterius.

Dicendum q, cum per matrimonium corpus unius coniugis sit alterius sine eius consensu uotum continentie ad deum emittere non potest.

Ad. 1. Rr q, lex humana considerat matrimonium ut in officium. lex autem diuina ut est ~~matrimonium~~ sacramentum quo pacto est magis indissolubile / Ad. 2 q ~~[illegible]~~ per minus bonum habens contrarietatem ad ipsum, impedit maius bonum. sicut et per malum / Ad. 3. q in omnibus religionibus fit matrimonium spirituale ad unam personam scilicet Christum, non sic in casu -

Ar. 2. Vm alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare?

Et uidet q non qr indiuisibilitas conuenit tali matrimonio nondum consummato ut sacramentum est / 2 qr cum pri

UVA.BHSC

primum matrimonium contrahitur
potest alter coniugum debitum exige
re et alter tenet reddere. ergo eo inui
to non poterit religionem intrare)
3. qr Matth. 19. dicit quod deus con
iunxit homo non separet)
Sed contra est q secundum Hieroni-
mum dominus uocauit Ioannem de
nuptijs)
Dicendum q, cum per religionem moria
tur quis mundo spiritualiter. et matri
monium nondum consumatum solū
sit coniunctio spiritualis, per religio
nem dissoluitur.
Ad. 1. Rr q, matrimonium consumatū
significat non solum unionem spiritu
alem ad animam. sed et humanitatis ad
verbum quę est omnino indiuisibilis)
Ad. 2. q, secundum legem concedit spaci
um duorum mensium coniugibus ad deli
berandum de ingressu religionis. et ad
prę parandum necessaria nuptijs. et ne
maritus uilem habeat datam. quam nō
suspirauit dilatam) Ad. 3. q, ante carna
lem copulam est coniunctio perfecta quā
tum ad esse primum. sed non quoad actū
secundum et possessionem adeptam).
Ar. 3 Vm mulier possit nubere
alteri uiro ante carnalem copu
lam uiro suo religionem ingressi.
et

sive carnis /

ante eq̄ reddant debitum

UVA.BHSC

Videt q non qr adhuc ambobus religi
onem intrantibus manet vinculum ma
trimonij / 2. qr ante professionem
potest redire ad seculū ergo si redeuns
potest alteram ducere. et illa posset al
teri nubere. quod est absurdum / 3. qr
iuxta decretalem nouam professio an
te annum emissa est nulla. ergo sal
tem si redeat post talem professionem
reddet coniugi /
Sed contra est q nullus arctandus est
ad perfectionem. ac proinde mulier
viro religionem intrante nubere alij
poterit.
Dicendum q ingressus religionis est mors
spiritualis qua vinculum matrimonij
non consumati soluit. ac proinde manēs
in seculo nubere poterit alteri.
Ad. 1. Rr q in illo casu neuter renunci
at vinculo coniugali sicut renunciat
alter. altero libero manente / Ad. 2. q
per religionis ingressum professionem in
telligimus emissam / Ad. 3. q de illa pro
fessione idem est iuditium, quod de vo
to simplici.

Quaestio. 62 De impedimento
quod superuenit matrimonio
consumato. scilicet fornicatione.
in. 6. articulos diuā
Ar. 1. vm ob fornicationem liceat
II. viro uxorem dimittere.

UVA.BHSC

Et videt q non qr non est malum pro ma
lo reddendum / 2. qr maius peccatum
est si uterq; fornicet. et tamen tunc nō
est alter dimittendus / 3. qr nec propter
fornicationem spiritualem peccatorum quae
fit separatio a thoro / 4 qr vitium /
contra naturam id non causat licet sit
magis remotum a bonis matrimonij
sed contra dicit Matth. 5 / Secundo qr frā
genti fidem per fornicationem, non est
seruanda fides / ~
Dicendum q, ob fornicationem illius qui
fidem fregit permissit dominus uxorem
dimittere. exceptis septem casibus. Primo
si uir fuerit etiam fornicatus. Secundo si ip
se uxorem prostituerit. Tertio si credens
uirum ob longam absentiam alteri nup
serit. quarto si ~~latenter~~ a latenter sub
intrante sub specie uiri proprij / quinto
si fuerit ui oppressa. 6. si reconciliauit
eam sibi post adulterium carnaliter eā
cognoscens. Septimo si in matrimonio
in infidelitate utriusq; contracto uir de
derit uxori libellum repudij. et uxor
alteri nupserit, tunc enim si uterq; con
uertat tenet eam recipere ~ ~
Ad. 1. Rr q, uir dimittens uxorem ex li
uore uindictae peccat. non si ad infamiam
cauendam uel ad uxorem corrigendam
uel prolis incertitudinem uitandam / Ad
2 ex dictis / Ad. 3. q fornicatio carnalis
spe

UVA.BHSC

specialius est contra bona matrimonij, quam alia peccata dempta infidelitate quae dictis etiam bonis contrariatur. cum hac tamen differentia quod propter solam unam fornicationem potest procedi ad diuortium, sed non ob unum solum fidelitatis actum / Ad. 4. quod etiam ob peccatum contra naturam potest procedi ad diuortium. non tamen exprimitur quia est passio innominabilis. nec ita contraria bonis matrimonij.

Ar 2. Vm vir teneatur ex precepto uxorem fornicantem dimittere?

Et uidetur quod sic quia tenetur eam corrigere separatio autem thori est inducta ad correctionem eiusmodi / 2 quia alias consentire ei uideretur / 3. quia sic ut dicitur 1. cor. 6. esset unum corpus cum meretrice, nec posset esse membrum christi / 4. quia sciens cognationem sui ad uxorem tenetur eam dimittere tanquam non suam ergo et sciens esse fornicariam tenetur quo ad thorum separari ab ea /

Sed contra est glossa 1. corint. 7. dicens quod de consilio est dimittenda non de precepto / Secundo quia uir potest parcere ei quod in se peccauit /

Dicendum quod dimissio uxoris fornicantis inducta est ad eius correctionem. unde si est emendata uir non tenetur eam dimittere

UVA.BHSC

tere tenet tamen si non emendat ne il
lius peccato videat consentire.
Ad. 1.m Rr q. vir tali poena immo verbis
et beruere potest uxorem adulteran
tem corrigere / Ad. 2. q. si emendat nō
ei consentit / Ad. 3. q. si emendat non
dicet meretrix / et q. quando ei coniun
git non coniungitur nisi ut uxori /
Ad. 4 q. est differens ratio ut patet ex
dictis / Ad 5. q. permissio illa est in
telligenda per prohibitionis priuatio
nem, et sic contra preceptum non diui
dit. qr etiam, quod cadit sub precepto
non est prohibitum / Ad. 6. q. etiam il
la peccat in seipsam et in deum.

Ar. 3. Vm vir proprio iuditio possit uxorem fornicantem dimittere?

Et videt q. sic qr iam sententia a deo
lata est quam ipse vir per se exequi poterit
2. qr Matth. 1 dicit q. Joseph cum esset
iustus voluit occulte Mariam dimitte
re / 3. qr si post fornicationem reconcilia
tam cognouit amittit ius contra eam, er
go denegatio debiti debet iuditium eccle
sie precedere / 4. qr fornicationis cri
men est occultum nec probari potest, ma
xime cum oculus adulteri obseruet ca
liginem ut habet Job. 24 / 5. qr accu
sa

UVA.BHSC

sationem debet inscriptio precedere qua se / accusator ad talionem obliget. quod hic esse non potest. semper enim in omni // eventu vir consequeret intentum sive dimitteret uxorem, sive dimitteret ab ea / 6. qr extranei peccatum non debet vir ad ecclesiam sine monitione deferre, ut dicit Matth. 19. ergo multo minus adulterium occultum uxoris. " " "

Sed contra est q nullus potest seipsum pro pro arbitrio vindicare / secundo qr nullus potest esse accusator et iudex.

Dicendum q quo ad thorum statim ut vir scivit adulterium potest uxorem dimittere. nec si cogat ad thorum cum ea ei preiudicabit. quo ad habitationem vero separari non poterit sine previo iuditio ecclesie. nisi posset vir ei in continenti fornicationem probare.

quod divortium / dicit

Ad. 1. Rr q deus promulgavit sententiam in iudicio exequendam / Ad. 2. q Joseph voluit dimittere Mariam ob reverentiam timens cohabitare ei. vel Rr q tunc ob adulterium procedebat non solum ad divortium, sed et ad lapidationem / Ad. 3. ex dictis Ad. 4. q maritus si suspicionem habet de uxoris adulterio testes secreto querit. et ex indicijs vehementibus poterit probari ut si horis et loco suspectis, aut nudus cum nuda inveniant / Ad. 5. q procedit de accusatione non quo ad thorum coram iudice spirituali. sed quo ad punitionem crimi-

nis

UVA.BHSC

nis coram iudice sęculari / Ad. 6. q ver
bum domini intelligit quando procedit
per viam denunciationis ad emendam
delinquentis. non quando procedit per vi
am accusationis ad puniendum delic
tum. siue hoc fiat per inquisitionem, si
ue per accusationem, quam pręcedere
debet legitima inscriptio.

Ar 4 vm̃ vir et uxor in causa
diuortij possint ad paria iudicari.

Et uidetur q non qr diuortium respondet et
repudij legis uęteris Matth. 5. ait in le / lo
ge uiro permittebat repudiare uxorem
et non econuerso / 2. qr nunqs licuit u
xori plures uiros habere Quamuis econ
tra sic. ergo grauius iudicandum est a
dulterium mulieris / 3. qr magis no
cet adultera faciens incertitudinem pro
lis. qz uir adulter / 4. qr diuortium
ex adulterio ad correctionem ordinatur
adulterij quod magis conuenit uiro.

Sed contra est q mulieribus magis parcen
dum uidet tum qr fragiliores et magis pro
nę ad luxuriam ut ponderat Chrisostho
mus. et Philosophus in. 7. ethic / 2. qr
uir ponit ut caput mulieris ad corrigendū
eam. ergo plus debet puniri. // ~ // ~ //

Dicendum q adultera et adulter ad paria
iudicant qr in utroqz est sufficiens causa
diuortij adulterium. sed non ęqualiter qr
quamuis quantum ad bonum fidei uter

qz

UVA.BHSC

qz bonis matrimonij ęqualiter contrarie
et magis tamen mulier quantum ad
bonum prolis /.

Ad 1. Rr q. repudium permittebatur
ad vitandum homicidium, quod magis
timet ex parte viri / Ad 2. et 3. ex dictis /
Ad 4 q. vir potentior est ut gubernator
domus non tamen quasi iudex ipsius / Ad
5. q. adulterium addit gravitatem supra
fornicationem simplicem. maiorem ex
parte uxoris cęteris paribus ut dictum est
fornicatio autem viri et mulieris licet
se habeant ut excedens et excessum qua
tenus ille plus habet de calore excitante
concupiscentiam, et illa plus de humore
ad eam conducente tamen magis peccat
vir fornicando cęteris paribus qr magis
viget usu rationis / Ad 6 q. circumstan
tia regiminis in viro aggravat peccatum
sed in muliere trahit peccatum in aliam
speciem scilicet iniustitię qua viro sub-
mittit aliena proles -

Ar. 5. Vm Post divortium viro alteri nubere possit?

Et videt q. sic qr vir tenet in aliquo ca
su uxorem fornicantem a se in perpetuū
separare ergo (cum nullus teneat ad
perpetuam continentiam) saltem et
ad minus in tali casu alteram ducere po
terit / 2. qr sic daret peccanti maior occa
sio peccandi / 3. qr post divortium solvit

con

UVA.BHSC

coniux a lege matrimonij. scilicet a thoro. et cohabitatione) 4. qr Matth. 19. solum dicit q qui dimisserit uxorem nisi ob fornicationem mechat, ergo si intervenerit fornicatio non mechatur)

et aliam duxerit

Sed contra dicit. 1. corint. 7 / Secundo qr ex peccato comodum a se intentum reportaret adulter. et daret occasio adulterandi. Dicendum q nullum impedimentum superveniens matrimonio dissoluere potest illud ac proinde nec adulterium ut dicit Augustinus)

Ad. 1. Rr q per accidens bene potest quis ad continentiam obligari v.g. si uxor egritudinem incurabilem incurrat quę copulam non patiat. aut si incorrigibiliter debitum reddere nollet. aut fornicatione laboraret quę est spiritualis infirmitas / Ad. 2. q confusio cohibebit eam et minus malum est q ipsa sola peccet q peccato ipsius sit etiam vir particeps)

Ad. 3. q vinculum matrimonij manet et sic non potest alteri copulari. poterit tamen continentiam vovere viro invito. nisi fuisset ecclesia decepta per falsos testes qr tunc reddenda esset viro et teneret reddere debitum, immo etiam si professionem emisisset teneret reddere debitum, sed non de monasterio exire

Ad. 4. q illa exceptio domini refert ad solam dimissionem uxoris. /

Ar.

UVA.BHSC

Add. 3. P. q 62

469

Ar. 6. Vm̄ Post diuortium vir et uxor possint reconciliarj?

Et uidet q, non qr iuxta regulam iuris quod semel definitum est nulla debet iteratione retractarj / 2 qr esset maxime ob poenitentiam uxoris de crimine cōmisso, sed talis exceptio nō admittit in iudicio. ergo / 3. qr sic teneret adultera redire ad uirum ipsam reuocantem, quod non est uerum / 4 qr maxime esset si post diuortium inueniret uir adulterium cōmittere, sed neq3 in hoc casu potest uxor eum cogere ad reconciliationem / 5. qr si adulter occultus dimittat uxorem adulteram conuictam iudicio ecclesię. non tenet eam sibi reconciliare qr ipsa adulterium uiri probare non potest, ergo multo minus quādo diuortium iuste est celebratum — sed contra est. 1. corint. 7 / secundo qr uir potest eam non dimittere, ergo et reconciliare poterit.

Dicendum q, si constiterit per poenitentiam de emenda poterit eam reconciliare, aliás non.

Ad. 1. Rs q, sententia ecclesię non cogit ad separationem / Ad. 2. q, per poenitentiam uxoris non cogit uir eam reconciliare. nec potest ab accusatione repelli. nam et remissa culpa quoad actum de reatu quoad deum. et hoc etiam cessante manet / et quantum ad maculam. manet aliquid

UVA.BHSC

aliquid de poena humano iudicio inferen
da / Ad 3. q sententia lata in fauorem uiri
non tollit quin eam reuocet et ipsa tenea
t debitum reddere. nisi de eius licentia
ipsa uotum continentię emisserit / Ad 4
q in illo casu non est cogendus ad eam recipien
dam. est tamen prius de ęquitate admo
nendus ut caueat periculo animę eius
et scandalo et si uxor non possit reconcili
ationem petere / Ad. 5 q tunc non aufer
t ius ~~petendi~~ excipiendi contra accusa
tionem uiri uxori adulterę. ac proinde
peccat diuortium petens. et si post sentē
tiam de diuortio uxor petat debitum. aut
reconciliationem uir tenet ad utrumq

Quæstio. 63. De secundis nuptijs in. 2. artic. diuª.

Ar. 1. Vm secundę nuptiæ sint licitæ.

Et uidet q non qr secundum Chrysostomum
secundum uirum ~~uirum~~ accipere iux
ta ueritatem est fornicatio / 2 qr Am
brosius dicit q duplex matrimonium
non est bonum / 3. qr sacerdotes ar
cent ne intersint secundis nuptijs / 4
qr pro secundis reportat irregularita
tis poena / Sed contra est q Abraham
legit secundas nuptias contraxisse ge
nes. 25 / Secundo qr. 1. Timot. 5. dicit
uolo iuniores (scilicet viduas) nubere
et

UVA.BHSC

et filias procreare) Dicendum q. per mortem dissolvit matrimonium Roman 4. ac proinde altero coniugum moriente. secundo. immo et pluries licet in seculo manenti matrimonio copulari/ Ad. 1. Rr q. sanctus loquit quando concupiscentia sola ad nuptias excitaret/ Ad 2. q. dicit non bonum qr secundum matrimonium caret illo honore significationis (qui est Christi ad unam ecclesiam/ Ad. 3. q. homines divinis dediti non solum ab illicitis. sed et a minus bonis abstinet Ad. 4. q. irregularitas non semper inducit ob culpam. sed et ob defectum sacramenti

de causa

Ar. 2. Vm secundum matrimonium sit sacramentum?

Et videt q. non qr qui iterat sacramentum facit ei iniuriam/ 2. qr in omni sacramento adhibet aliqua benedictio quae non dat in secundis nuptijs/ 3. qr tunc non salvat significatio sacramenti scilicet unius ad unam ecclesiam) 4 qr unum sacramentum non impedit susceptionem alterius. at matrimonium impedit susceptionem ordinis/ Sed contra est q. coitus in secundis nuptijs excusat per bona matrimonij/ Secundo. qr ex secunda coniunctione viri ad mulierem non contrahit. at contra sit in secundis nuptijs/.

Christi

non sacramentali

irregularitas

Dicendum q. in secundis nuptijs reperit

si.

UVA.BHSC

Secundum matrimonium

Sicut et in primis uera materia et forma sacramenti. ac proinde ~~est~~ sacramentum sicut et primum.

Ad 1. Rr q procedit de sacramentis inducentibus perpetuum effectum scilicet characterem / Ad. 2. q secundum matrimonium in seipso perfectum sacramentum est caret tamen dicta perfectione primi ac proinde secundæ nuptiæ ex parte foeminæ non benedicunt qr una anima spiritualiter uni soli Christo desponsanda est. benedicunt tamen si sint secundæ ex parte solius uiri. qr Christus pluribus animabus unius ecclesiæ desponsatur. Ad. 3. ex dictis / Ad. 4 q impedit secundum non inquantum est sacramentum sed inquantum habet defectum dicti sacramenti.

Quæstio. 6. 4 De annexis matrimonij et redditione debiti. in. 7. artic. diuisa.

Ar. 1 Vm alter coniugum teneatur / alteri ad redditionem debiti? et uidet q non qr talis non potest carnes agni idest eucharistiæ sacramentum edere ut ait Hieronimus / 2. qr uel ratione infirmitatis. uel solutionis iam factæ posset esse ualde nociuum reddere / 3. qr peccaret qui ieiunando uel simili uirtuoso opere se ad reddendum debitum

UVA.BHSC

tum se impossibilitaret quod dici non de
bet / 4. qr saltem cum ad est ~~[illegible]~~ le
pra quae et ~~[illegible]~~ cohabitationem et co
~~[illegible]~~ prolem inficiat non erit debitum
reddendum / Sed contra est q alter coniux
est sub potestate alterius sicut dominus
sub servo. 1. corint. 7. et Rom. 13 / Se
cundo qr matrimonium est ordinatum ad
fornicationem vitandam. 1. corint. 7. ergo
tenet alter alteri reddere cum concupis-
centia infestat /
Dicendum. q matrimonium est in offici
um naturae ad generationem ordinatum
prout nutritiva de superfluo individui
ad generationem ministrat ac proinde
servata incolumitate individui tenetur
alter coniugum alteri debitum reddere
nam et hic ordo in charitate servat.
Ad. 1. Rr q etiam iudex implendo prae
ceptum quando hominem mortem punit
impedit a susceptione ordinum. Hiero
nimus autem tantum loquitur de minis
tris ecclesiae. non autem de alijs qui sunt
suo iudicio relinquendi, qr possunt ex de
votione dimittere. et sumere corpus Chris
ti absqz peccato / Ad. 2. ex dictis / Ad. 3
q si impossibilitat ex coitu matrimonia
li aut alia causa licita non tenet redde
re. Si autem ex illicita tunc peccavit et
peccatum uxoris si in fornicationem labat
imputat ei. et tenet dare operam ut uxor
contineat / Ad. 4 q ex lepra sponsalia diri
mu

UVA.BHSC

munt non autem matrimonium. le pro
sa autem licet non teneat quis cohabita
re tenet tamen debitum reddere qr me
lius est prolem infectam nasci, qm nullo
modo esse. nec sit facile ex coitu coniux
sanus inficit.

Ar. 2. Vm vir teneat reddere de
bitum uxori non petenti?

Et iudicq, non qr est preceptum affirma
tiuum pro eo tempore obligans quo petit
2. qr semper meliora de proximo debemus
presumere. ac proinde q nisi expresse pe
tat uxor continere uult (3. qr nec seruus
tenet seruire domino nisi imperanti)
4. qr uir potentem uxorem potest auer
tere ne exigat. ergo multo magis non
reddere si non exigat.

Sed contra est q medicus cui infirmus
est commissus tenet ei de remedio prouide
re quamuis non exigat / Secundo qr Pre
latus corrigere tenet peccata subditorum
etiam eis contradicentibus. sed in uiro reddi
tio debiti est ordinata contra peccata v
xoris. ergo tenet etiam non petenti red-
dere Dicendum q vir tenet reddere de
bitum uxori non solum expresse petenti
sed et interpretatiue per signa, cum ex
uerecundia non exigit.

Ad. 1. Rr q tunc est tempus obligans / Ad
2. q uisis dictis signis contrarium presume
re

UVA.BHSC

472

re esset stultum. / Ad. 3. q dominus nō ||
uerecundat seruo precipere. q si uerecunde
e seruus tenet similiter ad oculum serui
re ut mandat Apostolus / Ad. 4. q uir nō ||
debet illud facere sine causa. nec cum ||
magna instantia.

Ar 3. Vm vir et mulier sint in ac
tu matrimonij equales?

Et uidet q nō qr vir est agens. ergo nobilior
teste Augustino. 12. super genessim / 2 qr
uxor non tenet uiro reddere nisi expres
se petenti / 3. qr. uxor ob uirum facta est
ad adiutorium sibi. genes. 2. ergo non sūt
pares / 4 qr in matrimonio uir est caput /
Sed contra dicit. 1. corint. 7 equaliter
de utroq / Secundo qr matrimonium est
relatio equiparantie. cum sit coniuncti /
Dicendum q vir et uxor in matrimonio sūt
equales non quantitatiue. sed proportio
naliter sicut duplum ad duplum.
Ad. 1. Rr q eadem est proportio agentis ad
agendum que patientis ad patiendum ||.
Ad. 2. q illud inde prouenit q uir habet in
actu coniugali principalem partem / Ad.
3. ex dictis / Ad. 4. q similiter caput tene
t membris in suo officio. ac proinde quam
uis non sit equalitas absoluta est tamē
equalitas proportionis.

ut cubitus ad cubitum.

Ar. 4. Vm vir et uxor possint e
mittere uotum contra debitum
matrimonij? et

UVA.BHSC

Et videt q, sic etiam sine mutuo consensu. qr ad paria tenent et vir etiam uxore contradicente potest accipere crucem in subsidium terrae sanctae / 2. qr qui impediret tale votum vel perpetuum vel ad tempus peccaret obsistens bono perfectionis ergo non est expectandus eius consensus / 3. qr etiam in matrimonio est necessaria debiti petitio sicuti et redditio. sed potest aliquis vovere se non petiturum debitum ergo et non redditurum / 4 qr superior posset coniugem obligare (occupando eum in aliquo servicio) ne debitum redderet, sed contradicit. 1. Corint. 7. Nisi forte ad tempus ut vacet orationi / Secundo qr nec simpliciter. nec ad tempus potest quis vovere de alieno. Dicendum q, votum est de his quae nostrae subiacent voluntati qualis non est inter coniuges mutua debiti redditio ac proinde sine consensu alterius alter continentiam vovere non potest nec simpliciter. nec ad tempus. immo vovendo peccaret nec implere teneret

Ad. 1. Rr q, probabile est virum illud posse in subsidium terrae sanctae. Nec omnino tollit ius uxori, qr potest eum sequi et in similibus est dispar de viro et uxore ratio / Ad 2. q, coniux dissentiens eiusmodi voto non eo facit ut bonum impediat sed ne sibi praeiudicium generet / Ad. 3. q, probabilius est q, nec votum de non petendo debitum potest ab altero sine alterius consensu emitti sicenim

^coniux -

^continentiae /

UVA.BHSC

nim redderet matrimonium onerosū alteri semper petituro / Ad. 4. q in tali casu teneret domino. non tamen dominus posset illi prohibere ut redderet debitum quando sibi preiudicium non pararetur /

Ar. 5. vm̄ in diebus sacris impediat petitio debiti matrimonialis?

Et iudet q non qr subueniendum est semper morbo inualescenti potest autem dictis diebus concupiscentia inuadere / 2 qr dc prohiberet ut uaccaret orationi, at plures sunt hore diei. in quibus utriq; satis fieri ministerio poterit / " " "

Sed contra est q eadem iudet ratio de tempore et loco. at in loco sacro non licet petere debitum. ergo nec tempore sacro.

Dicendum q, quamuis actus matrimonialis culpa careat tamen ob nimiam delectationem hominem reddit ineptum ad spiritualia. ac proinde temporibus quibus orationi uacandum est debitum petere nō licet. Ad. 1. Rr q in simili casu multa alia spiritualia remedia poterunt contra concupiscentiam infestantem adhiberi / Ad 2. q quamuis non teneat omnibus horis orare tenet tamen omnibus horis se idoneum ad orandum conseruare —

Ar. 6. vm̄ Petens debitum in tēpore sacro mortaliter peccet?

Et iudet q sic qr Gregor. dicit. in. 1. dialogorum q mulier quae in nocte cognita est a

UVA.BHSC

vi.

Viro mane ad processionem ueniens / a diabolo est arrepta / 2. qr dominus pre cepit legem accepturis ne uxoribus ap propinquarent ergo multo magis in no ua lege / Sed contra est q nulla circuns tantia aggrauat in infinitum, at tem pus indebitum est circunstantia que dam. Dicendum q in debitum tempus non trahit in aliam speciem peccatū ac proinde non est mortale in diebus sa cris coniugi copulari, est tamen graui us si sola causa delectationis, q3 si timo re lubricitatis carnis debitum petat Ad. 1. Rr q illa mulier accessit ad proces sionem cum conscientia q peccabat mortaliter / Ad. 2. q ibi dabant carna libus precepta sub mortali, que modo in lege spiritus solam incongruitatem important

Ar. 7. Vm Vnus coniux teneat al teri debitum reddere in die festo. Et uidet q, sic qr consentit peccanti su licet petenti / 2 qr pro illo dicto tempo re currit preceptum affirmatiuum o randi. Sed contra. 1. corint. 7 / Dicen dum q cum coniuges non sint domini suorum corporum ad debitum reddendum in omni tempore et hora reddere tenent salua honestate / Ad. 1. Rr q reddens quā tum in se est non consentit peccato sed dat debitum petenti lubrico carnis consulens

Ad 2

UVA.BHSC

Ad. 2 q. non est aliqua hora sic determinata ad orandum, quę non possit in alijs horis recompensari.

Quæstio. 65. De Bigamia in quinq; articul. diuisa

Ar. 1. Vm habere plures uxores sit contra legem naturę?

Et uidet q. non q. fuit ~~in mora~~ quę legem naturę non tollit / 2. q. August dicit q. nulla lege erat prohibitum / 3. q. unus plures uxores potest foecundare / 4 q. apud animalia unus mas pluribus foeminis coniungit. ergo non est de iure naturę q. hoc ius natura omnia animantia docuit / 5. q. non est contra naturam q. unum agens in plura patiẽtia agat, aut artifex ex pluribus materijs operet

ôlim in consuetudine

Sed contra gen. 2. ab initio dicit. erunt duo in carne una / Secundo q. contrahẽs cum una nequit ex equo pluribus sui corporis copiam facere maxime si simul peterent / tertio q. nec uir uellet uxorem alteri simul uiro nubere / quarto q. zelus est naturalis non patiens consortium in amato.

Dicendum q. uirum habere plures uxores est contra legem naturę quantum attinet et ad cõmunicationem operum (quę homini competit ratione species quatenus homo est) et quantum attinet ad alium

fi-

UVA.BHSC

finem qui est similitudo coniunctionis
Christi ad ecclesiam (qui competit homini
ut fidelis est et sacramenti susceptiuus)
quantum uero spectat ad finem genera
tionis et procreationis filiorum (qui est
primus matrimonij finis conueniens
homini ex natura generis ut animal
est) non est contra legem naturę plu
res habere uxores. " " " "
Ad. 1. Rr q. consuetudo non auget aut
minuit quę sunt de lege naturę tanquam
communes animi conceptiones sed alia
quę de lege naturę minus stricte dicuntur
de quorum numero est uxorum plura
litas / Ad. 2 q. quę a natura obligant non
dicunt ex precepto obligare donec lege di
uina et humana sancita sunt. et id sen
tit Tullius. et uult Augustinus / Ad. 3
ex dictis / Ad. 4. q. ius naturale dicitur tri
pliciter. scilicet primo qr omnibus ani
malibus inditum. Secundo qr a superio
ri causa homini innatum unde et diui
num appellat. Tertio non solum qr
a principio sed qr de naturalibus est in
homine prout a ratione distinguitur
et ad homines tantum pertinet. Plura
litas ergo uxorum quamuis non sit con
tra ius naturale tertio modo acceptum
est tamen contra ius naturale secundo
modo qr iure diuino prohibet. et etiam con
tra ius naturale primo modo acceptum
ut ex dictis patet. Vnde et quędam anima
lia (ut turtures et columbę) naturali ins

a natura

tinc

UVA.BHSC

tinctu observant coniunctionem unius ad unum / et per hoc R.r ad. 5 /
sed ne putet pluralitas uxorum esse contra ipsa principia legis naturę ideo R.r ad alia argumenta. Ad. 6. q. naturę rectę institutę a principio indita sunt etiam ea quę ad secundarium finem matrimonij utiliter spectant / Ad. 7 q. uir non dat potestatem sui corporis uxori quantum ad omnia. sed quantum sufficit ad impregnationem et bonum prolis / Ad. 8. q. illud preceptum intelligendum est eadem proportione servata quę nunc in casu nostro locum non habet. ratione impregnationis et certitudinis in liberorum procreatione, ac proinde nulla lege aut consuetudine est permissum q. uxor habeat plures viros / Ad. 9. q. affectus uxoris non tantum refugit consortium in viro sicut e converso. et ideo tam in hominibus, quam in animalibus invenitur maior zelus maris ad foeminam quam e converso

Ar. 2. Vm aliquando licuerit habere plures uxores?

Et videtur q. non qr iure naturali quod semper habet eamdem vim prohibetur / 2. qr hoc si factum est aliquando aut est qr per se licitum. et sic nunc liceret, aut qr per dispensationem. et hoc non potest esse qr contra ius est naturę. quod deus teste Augustino non tollit / 3. qr nulla generalis /

dis /

UVA.BHSC

dispensatio ad id legit facta cum tamen omnes pro libito in lege veteri plures habuerent uxores / 4 qr si dispensatiue factum fuisset esset maxime ad multiplicationem prolis in seruitium dei que ratio nunc etiam viget. nec dispensatio legit reuocata / 5. qr si intercessisset dispensatio maius bonum pretermitteret propter minus bonum. scilicet fides et sacramentum ob multiplicationem prolis / Sed contra est q, deuterro supponit uxorum pluralitas, dum dicit si habuerit homo duas uxores etc. Secundo id exemplo sanctorum Patrum constat scilicet Iacob. et David

Dicendum q, cum pluralitas uxorum non sit contra ipsa prima naturalis legis principia, sed contra quasi conclusiones ex ipsis principijs deductas que pro temporum uarietate uariari possunt bigpoligamia olim licita fuit ~~antiquis patribus et alijs~~ propter finem prolis multiplicande ad cultum dei. nunc uero prohibet qr ille finis ceteraque circumstantie cessarunt.

precipue antiquis patribus per inspirationem internam. ad alios per eorum exemplum deriuatam

Ad. 1. Rv. ex dictis / Ad. 2. q, illa dispensatio modo dicto facta est ut dicit quedam decretalis. non quidem contra rationes inditas a natura, sed preter eas / Ad. 3. q, sicut lex naturę interius tradit sic et dispensatio fit per internam inspirationem / Ad. 4 q, tempus Christi est magis ad spiritua

UVA.BHSC

tualem cultum propagandum / Ad. 5
q. proles quę est bonum matrimonij etiã
includit fidem ad deum seruandam qr ad eam /
~~quam~~ proles ordinat. et hoc potius est qz
fides ad uxorem quę ponit bonum ma
trimonij. et qz significatio quę pertinet
ad sacramentum qr hęc ad fidei ~~significa~~
~~tionem~~ ordinat cognitionem, nec tamen
alia duo bona (licet ~~eis~~ eis detrahat) omni
no tollunt. qr et fides manet ad plures
et sacramentum aliquomodo. qr signi
ficat (si non unitas ecclesię). pluralitas ta
men graduum quę in ea siue militan
te siue triumphante reperiunt. ~1.

Ar. 3. vm habere concubinam ~ sit contra legem naturę?

Et uidet q non qr fornicatio uidet pro
hiberi tanqz cęremoniale legis act.
15. cęremonialia autem non erant de
lege naturę / 2. qr secundum ius po
sitiuum (quod secundum Tullium
a naturali proficiscit) fornicatio non
prohibebat / 3. qr soluta potest se uiro
licite in perpetuum tradere. ergo et
ad horam / 4. qr saltem uti ancilla
in concubitum, non erit peccatum qr
cuiuis licet uti re sua / 5. qr saltem uxo
re uolente (tanqz domina corporis uiri)
ipse sine peccato poterit se alteri comis
cerj. Sed contra est q secundum omnes
leges filij nati ex concubinis sunt vitupe
rabiles / Secundo qr alias matrimoni

UVA.BHSC
cum

um quo unus uni coniungit non es
sec naturale.
Dicendum q cum finis matrimonia
lis actus sit generare, nutrire et ins
truere filios. precipuus autem finis
appetendę concubinę sit coitus delec
tabilis ipsam habere legi naturę ad
uersatur.
Ad. 1. Rr q fornicatio non apud iudę
os sed apud gentiles in quibus ratio
naturalis offuscata erat licita reputa
bat et ideo Apostoli miscuerunt pro
hibitionem fornicationis cęremonia
libus ob discretionem, quę erat in utro
q inter Iudęos et gentiles / Ad. 2 q
ob mentis cęcitatem apud gentes non
prohibebat / Ad. 3 q hic ratio nihil
ualet / Ad. 4 q ~~...~~ naturalis lex non
solum iniustitię sed et omnibus vitijs
opponit. nec potest quis licite cibo suo
aut potu usq ad nauseam uti licite
neq pecunijs ut alteri iniuriam faci
at / Ad. 5. q uxor habet potestatem
in corpus uiri quantum ad matrimo
nium /

Ar. 4 Vm accedere ad con
cubinam sit peccatum mortale
Et uidet q non. qr mendacium (quod
magis fugiendum est ut constat ex fac
to Iudę cum Thamar) non est semper
mortale peccatum /. 2. qr in lege non
punje

UVA.BHSC

puniebat morte nisi in aliquo casu ut constat deuter. 24 / 3. qr non omnis auaritia aut superbia est mortale peccatum (quamuis peccata spiritualia sint carnalibus grauiora / 4 qr in uenereis maius est incitamentum ad peccandum. at qui gulose comedit nõ semper mortaliter delinquit, ergo nec qui fornicatur.

Sed contra est q fornicatio excludit a regno dei. 1. Corint. 6 / Secundo qr sola peccata mortalia crimina dicunt. at fornicatio crimen appellat Tob. 4. Dicendum. q cum concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem parentis ad prolem. quam natura ex concubitu intendit. fornicatio simplex de sui ratione est peccatum mortale etiam si lex scripta non esset.

Ad. 1. Rr q quandoq qui non uitat peccatum mortale. uitat ueniale ad quod non est affectus. quamuis in illo casu si Iudas mentitus fuisset mortaliter peccasset promissum non reddens / Ad 2. q peccatum non dicit mortale qr puniat morte temporali / Ad 3. q sicut non quilibet motus superbie est mortalis. sic neq quiuis motus luxurie / Ad 4 q licet ex parte incitamenti luxuriae actus minuat. augescit tamen ex materia circa quam nocumento prolis. et iniuria societatis humane //

qr habebat proximi iniuriam annexã /

Ar

UVA.BHSA

Ar. 5. Vm̄ aliquando licitum fuerit concubinam habere?

Et videtur q. sic. qr etiam est de iure naturæ unam uxorem habere et aliquando plures habere licuit / 2 qr sancti ut Abraham et Iacob leguntur ad suas accessisse ancillas / 3 qr uxor abscisi non potest nec filius eius non esse hæres. at contrarium fecit Abraham cum Agar. ergo illa non erat uxor /

Sed contra est q. habere concubinam est contra præceptum decalogi Non mechaberis / Secundo qr ut Ambrosius dicit lib de Patriarchis viro non licet quod uxori non licet. sed nunq3 licuit uxori accedere ad alium dimisso viro proprio. ergo

Dicendum q. neq3 secundum se neq3 ex dyspensatione licuit aliquando concubinas habere qr est contra ius naturæ (neq3 enim Iudam in facto Thamar aut filios Iacob excusare a peccato necesse est cum accusati fuerint a Ioseph apud patrem crimine pessimo) si autem aliqui legantur olim in veteri lege concubinas habuisse, quos oporteat excusare. dicendum est q. per concubinas secundarias et minus principales uxores intelligere debemus.

Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. antiqui patres ex dyspensatione qua habebant ad plures uxores ad concubinas accedebant uxorio affectu / Ad. 3. q. sicut in lege licebat dare libellum repudij per dyspensationem ad vitandum uxoricidium, ita licuit Abrahæ eiicere Agar in misterium. galat. 4 / immo et

UVA BHSC

Et q. esau filius liberę Heres non fuerit ad misterium pertinet. qr filij Iacob exancillis et liberis nati hęredes essent ut Augustinus dicit ad significandum q. Christo nascunt filij in baptismo tam per bonos qz per malos ministros.

Lam. 9 militer

Quæstio 66. De Bigamia et irregularitate ex pluralitate uxorum contracta in quinq articulos diuisa.

Ar. 1 ani irregularitas sit annexa Bigamiæ.

Et uidet q. cum quis successiue duas habuit uxores non incurrit irregularitatem, qr. quando duę habentur modo prędicto cum una est in esse alia est in non esse ergo ex hoc non efficit uir non unius uxoris / 2 qr maius signum incontinentię apparet in eo qui plures formicarie cognoscit. nec tamen irregularis efficitur / 3. qr nec hoc esse potest ratione sacramenti. sic enim qui contraxit cum una per Verba de pręsenti et antequam consumaret ea mortua contraxit cum alia efficeret irregularis. contra decretalem Innocentij Tertij. nec ratione copulę qr sic magis impediret qui plures formicarie cognosceret

Dicendum q. qui in ordine constituuntur alijs sacramenta ministrant ac proinde significationi unius Christi ad unam ecclesiam conformari debent. et ultra hoc

UVA.BHSC cum

cum spiritualia tractent incontinentiam fugere tenentur specialius. ac proinde ex bigamia irregularitas provenit cuius quattuor sunt modi. Primus cum quis successive duas duxit de iure secundus cum simul duxit alteram de iure alteram de facto / Tertius cum habet plures successive unam de iure et alteram de facto. Quartus cum duxit viduam.

Ad. 1. Rr. q. tunc evacuat ~~[illegible]~~ non essentia sacramenti. sed ~~[illegible]~~ ipsius perfectio / Ad. 2. q. ibi est maior adherentia concupiscentie quia per fornicationem non obligat quis alteri in perpetuum / Ad. 3. ex dictis. decretalis autem obviat sententie magistri dicentis q. solus consensus per verba de presenti sufficit ad irregularitatem inducendam.

Ar. 2. Vm irregularitas sit annexa bigamie que contingit ex hoc q. homo habeat duas uxores unam de iure et alteram de facto?

Et videtur q. non quia cum contrahitur de facto nullum est sacramentum ob cuius defectum irregularitas contrahitur / 2 quia accedens ad eam cum qua de facto contraxit fornicatur si non habeat aliam uxorem vel adulterat si habeat. dividere autem corpus suum per fornicationem, vel adulterium non causat irregularitatem / 3. quia qui de iure contraxit cum una etan

te

UVA.BHSC

teq̃ cognoscat eam ducit aliam de facto et cognoscit eam sive prima mortua sive viuente contraxit cum pluribus et tamen non est irregularis qr carnē suam non diuisit in plures: ergo / Dicendum q in duobus secundis modis bigamiæ contrahit irregularitas qr licet in altero non sit sacramentum est tamen quædam sacramenti similitudo Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. similiter / Ad 3. q in tali casu non est bigamus qr primum matrimonium non habuit perfectam significationem suam. tamē si per iudicium ecclesiæ compellat ad primam redire, et eam cognoscere statim efficit irregularis, qr irregularitatem non facit peccatum, sed imperfectio significationis.

Sed contra est communis opinio

Ar. 3. Vm contrahat irregularitas ex hoc q quis ducit uxorem non virginem.

Videt qr non impedit hoc ~~[illegible]~~ // defectu in seipso existente scilicet si ipse non sit virgo / 2. qr qui defloratā a seipso postea duxit non est irregularis cum carnem in plura non diuiserit / 3 qr quandoq quis inuoluntarius ducit non virginem, irregularitas autem contrahit uoluntarie / 4. qr vituperabilior est fornicatio ab uxore commissa post ~~adulterium~~, et tamen ob eam etiam si uir adulterantem cognouerit

nō

non efficit irregularis / Sed contra est Gregorius loquens etiam deducente mulierem ignorantem aut corpore uitiatam. " "

Dicendum q, in coniunctione Christi et ecclesie unitas ex utraq; parte inuenit et ideo siue diuisio carnis inueniatur ex parte uiri. siue ex parte uxoris est defectus sacramenti. et causat irregularitatem, corruptio autem extra matrimonium, que matrimonium precessit nullum defectum causat in sacramento ex parte illius in quo est corruptio. sed facit defectum ex parte alterius, quia tus contrahentis matrimonium non cadit supra se ipsum. sed supra alterum vnde si mulier esset ordinis susceptiua sicut efficit uir irregularis ex hoc q, ducit corruptam, non autem ex hoc q, corruptus contrahit, ita fieret mulier irregularis, si contraheret cum corrupto, non autem si contraheret corrupta. nisi in alio matrimonio prius corrupta fuisset nec aliter sentientes synagogam quasi syncubinam appellantes ullatenus sunt audiendi. et ex hoc Rr ad Primum / Ad. 2. q in tali casu probabilius est non incurri irregularitatem. ob rationem ibi tactam / Ad. 3. q in casu illo incurritur irregularitas. qr non semper incurrit ob culpam. sed ob defectum sacramentorum / Ad. 4. q, tunc non efficit irregularis nisi post corruptionem adulterij eam iterato cognos

tanq; poena inflicta

UVA.BHSC

cognoscat. quin etiam si per ius compella
t ei reddere debitum ante condemnatio
nem adulterij irregularis efficit quam
ius alij in hoc aliter sentiant. — qr deficit sig
nificatio

Ar. 4 Vm Bigamia soluatur Per Baptismum?

Et uidet q sic qr Hieronimus in epis
tola ad Titum dicit q si quis ~~duas~~ uxo
res habuit ante baptismum, uel unam
ante et aliam post non est bigamus. ergo
bigamia per baptismum tollit / 2 qr baptismus
tollit maius scilicet omnia peccata / 3
qr tollit omnem poenam a peccato pro
uenientem, cuiusmodi est irregularitas
4 qr per baptismum plene Christo con-
formamur ergo tollit irregularitas /
5. qr sacramenta ueteris legis irregu
laritates tollebant. ergo multo magis
baptismus / Sed contra est Augustinus
qr de sacramento (ait) agit non de pec
cato / secundo qr iuxta eumdem foemi
nam cathecumena uel pagana uitiata
est non potest inter dei uirgines uel post
baptismum uelari. ergo nec bigamus an
te baptismum ordinari.

Dicendum q ut Augustinus dicit baptis
mus tollit culpas sed non coniugia. et
cum ex ipso coniugio sequat irregulari
tas non tollit per baptismum.

Ad. 1. Dr q Hieronimus in hoc non tene
t. nisi intelligat quantum ad facilem
dispensationem / Ad. 2. q qui facit ma
ius

plures

UVA.BHSC

ius faciet minus si ad illud ordinetur
hoc autem non est in proposito. qr bap-
tismus ad irregularitatem tollendam
non ordinatur / Ad. 3. q procedit de
poenis quę consequuntur ex actuali pec
cato quasi inflictę. vel non infligendę
Ad. 4 q conformat Christo quantum ad
indivisionem mentis / Ad. 5. q illę
irregularitates leves erant nec perpetuę
et illa sacramenta ad tollendum eas e
rant ordinata. /

Ar. 5. Vm̄ cum Bigamo liceat dispensare?

Videtur q non qr extra de bigamis di
cit. cum clericis qui in quantum in
ipsis fuit secundas sibi coniunxerunt
matrimonialiter non liceat dispen
sare / 2. qr in scriptura canonica dici
t. oportet episcopum unius esse uxo
ris virum / 3 qr non esse irregula
rem est de necessitate sacramenti or
dinis / 4 qr si rationabiliter potest
cum bigamo dispensari, irrationabili
ter est ei iniuncta irregularitas.
Sed contra est q Lucius Papa dispensa
vit cum episcopo Panormitano qui fu
it bigamus / Secundo ad idem est marti
nus Papa saltem quo ad subdiaconatum
Dicendum q bigamiae non est adiuncta
irregularitas de iure naturali, neq q
quis non sit bigamus est de essentia
libus ordinis. ac proinde Papa potest
in ea totaliter dispensare. episcopus au
tem:

UVA.BHSC

tem ad minores ordines. Et quidam dicunt
q. etiam ad maiores in illis qui uolunt
deo in religione seruire /
Ad. 1. Rr. q. in illa decretali sola difficultas
dispensandi insinuat / Ad 2. q. proce
dit quantum ad ea quæ sunt de iure
naturali. et ea quæ sunt de necessitate
sacramentorum, et fidei / Ad. 3. q. sig
nificatio quæ est de essentia sacramenti
non tollit per irregularitatem / Ad. 4.
q. quæ in generali sunt rationabiliter ins
tituta, in particulari circumstantijs con
sideratis rationabiliter possunt dispen
sari.

Quæstio. 67 De libello Re
pudij in septem art. diuª
Ar. 1. Vm inseparabilitas uxo
ris sit de lege naturæ?

Et uidet q. non q. lex naturæ communis est
omnibus: at sola lege christi prohibitum
est uxorem dimittere / 2. q. inseparabilitas matrimonij ad rationem sa
cramenti pertinet / 3. q. generatio
educatio et instructio prolis certo tem
pore durant. et consumunt ergo post
illud potest uxor dimitti / 4. q. insepa
rabilitas ab ea ex qua uel ex quo proles
non generat magis uidet contra natu
ram. / Sed contra est q. hoc accepit natu
ra bene instituta a sua infantia et prin
cipio. ut constat. Matth. 19 / Secundo q.
contra naturam esset separare quos deus
con

ad quæ matri
monium ordina
t

UVA.BHSC

coniunxit / Dicendum q matrimoniū ordinat ex intentione naturę ad prolis educationem instructionem immo et in bonis post mortem parentum successionem. quę utriq coniugi cōmune bonum est / Ad 1. Rr q lex christi ad perfectum humanum genus reduxit in statum nouitatis naturę / Ad. 2. q inseparabilitas magis conuenit matrimonio quantum ad significationem christi cum ecclesia est tamen de lege naturę prout pertinet ad bonum prolis / Ad. 3. ex dictis / Ad. 4. q licet matrimonij inseparabilitas impediat bonum matrimonij in aliquo homine tamē non est conuenientis ad bonum prolis simpliciter et in ordine ad bonum cōmune.

Ar. 2. Vm̄ potuerit esse licitum per dyspensationem dimittere uxorem?

Videt q non. qr dimissio uxoris est contra bonum legis naturę scilicet contra bonum prolis / 2. qr habere concubinas separabiles fuit indyspensabile / 3. qr modo non potest cum aliquo dispensari ut uxorem dimittat ergo neq olim / Sed contra est q Abraham eiecit Agar, quam uxorio cognouerat affectu / Dicendum q siue inseparabilitas ma

UVA.BHSC

482

matrimonij inter prima preceptale-
gis naturę siue inter secunda continea
t̃ sub dispensatione cadere potest. quę
nihil aliud est q̃ sicut mutatio cur
sus naturalis rei per causam aliquã
superiorem.

(pertinet mutẽ magis ad secunda)

Ad. 1. Rr. q. in bono prolis secundum
q. est de prima intentione naturę in-
telligit procreatio et nutritio quousq̃
proles ad perfectam etatem perducat
et non ulterius / Ad. 2. q. habere concu
binam est contra primam intentionẽ
naturę circa educationem prolis. sed ta
men quantum ad secundam intentio
nem habere concubinam etiam sub dis
pensatione cadere potest. ut constat Oseę
1. / Ad. 3. q. inseparabilitas est de pri-
ma intentione ~~naturę~~ prout est sacra-
mentum ecclesię. et sic non potest sub dis
pensatione cadere. nisi forte secundo mo
do dispensationis.

Ar. 3. Vm̃ sub lege Moysis licitũ fuerit uxorem dimittere? -

et uidet q. sic. qr Moyses non prohibuit
nec dicendum est q. in eo peccauerit cum
lex sancta fuerit / 2 qr Malach. 3 dicit
si odio habueris dimittes eam, at prophe
tę in spiritu sancto locuti sunt. 2 Petri. 1.
3. qr Chrisostomus dicit q. secundę nuptię
per-

UVA.BHSC

permissę sunt ab Apostolis sicut libel
lus repudij a Moyse. at secundę nup
tię licitę sunt.
Sed contradicit dominus q dimittere u
xores permissum est illis ad duritiam
cordis eorum / Secundo. qr Chrisost. idē
exprimit. Matth. 2 /
Dicendum q secundum quosdam quat
tuor sunt modi permissionis. scilicet 1
per priuationem pręceptionis maioris
boni, secundo per priuationem prohibi
tionis ut in peccatis uenialibus. Tertio
per priuationem cohibitionis. quatenus
deus non impedit peccata quę impedire
posset. et quarto per priuationem puni
tionis. et hoc quarto modo libellus re
pudij fuit in lege permissus. Aliquita
men dicunt et ex Chrisosthomo colligūt
q in repudiatione uxoris non peccabant
antiqui qr non est illis indicatum per
legem aut prophetas. ac proinde ex per
missione diuina illis licitum reddeba
t. quamuis per se esset malum.
Ad. 1. Rr q ibi ex prohibitione maius
malum oriret / Ad. 2. similiter / Ad. 3
q illa similitudo intelligenda est non
quantum ad omnia, sed quantum ad
eamdem causam. qr utraq permissio
ad uitandam turpitudinem facta est /
Ad. 4. q quędam sine culpa permittunt
ęgrotis quę non sanis / Ad. 5. q non procedit
cum

UVA.BHSC

cum permissio interuenit ad uitandum maius malum.

Ar. 4 Vm̄ liceat uxori repudiatæ alium virum habere?

Et uidet q sic qr uiro repudianti qui repudiando magis peccabat. licebat aliam ducere / 2. qr secundum legem deuter. 24 ei concedebat / 3 qr Matth. 5. in hoc dicit superabundare iustitia noui ad uetus testamentum q repudiata alij nubere non potest — Sed contra Matth. 5. qui dimissam duxerit mechat / Secundo qr deuter. 24 abominabilis appellat mulier illud faciens

Dicendum q iuxta primam opinionem non licebat repudiatæ alteri uiro coniungi. qr matrimonium non erat solutum. licebat tamen ei iuxta secundam opinionem. sicut licitum erat uiro ex diuina dispensatione uxorem repudiare — " —

Ad. 1. Rr iuxta dicta. et q uxori nunq̄ licuit plures habere uiros. sicut uiro plures uxores / Ad. 2. q in Augustino per illud verbum mos. non intelligit consuetudo. sed actus honestus. sicut a more dicit quis morigeratus. et Philosophia moralis sed de uxore est alia ratio / Ad. 3. q iustitia legis nouæ abundat et quantum ad consilia. et quantum ad hoc q multa illicitare /

et secundum ~~morem ut ait~~ August. de duabus uxoribus moserat.

UVA.BHSC

reputabant licita in lege antiqua ut odium inimicorum / Ad. 4 q. verbum domini intelligit quantum ad tempus novę legis in quo recta permissio est sublata. Et sic intelligendus est Chrisostomus dum ait q. multas iniquitates committebat qui secundum legem uxorē repudiabat / Ad. 5. q. dicit abominabilis quadam irregularitate legali. unde sacerdoti non licebat viduam, aut repudiatam accipere in uxorem.

uel iuditio dimittentis. uel

Ar. 5 Vm̄ liceat viro repudiatā a se accipere.

Et iudet q. sic. qr hoc pacto corrigit male factum repudium / 2. qr semper licuit indulgere peccanti. hoc autem fit accipiendo eam ad se / 3. qr deuter. 24. redditur ratio quare non possit accipi. qr polluta est. at non dicit polluta antequā alteri nubat. Sed contra omnino decernit deuteron. 24 / Dicendum q. in lege de libello repudij duo erant permissa scilicet dimittere uxorem. et dimissam alteri iungi. et duo pręcepta scilicet scriptura libelli repudij. et q. repudians eam iterum accipere non posset. quod iuxta primam opinionem factum est in poenam mulieris quę alteri nupsit. et secundum alios ne uir de facili uxorem repudiaret. quam postea nullo modo recuperare posset / ~/.

ergo tunc accipi posset

Ad

UVA.BHSC

484

Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 q. procedit de in
vulgentia quantum ad rancorem cordis.
sed non quantum ad poenam diuinitus
taxatam / Ad. 3. quidam admittunt q.
posset in illo casu ~~admitti~~ iterum accipi-
alij negant. qr pollutio non intelligitur
quantum ad culpam ut dictum est. —

Ar. 6. vm causa repudij sit odiū uxoris.

Et uidet q. sic. ea enim causa exprimit
Malachię. 3 / 2 qr deuter 24 dimittē
da dicit si non inuenerit gratiam in ocu
lis viri ob foeditatem /
Sed contra uidet q. sterilitas et fornicatio
magis deberent esse causa. qr magis ma
trimonio repugnant / Secundo qr odiū
potest causari ex uirtute illius qui odio
habet / Tertio qr deuter. 22. alia requi
runt pręter odium. scilicet si obiecerit quis
uxori ~~ante~~ stuprum ante coniugium —
quod si fecerit nec probauerit uerberabit et non poterit eam di
mittere omni tempore uitæ suæ
Dicendum q. repudium permittebat ad ui
tandum uxoricidium. quod ex odio procedit tanq. ex causa proxima
et odium ex foeditate corporis uel culpa
animę. et sic ab Augustino multę assig
nant causę repudij. quas quidam non ad
mittunt pro sufficientibus nisi matrimo
nio superuenerint. immo et quędam glos
sa deutero. 22 adhuc magis arctat scilicet
ad peccatum quod nomine foeditatis intel
ligit. Et sic duo prima argumta concedimus

UVA.BHSC

Ad

Ad. 3. q, procedit de causis remotis que odiu causant / Ad. 4. q, uirtus per se non est odibilis / Ad. 5. q, in illo casu (sicut et cum puellam defloravit) imponit in poenam q, non possit repudiare uxorem.

Ar. 7. Vm̃ causę repudij debeant in libello scribi?

et uidet q, sic. qr per libellum repudij scriptum a poena legis absoluebatur / 2 qr illa scriptura ideo ualebat ut causę repudij ostenderent / 3. qr hoc sentit Magister sententiarum.

et tradebat

Sed contra est q, uel causę erant sufficientes et sic precluderet uxori uia ad secundas nuptias. quę iuxta legem ei permittebant si autem insufficientes ostendebat repudium iniustum. et ita non posset executioni mandari.

Dicendum q, in libello repudij causę scribebant non in speciali sed in generali. et hoc secundum Iosephum ut mulier habens talē libellum alteri nubere posset. secundum uero Augustinum ut medio tempore conscriptionis repudians a proposito dissuaderi consilio scribarum posset.

Et ex his Rr ad obiecta.

Quaestio. 68 De Filijs illegitimenatis. in. 3. artic. diuª

Ar. 1. Vm̃ Filij qui nascunt extra uerum matrimonium sint legitimi? et

UVA.BHSC

Et videt q, sic qr nascunt secundum legem naturę / 2. qr nati ex matrimonio ob occultum impedimentum nullo non sunt illegitimi / Sed contra est q eiusmodi nascuntur contra legem. Dicendum q filiorum quidam sunt naturales et legitimi illi scilicet qui nascunt ex legitimo matrimonio. quidam naturales. sed non legitimi. scilicet ex fornicatione geniti. Alij legitimi et non naturales ut adoptivi. et alij tandem nec legitimi nec naturales. sed spurij scilicet ex adulterio. et stupro nati qr contra legem naturę et positivam ~ Ad. 1. Rr q, illi nascunt contra legem naturę non comunem sed propriam hominibus / Ad. 2. q filij nati ab illis qui in publico contraxerunt et impedimentum ignorabant legitimi sunt. // alias non /

Ar. 2. Vm filij illegitimi debeant ~ aliquod damnum reportare?

Et videt q, non qr filius non debet reportare iniquitatem patris / 2. qr deus ę qualiter largit bona naturalia legitimis et illegitimis filijs. ergo et iustitia humana / Sed contra genes. 25 Abraham largitus est omnia bona Isaac et filijs concubinarum munera. et tamen illi non erant ex illegitimo coitu nati. Dicendum q filij illegitimi non incurrunt

UVA.BHSC

runt damna quasi aliquid eis debitū subtrahat. sed qr neqz ad dignitates, neqz ad hęreditatem paternam admittūt. sed naturales ad septimam bonorum partem. omnibus autem filijs tenentur parentes pro posse prouidere in necessitate et ad id intendere debent episcopi. Ad. 1. Rr ex dictis. neqz enim est damnum q, quis non succedat in regno si non est filius Regis / Ad. 2. q, illegitimus coitus non est contra legem in quantum est actus generatiuę uirtutis. sed in quantum ex praua uoluntate procedit. et ideo filius illegitimus nō incurrit damnum in his quę per uoluntatem fiunt. uel possident.

Ar. 3. Vm̄ filius illegitimus possit legitimari?

Et uidet q, non qr nec legitimus fieri potest il legitimus / 2. qr coitus illegitimus a quo est filius illegitimus non potest legitimari / sed contra est q, illegitimitas filiorum est per legem positiuam introducta. ergo ab eadem tolli poterit

Dicendum q, filius legitimari potest nō qr illicitus coitus qui transijt legitimet sed qr ~~admitti po~~ damna quę incurrit subtrahunt per legis auctoritatem. sunt uero sex modi legitimandi. duo secundum

UVA.BHSC

dum canones Primus cum quis ducit il
lam ex quo illegitimum generauit / Se
cundus per dyspensationem Papæ. quattu
or autem sunt secundum leges. Primus
est si pater filium naturalem curiæ Im
peratoris offerat. Secundus si pater in tes
tamento nominet eum legitimum hæ
redem, et filius post modum testamen
tum Imperatori offerat. Tertius si nul
lus filius sit legitimus, et ipsemet filius
Principi se offerat. quartus si pater in
publico instrumento, uel cum trium
testium subscriptione eum legitimum
nominet, neque adiciat naturalem /
Ad. 1. Rr quod alicui potest sine iniustitia
gratia fieri, sed non potest quis nisi pro
culpa damnari / Ad. 2. quod non est simi
le de actu. et de filio /.

Quæstio 69 De His quæ spec tant ad resurrectionem. et Primo de loco animarum post mortem. in 7. artic. diuª

Ar. 1. Vm assignent receptacu la animabus post mortem?

Et uidet quod non quia ut ait Boetius et Augustinus
12 super genes in corporalia in loco non sunt
et est communis animi omnium sapien
tium conceptio / 2. quia indifferenter se ha
bent

lib de hebdoma dibus

UVA.BHSC

bent ad omnia loca. nec magis cum
uno q3 cum altero conueniunt / 3. q
q eis post mortem nil assignat nisi
quod cędat uel in premium, uel in poe
nam. quod a receptaculis esse non po
test. Sed contra est q. etiam coelum em
pyreum statim ut creatum est ut di
cit Beda angelis est repletum. ergo a
simili / Secundo id probat Gregorius
in. 4. dialogorum. ponens exemplum
de anima Paschasij in balneo etc.
Dicendum q. animabus loca corporalia
(sicut et alijs substantijs spiritualibus)
per quamdam congruentiam adaptantur
non quidem ~~tanq3 fo~~ quia sint eorum
locorum formę aut motrices. et hoc per
quamdam propinquitatem uel recessum
a deo cui in summo coelo sedes esse dicitur
Ad 1. Rr q. incorporalia non sunt in loco
modo nobis noto et consueto / Ad. 2 q
animę dicunt esse in locis lucidis aut tene
brosis non per participationem eiusdem
qualitatis. sed per quamdam propor
tionalitatem / Ad. 3. q. anima separa
tę nihil recipiunt directe a locis corpora
libus. sed ex eo q. cognoscunt se talibus
locis deputari gaudio aut merore affici
unt / Ar. 2. Vm statim Post mor
tem animę deducantur ad coelum
uel ad infernum? et

UVA.BHSC

et uidet q, non qr de sanctis specialiter
qui iam transierunt et non de his qui
de presenti moriunt id affirmat glossa
in illud psalmi. adhuc pusillum et
non erit peccator / 2 qr Augustinus in
enchiridion. animabus assignat certa re
ceptacula inter tempus mortis et resur
rectionis prout unaquaeque digna est requie
uel erumna. haec autem receptacula non
sunt coelum et infernus. qr etiam post re
surrectionem in his erunt animae cum
corporibus / 3. qr maior est gloria animarum
quam corporum, sed gloria corporum est dif
ferenda et communiter omnibus danda ut
dicit glossa hebr. 11. ergo et gloria anima
rum / 4. qr poena et premium per sentē
tiam iudicis reddent. Matth. 25.
Sed contra 2. corint. 2. si terrena habita
tio dissoluat domum habemus conserua
tam in coelis / Secundo constat Philip.
1. cupio dissolui et esse cum Christo. et
inde colligit gregor. in. 4 dialogorum / ad in
fernum uero animam epulonis statim
descendisse. luc. 16. constat.
Dicendum q, quemadmodum grauia et
leuia suo pondere aut leuitate sursum
uel deorsum non impedita ferunt. sic
et animae hominum post mortem uel
ad infernum onere mortalis peccati per
trahunt. uel in coelum euolant nisi ue
nialibus purgandis impediant. et contra
ri-

UVA.BHSC

rium huius est hęressis ut patet in 4 dialogorum. et de ecclessiast. dogmatib. Ad. 1. Rr q. glossa seipsam exponit de gemina stola quam habebunt sancti / Ad 2. q. per illa receptacula intelligunt coelum et infernus in aliquibus autem receptaculis sunt nunc animę. in quibus post resurrectionem non erunt / Ad. 3 q. ut dicit act. 17. ex uno fecit deus hominum genus quantum ad corpus. animas autem sigillatim fingit unde non est tanta congruentia ut ~~[illegible]~~ omnes simul glorificent in ~~anima corpore~~. pręterq̃ q. corporis gloria non est ita essentialis sicut gloria animę / Ad. 4 cum gregorio q. per sententiam iudicis etiam corpora beatitudinis premio lętabunt. et e conuerso damnati.

Ar. 3 Vm̃ animæ existentes in paradisso uel inferno egredi ualeant

Et uidet q. non qr id sentire uidet Augustinus sibi persuadens q. si fieri posset sua sibi mater post mortem assisteret. quę eũ dum uixit fuerat solicite terra mariq̃ secuta / 2. qr dicit in psalmo ut inhabitẽ in domo domini omnibus diebus uitę meę et Iob. 13. qui descendit ad inferos non ascendet / 3. qr sic si de talibus receptaculis exirent. minuerent poenę, uel premia earum / . Sed contra est Hieronimus

con-

UVA.BHSC

contra Vigilantium / Secundo idem // sanctus hoc probat a simili de bonis // et malis angelis. qui ubiq; discurrunt Tertio Gregorius in. 4 dialogorum narrat de multis mortuis qui uiuis apparuerunt.

Dicendum q, licet non secundum legem naturę. secundum tamen dispositionē diuinę prouidentię. non ad semper sed ad tempus determinatum animę de paradiso. et de inferno exire possunt. et specialiter de purgatorio ad poscenda pro se suffragia. cum hac tamen differētia q, beati ex dono glorię poterunt cum uoluerint egredi. damnati uero non itē et hęc constant per multa exempla a Gregorio. in. 4. dialogorum adducta.

Ad. 1. Rr. q, Augustinus loquit ut ibi ex sequentibus patet secundum cōmunem cursum naturę / Ad. 2. q, probat nō egredi simpliciter uel ad semper / Ad. 3 q, premium uel poena non minuit cum se (etiam dum sunt extra dicta receptacula) talibus receptaculis adductos sciant sicut et gloria data Pontifici ut in ecclesię cathedra sedeat, non minuit ab eo dum extra eam existit. / Ad primum alio 4 Rr q, Hieronimus loquit de potestate glorię non naturę. et tantum uult q, esse possunt ubi uolunt. non tamen ubiq;.

Ad. 2. q, non est omnino similis ratio q, /

boni

UVA.BHSC

boni et mali angeli. ad custodiam et exercitium hominibus deputant / Ad 3. q. eiusmodi apparitiones aliquando fiunt non pręsentialiter per ipsas animas. sed apparatione bonorum. vel malorum spirituum. ad instructionem. destructionem, vel deceptionem viventium sicut et vivi in somnis alijs apparent. quod docet Augustinus in lib. de cura pro mortuis agenda.

Ar. 4 Vm̄ limbus inferni sit idē quod sinus Abrahę? ~ // ~

Et videt q. nō qr August. 12 super genes. infernum dicit in malam partem accipi / 2. qr in sinu Abrahę ut ait Augustinus lib. 9 confess. de Nebridio loquēs videt deus / 3. qr ecclesia orat ut animę deferant in sinum Abrahę /

Sed contra est q. in sinum Abrahę mendicus Lazarus legit deportatus. et infernus erat domus omnium viventium ut dicit glossa Iob. 30 / Secundo qr Iacob dixit filijs suis genes. 38. deducetis canos meos cum dolore ad inferos ergo et Abraham similiter.

Dicendum q. ad quietem glorię perveniri non potest sine merito fidei hębr. 11. et qr primum exemplum credendi in hominibus datum est in Abraham. ideo locus ubi animę detinebant ante Christi adventum

UVA.BHSC

tum (postquem plena requie perfruunt)
dicit sinus Abrahe ratione immunita
tis a poena, et limbus inferni quantum ad non impletum desiderium
ad id quod eis deerat de requie. ~~et a~~ fuit.
ergo sinus Abrahe et limbus inferni
unum per accidens. ac proinde non in
conuenit post Christi aduentum esse si
num Abrahe et esse diuersum a limbo
Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 similiter et
ad 3. vnde quedam glossa luce. 16 sinus
(inquit) Abrahe est requies beatorum pa
uperum, quorum est regnum coelorum.

Ar. 5. Vm limbus sit idem quod infernus damnatorum? –

Et uidet q sic qr dicit Christus momor
disse infernum. idest de eo aliquos ex
traxisse / 2 qr Christus descendens ad
limbum Patrum. ad infernum descen
disse dicit / 3. qr Iob 17. de se dicit in pro
fundissimum infernum descendit ani
ma mea. at Iob sanctus erat.
Sed contra est q a limbo sancti sunt re
dempti. in inferno autem nulla est re
demptio / Secundo qr August. super ge
nesim dicit se non uidere quenam fue
rit illa requies lazari apud inferos. at
anima lazari ad limbum descendit.
Dicendum q limbus quantum ad quali
tatem loci diuersus est ab inferno damna
torum, sed quantum ad situm loci sunt lo
ca

UVA.BHSC

ca continua nisi q, limbus patrum pars superior inferni esse videtur. et sic Rr ad. 1 et 2. / Ad 3. q, limbus patrum dicit profundissimus locus. non respectu locorum poenalium. sed in comparatione ad alia loca. vel dicendum cum Augustino supergenes. q, cum Jacob dixit ad etiam filios suos deducetis senectutem meam cum tristitia ad inferos videt timens dixisse ne scilicet nimia tristitia sic perturbaret ut ad requiem bonorum non iret.

Ar. 6 Vm limbus puerorum sit idem quod limbus Patrum?

Et videt q, sic qr pro eadem culpa scilicet originali utrique detinebant / 2 qr ut ait Augustinus in enchir. mitissima est puerorum poena, sed talis est poena patrum / Sed contra est q, peccato originali debebat poena temporalis in limbo patrum et eterna in limbo puerorum.

Dicendum q, hęc duo loca sine dubio differunt secundum qualitatem poenę vel premij. neq; enim pueris adest spes beatę vitę. sicut erat in patribus cum lumine fidei et gratię. sed quantum ad situm credit probabiliter idem locus. nisi q, limbus patrum erat in superiori parte. sicut de purgatorio et inferno dictum est / Ad. 1. Rr q, in pueris ad

UVA.BHSC

ad amotionem originalis erat impe-
dimentum non solum ex parte naturę
sed etiam personę / Ad. 2. q. procedit
de poenis debitis ratione personę in-
terquos ~~est~~ mitissimam poenam ha-
bent qui solo grauant originali pec-
cato sed adhuc est mitior in illis quos
impedit a perceptione glorię defectus
naturę. et non etiam personę.

Ar. 7. Vm debeant tot recepta-
cula distinguj?

Et uidet q. non qr nec ratione meriti
debet nisi unum receptaculum sci-
licet paradissus / 2 qr receptacula
assignant post mortem ratione me-
ritorum, sed unus est locus ad meren-
dum. ergo. / 3. qr loca poenarum corres-
pondent culpis. culpę autem ~~in~~ tripli-
tantum ~~sicut~~ differentia scilicet mor-
tales. originales, et uenialis ~//~
Sed contra uident esse plura. qr etiam
aer iste caliginosus dęmonum carcer
dicit. 1. Petri. 2. nec tamen computat
inter quinqz receptacula. quę a quibus-
dam assignant / Secundo qr etiam est
paradissus terrestris ad quem sunt trans-
lati Helias. et Henoch / Tertio qr si quis
cum originali et solo uenialj in nullo prę-
dictorum quinqz deputaret / quarto qr in-
finiti sunt gradus meritorum et culparum
ergo

decederet

UVA.BHSC

ergo et infinita receptacula / quan
to quia anime ut ait gregorius quando
quia puniunt in locis ubi peccauerunt /
Sexto quia et decedentibus cum mortali
bus et cum aliquibus bonis operibus de
bet specialis locus assignari sicut et pur
gatorium assignat decedentibus in gra
tia cum peccatis uenialibus / Septimo
quia etiam debet receptaculum distingui
in quo recipient post resurrectionem si
cut distinguit receptaculum ante ad
uentum Christi ab eo in quo nunc re
cipiunt

Dicendum quod preter statum merendi
in hac uita distinguunt post eam quan
quam receptacula animarum. scilicet premij
boni, aut mali actualis et sic est infer
nus aut originalis et sic est limbus pu
erorum. ~~aut~~ si uero quis impedit a fina
li retributione consequenda ob defectum
persone recipit in purgatorio. si autem
ob defectum nature detinebat in lim
bo patrum.

finalis retribu
tionis et
hic est paradis
sus

Ad. 1. Rr quod bonum contingit uno mo
do malum uero pluribus. et sic loca poena
rum sunt plura / Ad. 2 quod status meren
di et demerendi est unus / Ad. 3 quod ob
peccatum originale potest quis ut dictum
est dupliciter puniri / Ad. 4 quod locus il
le deputat demonibus non ad poenam sed
ad

UVA.BHSC

ad nostrum exercitium. ad poenam / enim est ignis ęternus Matth. 25 // Ad. 5. q. paradissus ille pertinet ad recipiendum pro meritis / Ad. 6. q. ille casus est impossibilis. Si tamen contingeret tunc per accidens peccatum ueniale cum esset sine gratia ęternaliter puniret / Ad. 7 q. illa diuersitas non est sufficiens ad distinguenda receptacula / Ad. 8. ex dictis supra / Ad. 9. q. malum non potest esse purum et sine omni comistione boni, sicut bonum / sumum est absq; omni comistione mali et ideo ad sumum bonum glorię assumendi debent omnino purgari. in infernum autem de tru si non erunt immunes ab omni bono in quantum bona pręterita eis ualent ad mitigationem poenę / Ad. 10. q. in gloria animę consistit premium essentiale et in ea est originaliter corporis gloria. et ideo carentia glorię animę diuersificat statum, non autem carentia glorię corporis

magis ad statum ~~recipiam~~ viatoris q3

Quæstio. 70. De qualitate animæ exeuntis a corpore et De Pœna ei inflicta ab igne corporeo. in. tres articul. diuisa

Ar. 1. Vm̃ in anima separata remaneant potentię sensitiuę?

UVA.BHSC

Fuidet q. sic qr Augustinus lib de spi
ritu et anima dicit q. separata trahit
secum. sensum, imaginationem, iras
cibilitatem, et concupiscibilitatem /
2 qr idem Sanctus lib. de eccles. dogm.
dicit q. anima separata sensus suos ve
raciter tenet / 3. qr animę potentię vel
insunt ei essentialiter, vel tanqz pro
prietates naturales, quę omnino inse
parabiles sunt / 4 qr sunt eius partes
ergo sine eis anima separata non esset
integra / 5. qr et corpus premiabit cum
anima ergo a fortiori et potentię cum
ipsa / 6. qr si amitteret potentias sen
sitivas in nihilum cęderent, non e
nim in aliquam resolverēt materiā
ergo in resurrectione homo non haberet
easdem potentias sensitivas. visum N. g
auditum etc. et sic non resurgeret idem
numero / 7 qr si corrupto corpore corru
punt. et debilitato debilitabunt. hoc
autem est contra Philosophum. in 1. de
anima dicentem, q. si senex accipat o
culum iuvenis videbit sicut iuvenis
Sed contra est q. Augustinus lib. de eccles
dogmat. docens potentias sensitivas ad
carnem pertinere / Secundo qr Philosophus
in. 12. metaphys animam secundum se
totam separari reputat impossibile / Ter
tio qr eiusmodi separationem soli intel
lectui concedit Philosophus in. 2. de anima

ma

UVA.BHSC

ma / Dicendum q, anima separata / potentias sensitiuas secum non trahit qr earum actus sunt corporis et eius dē est posse agere cuius est actio. ut dicit in. 1 de somno et vigilia. nec trahit secum alias sensitiuas (quas quidam ponunt) ueluti originales earum quę exercent suas operationes in organis corporeis, sic enim procederet in infinitū manent igitur eiusmodi potentię sēsitiuę in anima sicut in radice. permodum quo principiata sunt in principijs suis. ut eas influat cum corpori fuerit reunita, neqz oportet hanc efficaciam esse aliquid superadditum essentię animę / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q, procedit de sensibus interioribus siue intellectu. qui etiam sensus appellat a Basilio super proverbia. et a Philosopho. in. 6 ethic / Ad. 3. ex dictis qr non comparant ad animam nisi tanqz ad originem / Ad. 4 qr in intellectu manent officia sensitiuarum uirium cum eminentia. nec manet potentia Regis dimidiata mortuo Prępositi Ad. 5. q, corpus operat ad meritum quasi pars essentialis unde non est simile / Ad 6. q, potentię sunt accidentia quę uariata non mutant substantiam. et identitatē subiecti. sicut patet in frigore aquę quod nō redit idem numero postqz fuerit calefacta neqz enim potentię animę sensitiuę dicunt actus organorum quasi formę essentiales ip

UVA.BHSC

sorum nisi ratione animę cuius sunt.
Ad. 7. q. Philosophus loquit de poten
tijs secundumq. radicaliter in anima
consistunt et ita dicit q. senium non est
in patiendo ad animam secundum id in
quo est scilicet corpus sic enim propter
corpus nec debilitant, nec corrumpun
t animę virtutes.

Ar. 2 Vm̃ in anima sensitiua remaneant actus sensitiuarum potentiarum?

Et videt q. sic. qr Augustinus lib. de
spiritu et anima. in ea admittit con
cupiscibilitatem. imaginationem, et
irascibilitatem / 2 qr super genes. 12
ait q. anima per corpus sentit tamen alij
quia sine corpore sentit. ut est timor
et huiusmodi / 3. qr ad visionem ima
ginariam pertinet inspicere similitu
dines corporum. sicut in somno accidit
hoc autem contingit animę separatę
ut colligit ex August. 12 super genes.
4 qr anima separata recordabit co
rumque in vita pręcesserunt. Luc. 16
at memoria ad partem sensitiuam per
tinet. ex Philosopho lib. de memoria
et reminisc. / 5. qr secundum fidem
in anima separata sunt gaudium et
tristitia, amor et odium, timor et spes
quę in irascibili. et concupiscibili subiec
tant. Sed contra est q. sunt communes
ani

UVA.BHSC

animę et corpori / secundo qr Philoso-
phus in .1. de anima dicit q, corrupto cor
pore anima non reminiscit neq; amat
et sic de alijs actibus sensitiuarum potentia
rum.
Dicendum q, actus sensitiuarum poten
tiarum non manent in anima separa
ta. nisi forte sicut in radice remota
neq; admittenda est distinctio quorum
dam ponentium duplices actus poten
tiarum sensitiuarum. scilicet exterio
res quos per organa corporea exercent
et interiores. quam destruit Philoso
phus. in .1. de anima contra Platonē.
Ad. 1. Rr q, liber ille forte non est Augus
tini sed cuiusdam Cistertiensis. uel q,
in futurum anima afficiet in bonum
uit malum. non illis affectionibus sed
Relictis in anima virtute dictarum af
fectionum quę in corpore pręcesserunt
Ad. 2. q, anima sentit per corpus non q, ac
tus sit animę secundum se. (nam et ca
lor dicit calefacere) timor autem et si-
milia sentiunt sine exteriori corporis
motu. q; uis sine eo non contingant. uel
loquit secundum Platonicos ut insinu
atum est / Ad. 3. q, Augustinus ibi inqui
rendo loquit non determinando. uel q,
similitudines rerum sunt in anima separata
intellectualiter. cum proportione admodum quo sunt in coniunc
ginabiliter) Ad. 4 in q, anima separata e
rit

UVA.BHSC

quę ab omni abs trahit temporum differentia

rit memoria intellectiua quia est pręteritorum, pręsentium et futurorum ut ait Augustinus. Et non memoria sensitiua quę ad tempus pręteritum determinat / Ad. 5. q. illę non sunt passiones appetitiuę sensibilis. sed actus uoluntatis in parte intellectiua.

Ar. 3. Vm̃ anima separata possit pati ab igne corporeo?

Et uidet q. non qr August. 12 super gen. dicit q. non sunt corporalia. sed corporalibus similia, quibus animę a corporibus exutę afficiunt / 2. qr in eodem lib. ait q. agens est nobilius patiente / 3 qr iuxta Boetium lib. de duabus natur. et Philosophum in. 1. de generatione illa solum agunt et patiunt, quę in materia conueniunt / 4 qr si pateret ab igne admodum recipientis esset. et sic spirituale quid acciperet. quod non poena sed perfectio potius esset ipsius animę / 5. qr si affligeret anima ab igne esset ex eius uisione ut ait Gregorius in 4 dial. hoc autem est impossibile qr uisio intellectualis non potest esse causa tristitię. delectationi enim quę est in considerando non est tristitia contraria secundum Philosophum / 6. qr nec patiet quatenus tenebit ab igne sicut nunc tenet a corpore. qr nunc efficit unum quid cum corpore, quod ibi esse non poterit

UVA.BHSC

7.

7. qr ibi non erit contactus quorum ulti
ma non sunt simul. ergo nec actio aut pas
sio / 8. qr agens organicum non agit
in remota, nisi per hoc q agit in media
sed videt impossibile q cum demones
et damnati exeunt ab inferno et in
alijs locis patiunt alterent etiam et
patiant ab igne inferni loca interme
dia ergo.
Sed contra est q demones ab illo igne pati
ent ut dominus ~~contestat~~ testat Matth. 25
Secundo qr poena debet correspondere
culpae. Sed anima subiicit se corpori
per pravam concupiscentiam / Tertio
qr maior est unio ad materiam q3 a
gentis ad patiens. Sed diversitas naturae
corporalis, et spiritualis non impedit quin
anima sit forma corporis. ergo nec q pos
sit a corpore pati.
Dicendum q ignis inferni non cruciat
animas qr videt sic enim potius perfi
ceret q3 vis per accidens visum ut noci
vum constrictet ~~et sic~~ Sed hoc non suffi
cit qr hoc tantum esset cremari secun
dum apparentiam, quae etiam cadere
non posset in vivacitate ingenij animarum
separatarum aut demonum. Nec sa
tis est dicere q ignis cremat spiritus non
ut res quaedam est sed ut instrumen
tum divinae iustitiae. sicut de sacramentis
dictum

(unde dicit gregor in 4 dialog. q qr anima se conspicit cremari cremat)

UVA.BHSC

Habet propriam connaturalem actionem in id

dictum est, qr instrumentum circa id quod instrumentaliter operatur, preter actionem principalis agentis. Dicendum ergo q corpus non potest agere naturaliter in spiritum, neq eum grauare, aut ei obesse, nisi secundum q aliquo modo corporiunit, quod uel est per modum formę. et hoc non potest esse in nostro casu. sed per modum quo mouens coniungit mobili et locatum loco. spirituales enim substantię loco definiunt. sed tamen ultra hoc a diuina supernaturali prouenit q ignis ille naturalis eleuet ut instrumentum diuinę uirtutis ad detinendos spiritus. et ita apprehendunt talem ignem ut detinentem et sic cruciantem, ne libere exeant quo uellent. et sic explicat Gregor. in 4 ~~moral~~. dialog. et similiter Iulianus et Augustinus in 2. de ciuit dei.

Sapię. 9. corpus q. c. ag. animā

virtute

Ad 1m. Rr q Augustinus ibi loquitur inquirendo. uel q proximum affligens est spirituale scilicet apprehensio / Ad 2. q ignis ut instrumentum diuinę iustitię nobilior est / Ad 3. q procedit de actione transmutatiua patientis in agens / Ad 4 q agit solum per modum detinentis / Ad 5. q uisio intellectualis potest esse contristans in

quan

UVA.BHSC

quantum id quod videt apprehendit
ut nocivum non quasi noceat eo ipso
quod videt / Ad. 6. q. non est simile quan
tum ad omnia, sed quantum ad aliquid
Ad. 7. q. ibi est tactus spiritualis sicut
inter coelum et coeli motorem / Ad. 8
q. ubicunque sunt ignem inferni videt
et tanquam nocivum apprehendunt si
cut e contra contingit beatis. et ad id
est glossa super illud Iacobi 3. infla
mat rotam nativitatis nostre etc.

Quaestio 71 De suffragijs mortuorum in 14 art. diuina.

Ar. 1 Vm suffragia per unum facta alijs prodesse Possint

Et videt q. non quia galat. 6. dicit quae
seminaverit homo haec et metet. er
go non quae seminaverint alij / 2. quia
ad iustitiam dei pertinet unicuique pre
mia reddere iuxta opera sua / 3. quia ex
opere unius non laudat alter. ergo ne
que opus unius poterit alteri esse meri-
torius / 4 quia ad iustitiam dei pertinet
simpliciter bona reddere pro bonis et
mala pro malis singulorum ezech. 18
Sed contra dicit in psalm. particeps ego
sum omnium timentium te etc.
Secundo quia fideles sunt invicem ecclesie
mem

UVA.BHSC

membra. ergo cum unum membrū
iuuet per alterum habet intentū/
Dicendum q, quantum ad consequen
dum statum aliquem v.g beatitudinē
per modum meriti opus unius non ua
let pro alio (qr meritum innititur diuinę
iustitię. ualet tamen per modum ora
tionis, quę innititur diuinę miseriorū
dię: sed quantum ad aliquid consequēs
statum qui acquirit (v.g. premiū
accidentale uel dimissionem poenę)
opus unius etiam per modum meriti
ualet pro alio et hoc dupliciter scilicet
uel per cōmunicationem in radice cha
ritatis iuxta articulum fidei de sancto
rum cōmunione uel ex intentione o
perantis specialiter ut alijs prosit ~
Ad 1. Rr q, messis illa est uita eternę per
ceptio Ioannis. 4. quam nullus alteri
impetrat nisi adsint bona opera conse
quentis eam/ Ad. 2. q, opus unius fit
alterius modo dicto. quin et apud huma
nam iustitiam satisfactio unius pro a
lio acceptat/ Ad. 3. q, laus non datur alicui
nisi secundum ordinem eius ad actum
opus autem meritorium ~~etiam~~ consi
deratur non solum quantum ad dispositi
onem. sed etiam quantum ad aliquid
consequens eam uel statum ut dictū
est/ Ad. 4 q, auferre ab aliquo quod suū
est sine iniustitia fieri non potest. quod ta
men ex operibus alterius emolumentum

re

(et unusquisq; disponit ex actu suo dispositione dignitatis ad premium)

UVA.BHSC

reportet ad liberalitatem spectat ~//~

Ar. 2 Vm̄ mortui possint iuuari ex operibus viuorum?

Et videtur q. nō qr. 1. corint. 5. dicit. q. ante tribunal christi manifestabimur ut unusquisq; recipiat iuxta ea quę fecit / 2. qr. Apocal. 13. dicit q. opera illorum sequuntur illos / 3. qr. proficere ex aliquo opere est proprium viatorum ut constat. et colligit Iob. 19 / 4 qr. nulla comunicatio est viuorum ad mortuos ut dicit Philosophus in. 1. ethicorum Sed contra dicit. 2. Machab. 12. sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluantur / secundo ad idem est Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda. ex consuetudine ecclesię. ut ponderat Damascenus in quodam sermone de suffragijs mortuorum: et Dionisius in ultimo cap. eccles. Hierarchię.

Dicendum q. suffragia viuorum mortuis dupliciter prosunt sicut et viuis scilicet et propter charitatis unionem. quę nunq; excidit. 1. corint. 13. et propter intentionem viuorum ad mortuos directam. non tamen sic eis ualent prędicta suffragia. ut status eorum mutet de miseria ad foelicitatem, uel e conuerso. sed ad diminutionem poenę. uel aliquid eiusmodi quod statum mortui non transmutat

UVA.BHSC

Ad 1. Rr q, homo dum in corpore uixit meruit ut hęc post mortem prodessent sibi / uel q, auctoritas ut ait Joannes Damascenus intelligit, quantum ad retributionem, quę erit in finali iudicio Ad 2. ex dictis. et q, procedit de sequella ęternę retributionis / Ad 3. q, quantū ad hoc quod est posse ab alijs iuuari ad hoc sunt in uiæ statu, quamuis non simpliciter itaq, transmutari possint secūdum statum felicitatis, et miserię / Ad 4 q, procedit de cōmunicatione ciuili, nō de spirituali, qua uiuit per charitatem ad deum.

Ar. 3. Vm̄ suffragia facta per peccatores mortuis prosint. ,,

Et uidet q, nō qr Joannis 9. dicit. peccatores deus non audit / 2. qr Gregor in pastorali ait q, cum is qui displicet ad interpellandum mittit. ira animus ad deteriora prouocat / 3. qr peccator per sua opera nihil meret sibi, ergo multo minus merebit alteri / 4. qr omne opus meritorium debet a charitate oriri. Sed contra est q, cum de nullo sciat utrum gratia, aut odio dignus sit. multa suffragijs faciendis retraherentur / Secundo qr ut ait Augustinus suffragijs iuuat quis, secundum q, meruit inuita iuuari. Dicendum q, in suffragijs quę per

UVA.BHSC

Per alios fiunt primo ipsum opus operatum sicut sacramentum altaris et alia sacramenta quae ex se efficaciam habent etiam per malos ministrata secundo opus ipsius operantis quod si consideret ut est peccatoris. nec sibi neque alij prodesse potest. vel prout est alterius scilicet ecclesiae cuius personam gerit peccator suffragia faciens et sic produnt ei pro quo fiunt. et similiter cum peccator facit opus ut instrumentum alterius in gratia existentis. quamvis exequens gratia careat ut puta si servus peccator ex praecepto domini in charitate existentis eleemosinam largiat.

est considerare

Ad. 1. Rr ex dictis praeterquam quod deus ex sua clementia etiam peccatores audit ut dicit matth. 5. et Augustinus docet Ioannis 9. in illud deus peccatores non audit / Ad 2. ex dictis et similiter ad 3. et 4. ~ Ad alia etiam Rr et ad 1. quod ex fructibus cognoscit arbor. licet pro certo nesciamus an quis sit in statu salutis / Ad 2 quod ut suffragia prosint requirit capacitas in recipiente modo dicto, et qualitas operis quod prodesse debet. et hoc non pendet ex eo pro quo fit. sed magis ex eo, qui facit. vel exequendo vel imperando /

Ar. 4 Vm suffragia quae a vivis pro mortuis fiunt faciendis prosint?

UVA.BHSO

Et videt q. non qr nec apud iudicem pro alio soluens a debito proprio liberatur / 2. qr sic ut melius faceret nullus deberet pro se solo. sed pro alio satisfacere / 3 qr similiter ualebit satisfactio pro tertio, et pro quarto. ac proinde unica satisfactione posset pro omnibus satisfacere Sed contradicitur in psalmo oratio mea in sinum eo conuertet / Secundo qr ad idem est damascenus in sermone de his qui in fide dormierunt ponens exemplum de liniente alium odorifero unguento. Dicendum q. opus suffragij pro alio factum in quantum est expiatiuum pœnæ per modum cuiusdam satisfactionis prodest ei pro quo fit. q. si superabundet proderit etiam facienti in quantum uero est meritorium procedens ex radice charitatis prodest etiam ei pro quo fit. sed facienti magis Et per hoc Rr ad obiecta qr primæ rationes procedunt de opere suffragij prout est satisfactorium. et aliæ prout est meritorium.

Ar. 5 vm suffragia pro sintexistentibus in inferno.

Et videt q. sic qr. 2 machab. 12 legit Iudæ obtulisse etiam pro illis interfectis sub quorum tunicis inuenta sunt donaria idolorum. quæ lex prohibebat / 2. qr ex Augustino habet q. fit oblatio pro multis ut tolerabili

UVA.BHSC

bilior sit damnatio. at damnatio solum est in inferno / 3. qr dionis. ultimo cap. eccles. Hierarch. innuit suffragia magis prodesse defunctis qz uiuis. sed uiuis prosunt etiam in mortali existentibus ergo / 4. qr inuitis patrum (et refert damascenus in sermone suo) habet q, calcaria inuenta a Machario cuiusdam sacerdotis ad infernum damnati precibus eius asseruit se et alios damnatos iuuari / 5. qr damascenus ait q, oriens et occidens testant de Traiano a gregorio a poenis inferni erepto. et de hoc gregorium domini uocem audiuisse.

Sed contra est Dionisius. 7. cap. Hierarch. eccles. Et ibi Comentator / Secundo qr gregorius 34. moral. loquens de ~~certis~~ damnatis tanqz de demonibus quo ad hunc pro eis orandi effectum / 3. qr ex Augustino multa de hoc habent /

idem sentit

Dicendum q, damnatorum poenae minime cessant nec minuuntur suffragijs aut ante iudicium aut post iudicium. neqz proportionalitate diuisionis, neqz confortatione subiecti. ut Origenes. Porretani quidam. Praepositiuus. et Altisiodorensis sic quisqz excogitarunt modo quamuis posset aliquamodo sustineri quo quidam explicant suffragia prodesse damnatis in quantum scilicet eis aliqua materia doloris subtrahit quae eis esse posset si ita se abiectos conspicerent ut pro eis nullam alij curam haberent. sed tamen

ne

UVA.BHSC

neq; hoc locum habet de lege ordinaria. ut ponderat Augustinus de cura pro mortuis agenda cum damnati nõ cognoscant quando pro eis suffragia fiunt. ac proinde nec suffragia prosunt damnatis, nec ecclesia pro eis orare intendit.

Ad. 1. Rr. q. illa donaria iure belli erãt illis debita. et solum peccauerunt venialiter ex auaritia. uel q. in ipsa pugnã de peccato poenituerunt secundum illud psalmi. cum occideret eos quærebant eum / Ad. 2. q. damnatio large pro quauis poena etiam purgatorij sumitur / Ad 3 q. quantum ad hoc magis acceptat suffragium pro mortuo q̃ pro uiuo, qr minus sibi potest auxiliari / Ad. 4 q. illud adiutorium non erat qr eorum poena minueret, sed qr eo orante concedebat eis ut mutuo se uiderent. nam et dæmones gaudere dicunt hominum peccatis / Ad 5. q. nec Trajanus et alij similes ~~non~~ fuerunt in inferno finaliter deputati / uel q. Trajani poena fuit suspensa ad tempus scilicet usq; ad diem iuditij et hoc non per suffragia sed singulari concessione priuilegij. ut docet Augustinus in lib. de cura pro mortuis agenda /.

Ar. 6. Vm̃ suffragia prosint existentibus in purgatorio?

Et uidet q. non qr purgatorium pars est in

fer

UVA.BHSC

ferni. in inferno autem nullus confite
bitur domino. neque ulla erit redemptio / 2
quia poena purgatorij est finita. ergo tan-
tum poterunt multiplicari suffragia
ut totaliter auferatur. et sic manerent
peccata impunita / 4. quia maxime vale
rent ea quae ad imperium eorumdem
facta sunt. detur ergo quod differant donec
totam poenam soluerit quis et euaserit
tunc. nec ante (cum non fuerint facta
nec post (cum iam poena sit soluta prode
runt aut valebunt.

3. quia nihil purgari potest nisi aliquid circa ipsum fiat.

Sed contra est Augustini auctoritas ut dicit
magister / Secundo idem probat Dionisius
7. cap. eccl. Hierarch.

Ditendum quod cum poena purgatorij sit in
supplementum satisfactionis quae non fuit
in corpore plene facta. opere alterius sol
vi sine dubio potest.

Ad. 1 Respondeo quod procedit de poena inferni. vel
secundum Damascenum quod eiusmodi auc
toritates sunt intelligendae secundum cau
sas inferiores. et exigentiam meritorum non
secundum divinae misericordiae largitatem
ut etiam dicit gregorius asserens quod deus mu
tat sententiam. Et non consilium / Ad. 2
quod non est inconveniens. quia poena unius pro
altero computatur / Ad 3. similiter / Ad. 4
quod quantum ~~ado~~ est ex opere operantis con
sequitur effectum suffragij. eo ipso quod fieri
mandavit. quamvis quantum ad opus
operatum vel sacramenti. vel exequentis
possit retardari et poena temporalis (quod

UVA.BHSC

non

non est inconveniens) ex culpa alterius puniri.

Ar. 7. Vm̃ suffragia prosint pueris in limbo existentibꝰ?

Et videt q. sic. qr illi non detinent etiam nisi pro peccato alieno / 2 qr Augustinus dicit q. suffragia iuuant non ualde malos. quales sunt pueri in limbo existentes / Sed contra est q. Augustinus docet nõ prodesse nisi illis qui fide operante per dilectionem hinc exierunt.

Dicendum q. pueri in limbo detinent solũmodo qr deficiunt a statu gratię. Et cum per opera uiuorum mortuorum status mutari non possit. maxime quantũ ad meritum essentialis premij uel pœnę. prędicti pueri uiuorum suffragijs iuuari non possunt.

Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. procedit ut ibi constat de baptizatis.

Ar. 8. Vm suffragia prosint sanctis existentibꝰ in Patria.

Et videt q. sic qr in collecta ecclesię dicit sicut sanctis tuis prosunt ad gloriam. ita nobis proficiant ad medellam / 2 qr tertia hostiæ pars in calicem missa significat eos. qui beatam uitam in patria ducunt / 3. qr sancti in patria gaudent de bonis alienis sicut sancti angeli de peccatore poenitentiam agente. Luc. 15 / 4 qr Damascenꝰ inducens verba Christi id senti re

UVA.BHSC

500

ut videt in sermone de dormientibus. Sed contra est Augustinus. quia iniuria fit pro eis orare, quorum nos debemus orationibus commendare / Secundo quia sancti sunt absque omni indigentia in patria / Dicendum quod ~~cum~~ suffragium ecclesiae de sui ratione importat auxiliationem quae sanctis (quia minime indigent) convenire non potest.

Ad 1. R. quod illud intelligitur quia nobis proficit qui de eorum gloria solemnia celebramus. sicut ex hoc quod deum cognoscimus, vel laudamus / Ad 2 quod sacramenta non ponunt aliquid circa ea omnia quae figurant. neque enim ponunt aliquid circa Christum dominum / Ad. 3. quod sancti in deo de pluribus gaudent sed non intensius gaudent. nec nostris operibus iuvantur / Ad. 4. quod non fit appositio mercedis beato. sed facienti. vel ~~quod~~ potest dici quod fiat appositio mercedis beato quatenus de suffragijs pro se faciendis adhuc vivens disposuit.

cum de nostris bonis gaudent

Ar. 9. Vm orationes ecclesiae sacrificium altaris. et eleemosinae prosint defunctis?

Et videt quod magis prosit ieiunium quia est magis poenale / 2. quia Gregorius praedictis annumerat ieiunium. 13. q. 1. / 3. quia baptismus qui est potissimum sacramentorum

UVA.BHSC

rum, maxime quantum ad effectum inter prędicta annumerari debuisset 4 qr. 1. corint. 15. dicit si omnino mortui non resurgunt ut quid etiam baptizantur / 5. qr sic cum in omnibus missis sit idem sacrificium. nihil interest an dicat missa de Requiem pro defunctis an quęuis alia contra ordinationem ecclesię / 6. qr damascenus serm. de dormientibus. etiam ceras, et oleum annumerat. "

Sed contra est cōmunis sensus ecclesię Dicendum q illa suffragia pręcipue prosunt mortuis quę maxime ad cōmunicationem charitatis pertinent (quale pręcipue est eucharistia. et deinde elemosinarum largitio) et ad directionē intentionis in mortuos ad quod precipue ualet oratio. quamuis etiam quęcunque alia bona, quę ex charitate fiunt pro defunctis eis ualere credenda sint.

Ad. 1. Rr q in prędictis magis transitiuis satisfactionis in alterum. q3 in ieiunio / Ad. 2. q etiam proderit defunctis ex directione extrinseca / Ad. 3. q eucharistia specialiter est signum ecclesiasticę unionis. ac proinde ex ipso opere operato eius efficacia in alterum transire potest. in baptismo autem magis id erit ex opere operante / Ad. 4 cum glossa ibi ut quid baptizantur pro illis. id est peccatis. cum illa

UVA.BHSC

non dimittant casu scilicet quo Christus non resurrexisset / uel qr fuerunt quidam imperiti qui baptizabant pro his / qui de hac uita sine baptismo discesserant / Ad. 5. q procedit de missa prout est sacrificium. sunt tamen in ea etiam speciales orationes diuersę pro diuersis ad quas attendere oportet. quamuis eiusmodi defectus suppleri possit uel per maiorem deuotionem eius, qui dicit missam uel eius qui eam dici facit. aut per intercessionem sancti. cuius suffragiū in missa implorat / Ad. 6. q illa sunt ueluti eleemosinę quędam ecclesię uel fidelium usui collatę.

Ar. 10. Vm̄ indulgentię ecclesiæ prosint mortuis?

Et uidet q sic qr q prosint eis prędicat ab ecclesia / 2 qr meritum personale suffragat defunctis. ergo a fortiori meritū ecclesię. cui indulgentię innituntur / 3. qr illi qui sunt in purgatorio sunt de foro ecclesię /

Sed contra est q ex parte defuncti non potest dari causa ob quam indulgentię concedunt / Secundo. qr esset in potestate concedentis ut defunctum omnino liberaret a poena, quod admittendum nō uidet. Dicendum q indulgentia primario et per se prodest facienti opus pro quo ipsa con

UVA.BHSC

concedit. et isto modo defunctis (quia tale opus exequi non valent) prodesse non potest. bene tamen proderit secundario, et indirecte. si concedat non solum facienti tale opus, sed etiam patri aut alijs in purgatorio existentibus nec ex hoc sequitur q. Prelatus ecclesię possit pro suo arbitrio animas de purgatorio liberare. qr ad hoc ut indulgentię valeant requiritur causa conveniens eas concedendi ut supradictum est. et sic R. ad obiecta

Ar. 11. vm cultus exequiarum defunctis prosint?

Et videtur q. sic. qr Damascenus sermone de dormientibus inducit verba Athanasij asserentis eiusmodi esse pro defunctis accepta deo) 2. qr idem asserit Augustinus de civit. dei. antiquorum consuetudinem referens) 3. qr sepelire mortuos opus est eleemosinę ei in quem confert. ut de Tobia testatus est angelus) 4. qr inconveniens esset dicere q. frustretur devotio fidelium qui se in locis aliquibus religiosis sepeliri disponunt) 5. qr pronior est deus ad miserendum. et tamen ut refert gregorius aliquibus qui gravioribus criminibus sunt irretiti nocet q. in locis sacris sepeliant qr indigni sunt. Sed contra est August. lib. de cura pro mortuis agenda dicens q. eiusmodi potius sunt humanitatis officia) secundo qr

ad

UVA.BHSC

502

ad idem est Gregorius. in. 4 dialog di
cens q eiusmodi magis sunt solatia vi
uorum / Tertio qr dominus. Matth. 10.
dicit nolite timere eos, qui corpus occidunt
et post hęc non habent amplius quid fa
ciant. Dicendum q sepultura cedit in
bonum uiuorum ut a conspectu et fętore et
mortuorum liberent et hoc quantum
ad bonum corporis. spiritualiter etiam
uiuis prodest. qr fides resurrectionis astiui
t. defunctis autem prodest qr uiui res
picientes sepulchra eorum memoriam reti
nent (unde monumentum dicit quasi
monens mentem teste Augustino) non
q animę quiescere non possint nisi cor
pori sepultura det. ut decepti putauerunt
gentiles. quod autem sepultura sit in lo
co sacro non prodest defuncto ex opere ope
rato. sed ex opere operante. quatenus in
tuitu alicuius sancti fit ut patrocinet ei,
quęuero ad ornatum sepulturę spectant
per accidens defunctis prosunt quatenus
per ea homines excitant ad compatiendum
et per consequens ad orandum pro eis. et
ecclesia decorat et pauperes reficiunt
Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 similiter / Ad. 3
q nemo carnem suam odio habet ephes. 5.
et inde amici corporum charorum curam ge
runt. ut ponderat Augustinus / Ad 4 cum
eodem ex dictis qr non frustrat qui se sanctorum
protectioni committit / Ad. 5. q tunc nocet -

se

UVA.BHSC

sepultura qr eam sibi indignam ob glo
riam humanam procuravit.

Ar. 12. Vm̃ suffragia quæ fiũt pro uno defuncto plus illi pro sint q̃ alijs?

Et videt q̃ non qr et lumen candelę cor
poralis non minus illuminat alios
q̃ illum pro quo accendit. sed non est
minoris virtutis spirituale lumen.
2. qr magis meruerunt aliqui dum vi
vebant q̃ suffragia sibi prodessent e
tiamsi specialius pro ipsis nõ fierent/
3. qr sic pauperes quorum est regnum
coelorum Luc. 6. peioris essent conditi
onis cum minus iuvarent suffragijs/
Sed contra est q̃ et in iustitia humana
solum solutio fit pro eo pro quo solvitur
at iustitia humana exemplat a divina
Secundo qr satisfactio facta pro vivo so
lum prodest ei pro quo facta est/.
Dicendum q̃ quidam ut Prępositivus pu
taverunt q̃ suffragia non minus pro
sunt eis pro quibus specialiter non fiunt
immo magis si plus habeant de charita
te sicut et lumen candelę. et locutio ma
gis communicat ^audienti magis capaci q̃ vis pro
eo non fiat. Sed dicendum q̃ hoc habet
verum ^secundum quã/ in quantum suffragia procedunt
ex radice charitatis in qua meliores ma
gis communicant. sed non in quantum ex
in-

^secundum quã/ damin teriorem consolationem/

UVA.BHSC

500

intentione operantium ad satisfaciendum specialiter pro aliquo dirigunt et sic non est dubium q. ei magis prosint immo sic ei soli ualent.

Ad. 1. Dr ex dictis qr in quantum opera sunt satisfactoria non lumini, sed solutioni assimilant / Ad. 2. q. non directe illud suffragiorum iuuamen meruerunt. sed per merita precedentia se habilitauerunt / Ad. 3. q. expiatio poenę in qua diuites excedunt, quasi nihil est in comparatione possessionis regni coelorum in quo pauperes ~~excedunt~~. meliorantur.

Ar. 13. Vm suffragia facta pro multis tantum ualeant eis ac si pro uno quoq. singulariter fierent?

Videt q. sic. qr nihil deperit delectione alicui. quamuis fiat etiam pro alijs 2. qr etiam in missa quę pro uno celebrat dicunt orationes pro alijs / 3. qr suffragia precipue orationum innitunt diuinę uirtuti. at apud deum sicut non differt iuuare per multos uel paucos, ita non differt iuuare multos aut paucos / Sed contra est q. ecclesia specialiter instituit missas celebrari / secundo qr suffragium habet finitam efficaciam.

Dicendum ut in articulo precedenti distinguendo de ualore suffragiorum in quantum a charitate procedunt. uel in quantum ex

UVA.BHSC di-

directione operantium ad satisfacien
dum pro alijs.
Ad. 1m. Rr q. lectio uel locutio non est per
modum solutionis / Ad. 2. q. et alijs ora
tio fusa prodest licet non principaliter ad
modum dictum / Ad 3. q. procedit ex par
te eius cui orat non ex parte orantis /.

Ar. 14 Vm tantum ualeant suf
fragia illis pro quibus specialiter nō
fiunt quantum illis pro quib; fiūt?
specialia et comunia?
simul?

Et uidet q. si sī tantum ac alij eis iuua
ri meruerunt / 2 qr saltem eucharis
tię oblatio ob sui infinitatem omnib;
ęque proderit / et unum sufficiet.
Sed contra est q. duo bona (qualia sunt
suffragia specialia et cōmunia simul)
magis sunt eligenda /
Dicendum cum distinctione in superio
ribus articulis iam proposita. vnde et
magister circa hoc duas proponit opiniones
Ad. 1. Rr ex supradictis / Ad. 2. q. quis
sit infinitum sacrificium. determina
tus tamen est effectus ad quem ordinat

Quæstio 72 De oratione respec
tu sanctorum qui sunt in pa
tria in. 3. articul diuisa

Ar. 1. Vm sancti cognoscant nostras
orationes? et

UVA.BHSC

Et uidet q. non qr glossa ab Augustino desumpta ex lib. de cura pro mortuis agenda in illud Isai. 63. pater noster es et Abraham nesciuit nos. dicit q. sancti mortui nesciunt quid agant uiui / 2 qr. 4. reg. 4 dicit ad Iosiam Regem ic circo (scilicet qr flevisti) colligam te ad patres tuos. ut non uideant oculi tui mala omnia. quę sum inducturus in locum istum / 3. qr cum charitas in patria sit perfectior experirent uiui se in necessitatibus efficacius a suis existentibus in coelo. qz dum uiuebant. quod tamen non fit. 4. qr neqz angeli beati uidentes verbum omnia in eo cognoscunt quin immo inferiores a superioribus purgant ut dicit 6. cap. coelest. Hierarch. ergo nec sancti nostras orationes / 5. qr solus deus inspector est cordium in quo pręcipue oratio consistit.

Et israel ignorauit nos.

adiuuari

Sed contra est Gregorius lib. 12. moraliū explicans ~~explicans~~ verba Iob. 14. capite. siue nobiles siue ignobiles fuerint filij eius non intelligent / Secundo hoc idem colligit ex eodem in. 2. dialogorum dū dicit animę uidenti deum angusta est omnis creatura etc. / Tertio qr ut ait Hieronimus in epistola contra Vigilantium error est dicere (ut iste asseruit) q. prędicti sancti defectus nostros non cognoscant. Dicendum q. beati quidquid uident, uident in diuina essentia. non tamen omnia uident qr ipsam non comprehendunt. perti

UVA.BHSC net

net ergo ad eorum gloriam habere quicunque ordinate volunt. inter quae computant quę ad ipsos pertinent cognoscere ut indigentibus auxilient. quo nihil est divinius ut dicit. in. 3. cap. coelest. Hierarchię. ac proinde orationes devotiones et vota hominum qui ad eorum auxilium confugiunt certo cognoscunt.

Ad. 1. Rr q. Augustinus intelligit nō de cognitione in verbo quam Abraham ante adventum Christi non habuit. sed de naturali / Ad. 2. q. beati non afficiunt dolore ex suorum infortunijs cognitis. anima autem Iosię non statim a corpore egressa beatificata est. et sic potuisset ex incommodis suorum cognitis tristitia affici. et inde forte motus est Augustinus ea cognoscere non admisserit mortuos / Ad. 3. q. iuvant iuxta beneplacitum divinę voluntatis cui in volito et modo volendi conformant / Ad 4. q. non vident omnia sed ea quę ad perfectionem beatitudinis eorum spectant / Ad 5. q. cogitationes cordium deus cognoscit per se ipsum alij autem in verbo. aut per revelationē

qr plenissunt omni gaudio

Ar. 2 Vm debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis.

Et videt q. non qr voluntas dei de se magis inclinat ad miserendum nobis. ergo non eget patricinio sanctorum / Secundo qr sic semper maiores deberemus interpel.

UVA.BHSC

pellare et non minores qr illi sunt ma
gis deo accepti. / 3. qr nec Christum
qui est sanctus sanctorum et cui ut homo
est orare competit. ad orandum ~~non~~ inter
pellamus / 4 qr qui rogat pro alio pre
ces apud eum quem rogat repræsentat
ut superfluum est deo præces represen
tare. qr omnia novit / 5. qr si sumus
digni etiam si non petamus orabunt pro
nobis. et si indigni non orabunt etiã
si petierimus. ergo superfluum est eos
interpellare /.
Sed contra Job. 5. voca si est qui tibi res
pondeat. et ad aliquem sanctorum conver
tere. et ibi Gregorius / Secundo qr etiã
sanctos qui sunt adhuc in via docet nos
Apostolus interpellare ut pro nobis orent
Roman. 5 / Tertio qr ad id est in litanijs
usus ecclesiæ
Dicendum cum dionisio q per media ul
tima reducunt in deum ac per consequẽs
nos qui peregrinamur a domino in ip
sum per sanctos medios qui ei sunt ma
gis propinqui reducendi sumus.
Ad 1.m Rr q non derogat divinæ virtuti
q per medias causas operet. / Ad. 2. q etiã
minores sancti sunt interpellandi. primo
qr ad minores maior est aliquando devo
tio, secundo obvitandum fastidium eum
dem sæpius invocandi. Tertio qr quibusdam
sanctis datum est in aliquibus specialiter

UVA BHSC

pa

patrocinari / quarto ut omnibus honor debitus exhibeat a nobis. / Et quinto quia multiplicatis intercessoribus largiuntur quandoque deus / Ad. 3. quod ad euitandos errores Arrij et Nestorij constituentis in christo duas personas aut ipsum minorem patre. non dicimus Christe ora pro nobis sed misere nobis / Ad 4. quod preces offerunt sancti non quasi deo incognitam manifestent. sed quia eas ab eo exaudiri petunt uel diuinam de eis consulunt ueritatem / Ad. 5. quod eo ipso quod quis ad sanctum accedit petens dignus constituit.

Ar. 3. Vm orationes sanctorum ad Deum pro nobis effusæ semper exaudiantur.

Et uidetur quod non quia nec pro se exaudiunt ut constat Apocal. 6 dum martiribus petentibus uindictam. Respondet ut requiescant modicum tempus adhuc / 2 quia Hierem. 15. dicit deus si steterit moyses et Samuel coram me non est anima mea ad populum istum / 3. quia neque angeli beati semper exaudiunt ut constat Daniel. 10. de angelo cui restitit Princeps regni Persarum / 4. quia qui orando impetrat meret. at sancti in patria sunt extra statum merendi / 5. quia per omnia conformant uoluntatem suam deo uolentes id quod ipsum uelle nouerunt / 6. quia sic orantes

uolente liberare populum dei

UVA.BHSC

tis pro defunctis liberarent omnino eos a purgatorio. et sic suffragia ecclesiæ superflua essent.

Sed contra. 2. mach. ultimo sic scilicet Hieremias multum orat pro populo et dedit Iudæ sanctum gladium munus a deo / Secundo. idem a fortiori probat Hieronimus in epist. contra Vigilantium / Tertio probatur per ecclesiæ consuetudinem / Dicendum q, sancti uno modo expresse deum pro nobis orant dum votis suis aures divinæ clementiæ pro nobis pulsant. alio modo quasi oratione interpretativa scilicet per merita sua quæ in conspectu domini existentia non solum cedunt eis in gloriam. sed sunt etiam nobis suffragia et orationes quædam sicut et sanguis Christi dicit pro nobis veniam petere. Ad. 1. Rr q, illa oratio martirum non est aliud q3 eorum desiderium de obtinenda stola corporis et societate sanctorum qui salvandi sunt et consensu divinæ iustitiam de puniendis malis. [illegible] sic glossa. Apoc. 6. super illud usq3 quo domine / Ad. 2. q, procedit de moyse et samuele pro statu quo erant in hac vita et malicia populi / Ad. 3. q, illa pugna bonorum angelorum non intelligitur q3 contrarias orationes ad deum funderent. sed q3 contraria merita ad [illegible] divinum

UVA.BHSC

num examen referebant / Ad. 4
q. non sunt in statu merendi sibi sed
bene alijs. uel potius ex merito pręce
denti alios iuuandi. aut dici potest
q. sunt in statu impetrandi et non me
rendi, qr impetratio innitur non iusti
tię sed diuinę liberalitati / Ad. 5 q. ni
hil uolunt nec petunt nisi quod in di
uina uoluntate conspiciunt. nec in fruc
tuose. nam ut dicit Augustinus in lib
de prędestinatione sanct. sanctorum
orationes in prędestinatis prosunt. qr
fortasse prędordinatum est ut interce
dentium orationibus saluent / Ad. 6
q. suffragia ecclesię pro defunctis sunt
quasi quędam satisfactiones uiuenti
um uice mortuorum. Sancti autem qui in
patria sunt non sunt in statu satisfaci
endi et ita non est simile de eorum ora
tionibus et de ecclesię suffragijs.

Quæstio. 73. De signis quæ iudi
cium pręcedent in 3. art diuª

Ar. 1. Vm aliqua signa pręcedent
aduentum domini ad iudiciū

Et uidet q. non. qr. 1. Thessal. 5. dicit. cum
dixerint pax et securitas repentinus eis
superueniet interitus / 2. qr ut ibidem
dicit dies domini erit de nocte et ueniet
tanqs fur / 3. qr. nec primum Christi aduē
tum a prophetis pręcognitum signa pręces
se

UVA.BHSC

serunt / Secundo qr Hieronimus quinde
cim ponit signa iudicium precessura
scilicet in mari et ~~animantibus~~ et flucti
bus eius. in piscibus. in animantibus terre
ullulantibus. in aere. in globis igneis. in
terremotibus. in scissione petrarum. in tro
minibus arescentibus uage et confuse dis
currentibus et tandem morientibus ut
cum mortuis longe ante defunctis resur
gant.

Dicendum q Christus dominus ad
iudicium veniet in forma maiestatis iu
dici competenti et gloriosa eiusmodi autem
aduentum iudicia precedent. que nam
autem illa sint futura ut dicit Augusti
nus certo non constat. quoniam ut ipse
dicit que in euangelijs referunt tempo
re destructionis Hierusalem. et cum con
tinue Christus dominus ecclesiam suam vi
sitat experientia edocemur. ~~ne~~ quamuis
de illis etiam ~~ad~~ iudicium sint euentura
sed et tunc forte fortius conualescent. que
autem Hieronimus ponit non asserit, sed
in annalibus hebreorum se reperisse dicit.
Ad. 1. Rr q tunc erit persecutio malorum
in bonos. et illi ma securitate iudicium non pre
uenient boni uero iudicij signa pertimes
cent. ut citato loco ait Augustinus / Ad. 2
q dies domini dicit tanquam fur qr determina
te eius tempus non agnoscit. quamuis
et sub die iudicij possint illa que manifeste
precedent comprehendi / Ad. 3. q in primo
ad

Sed contra luce 21.
erunt signa in sole
et l. et stellis.

in cometarum mi
rabilium uarie
tate. et siderum

lib. ad Esucium

et ab initio mun
di. et

UVA.BHSC

aduentu. Dominus uenit occultus quam uis determinatum tempus esset cognitum a prophetis et ideo non oportebat eiusmodi signa in primo aduentu apparere.

Ar. 2. Vm sol et luna obscurabuntur circa iudicium? —

Et uidet q sic qr secundum Rabanum super matth. nihil prohibet q in rei ueritate contingat / 2. qr tunc generatio cessauit ad quam est lux in corporibus coelestibus. et non solum motus Vt uoluit Auerroes lib. de substantia orbis / 3. qr corpora inferiora purgabunt (ut quibusdam uidet) a qualitatibus quibus agunt ergo et coelestia non solum a motu purgabunt quo agunt. sed et a luce qua etiam influunt

Sed contra est q sol et luna simul ecclypsari non possunt ut dicunt astrologi / secundo qr potius lux lunae erit sicut lux solis. et lux solis septempliciter ut dicit Isa. 30

Dicendum q si loquamur quantum ad ipsum aduentus domini momentum coeli luminaria non obscurabunt immolucebunt Maxime cum corporibus resurgentibus. obscurabunt tamen tempore propinquo ante iudicium ad hominum terrorem / Ad. 1. Rr ex hoc / qr procedit de tempore praecedente iudicium / Ad. 2. q lux est etiam ad decorem / Ad. 3. q in qualitatibus (quamuis non sit probabile q ab elementis sint remouen

UVA.BHSC

uendę) est contrarietas in agendo. et in motu est imperfectio (est enim actus imperfecti) quę luci minime competunt.

Ar. 3. Vm virtutes coelorum domino veniente cōmoueantur?

Et uidet q. non q. sunt angeli beati. at immobilitas est de ratione beatitudinis) 2. q. admiratio procedit ex ignorantia ergo non poterunt per admirationem moueri. ut dicit magister) 3. q. omnes angeli iudicio astabunt Apoc. 6. ergo nō magis de virtutibus dici debuit q. moueantur) Sed contra Iob. 16 columnę coeli pauent aduentum eius. idest uirtutes) Secundo q. matth. 25. dicit q. stellę cadent de coelo et uirtutes coelorum cōmouebuntur) Dicendum secundum dionis. 1. cap. coel Hierarch. q. virtutum nomen sumit et generaliter pro omnibus angelis. et specialiter pro uno ex ordinibus medię Hierarchię et utrique mouebunt. specialiter tamen angeli istius ordinis. q. sunt qui miracula faciunt ut ait gregorius. et qui coelos mouent, quę omnia in mundi fine cessabunt — Ad. 1. Rr. q. procedit de immobilitate naturę. non de vicisitudine cogitationū ut dicit Augustinus) Ad. 2. q. illa admiratio non nascit ex ignorantia. sed manifestat q. deum non comprehendunt) Ad. 3. ex dictis.

(cum in deo ut ait gregorius omnia uideant)

Quaestio. 74 De igne ultimę conflagrationis. in. 9. Articulos diuª

UVA.BHSC

Ar

Ar. 1. Vm mundi purgatio sit futura

Et videtur quod non quia creaturę omnes mundę sunt act. 10 / 2. quia in elementis non erit immundicia culpę. quam purgat divina iustitia / 3. quia purgatur id a quo aufertur extraneum. at in elementis si quid extraneum est de mixtis est. quę potius perfectionem addunt ad corpora simplicia sed contra est quod elementa innovabuntur ergo purgabuntur / secundo ad idem est glossa. 1. corint. 7. in illud pręterit figura huius mundi ~

Dicendum quod cum mundus propter hominem factus fuerit. homine glorificato. et a corruptione corporis et infectione culpę liberato. mundum etiam et elementa suo modo clarificari. et a corruptionibus emundari convenit (quamvis res inanimatę culpę non sint capaces. loca tamen in quibus aliquid turpe et indecens patratum est spiritualibus reddunt inępta.

Ad. 1. Pr ex dictis contra Manichęos / Ad 2. similiter / Ad. 3. quod mixtum est nobilius quantum ad perfectionem speciei. sed non quantum ad stabilitatem durationis quia simplex corpus non habet unde corrumpat maxime secundum se totum et ultra hoc nobilius esse habet corpus simplex secundum se existens quam existens in mixto. quia in mixto corpora simplicia sunt quodammodo in potentia. in se autem perfecte

quia creaturę non habent in sua substantia malicię commixtionem.

UVA.BHSC

Ar.

Ar. 2 vm̃ mundi purgatio sit futura per ignem?

Videt q̃ nõ q̃ et ipse ignis tanq̃ pars mundi purgabitur / 2. q̃ etiam aqua habet vim purgatiuam et specialiter ad aliqua ut in lege veteri / 3. q̃ ad purgationem requirit segregatio partium quę sicut in mundi principio immediate a deo facienda erit. ut etiam Anaxagoras sensit.

Sed contra dicit in psalm ignis ante ipsum pręcedet. et addit de iudicio aduocabit coelum de sursum, et terram discernere populum suum / Secundo. q̃. 2. Petr. ultimo dicit. coeli ardentes soluent. et elementa ignis ardore tabescent.

Dicendum q̃ ignem mundus purgabit et disponet ad futuram gloriam. q̃ et lucidus est, et minus permixtus. et magis remotus in sua sphera a nostra habitatione ac proinde non ita sicut alia inficit elementa.

Ad. 1 R. q̃ ignis non uenit ad nos in materia propria et sic purgabit. sed purgabit prout est in materia aliena) Ad. 2. q̃ purgatio diluuij facta est contra ignem concupiscentię. in fine autem refrigescet charitas. et impuritas pręualebit ad quod magis facit ignis / Ad. 3. q̃ ad de nouo condendum fuit necessaria sola creatoris virtus sed ad reducendum in pristinam puritatem poterit natura creata

UVA.BHSC mi

ministerium exhibere creatori ~//.

Ar. 3. Vm̄ ignis quo mundus purgabit sit eiusdem speciei cum igne elementali?

Et videtur q, nō. qr ille ignis quattuor elementa consumet ut dicit. 2. Petr. ultimo, at nihil seipsum consumit / 2 qr ille ignis habebit aliam ab elementali virtutem / 3. qr habebit alium motum scilicet circumquaq; ut cuncta purgare possit. Sed contra est Augustinus lib. 20 de ciuit. et glossa. 1. corint. 7. / secundo qr ~~[illegible]~~ prima purgatio ~~[illegible]~~ mundi facta est per aquam elementarem / Dicendum q, ille ignis eiusdem erit speciei cum isto elementali (non quidem qr descendat a sua sphera ut aqua in diluuio ascendit, aut qr generet virtute coelestium corporum in loco mundi medio per irradiationem aut reflexionem in nubibus densis sicut fit per speculum a sole) sed concurrentibus omnibus causis quę ignire poterunt tam superioribus q̄ inferioribus. Et sic mundi conflagratio fiet nō naturali rerum cursu. sed diuina virtute / Ad. 1. Rr q, ~~[illegible]~~ unus ignis ab alio numero distinctus illum destruit consumendo materiam eius / Ad. 2. q ille ignis aget ut instrumentum diuinę virtutis siue sit ~~[illegible]~~ alterius speciei. siue eiusdē

ut

UVA.BHSC

ut dictum est. Et hoc siue dicat q illa
uirtus est aliqua qualitas absoluta,
siue intensio quedam. sicut de instru
mentali uirtute ~~[illegible]~~ dictum est. in. 1. dis
tinctione / Ad 3. q ignis ex propria natu
ra non fert nisi sursum. sed ut sequit
materiam combustibilem Deorsum etiã
tendit. Et maxime ut instrumentum
diuinę uirtutis.

Ar. 4. Vm̃ ignis ille purgabit etiam coelos superiores?

Et uidet q sic. qr in psalmo dicit opera
manuum tuarum sunt coeli. ipsi peribunt
2. qr. 2. Petri 4 dicit coeli ardentes soluẽ
t. et elementa ignis ardore tabescent /
3. qr ignis ille eo erit ut tollat a corpo
ribus indyspositionem glorię. sed in pre
dictis coelis est indyspositio culpae quę in
eis cõmissa est a principio. et naturalis
etiam defectus ut ponderat glossa in illud
Roman. 8. omnis creatura ingemiscit
et parturit usq; adhuc " " " —

contrariam perfectionj.

Sed contra est q eiusmodi corpora pere
grinę impressionis receptiua non sunt
Secundo. qr glossa. 2. thessal. 1. ignis ait
qui precedet deum in iudicio tantum oc
cupabit. quantum aqua quę fuit in di
luuio. Dicendum q in corporibus coelesti
bus nihil inuenit. contrarium perfectioni
glorię aut uniuersi inhęrens ipsis. sed mo

indyspositionis

tus

UVA.BHSC

tus tantummodo localis. Sic autem nõ tollit per aliquid contrarium. sed cessabit sola uoluntate diuina, quæ eis loco purgationis erit.

Ad. 1. Rx cum Augustino q illa purgatio intelligenda est de coelis aereis / uel si de superioribus q peribunt quantũ ad motum qui in eis cessabit / Ad. 2. q Petrus se ipsum exposuerat loquens de coelis aereis / Ad 3. q procedit de motus uicissitudine qua tempore subiiciuntur ut ait Ambrosius.

Ar. 5. Vm̃ ignis ille alia elemẽta consumet?

Et uidet q sic. qr glossa Bedæ. 2. Petri ultimo ad minus ait q duo elementa consumet. et duo purgabit / 2. qr. Apoc 2. dicit q primum coelum et prima terra abijt. et mare iam non est ubi per coelum iuxta Augustinum aer intelligitur. / 3. qr sic non ageret in elementa nisi ea in suam substantiam conuertendo ac proinde omnino ea consumeret / 4 qr forma ignis est nobilissima. elementa autem in nobilissimam formam sunt tunc transmutanda /

Sed contra est quod dicit glossa 1. corint 7. in illud præterit figura huius mundi / secundo qr eiusmodi secunda purgatio respondebit primæ factæ per aquam. illa autẽ nõ

UVA.BHSC

non corrupit elementorum substantiam
Dicendum q circa hoc quidam putaue
runt q omnia elementa manebunt qu
antum ad materiam. et mutabunt quã
tum ad suas perfectiones taliter tamen
q aer et terra solũmodo retinebunt suas
formas substantiales. et sic Apocal. 12 nõ
fit mentio nisi de coelo et terra. Alijs
serunt q manebunt omnia elementa
cum suis formis substantialibus sed ta
men sine qualitatibus actiuis et passiuis
sed fallunt utriq; tam secundum uerã
philosophiam q sacram theologiam
ac proinde asserendum est q manebũt
elementa quantum ad substantiam
et qualitates eorum proprias. sed purga-
bunt ab infectione quam ex peccatis ho
minum contraxerunt. et ab impurita
te quę per mutuam actionem, et passio
nem in eis accidit.
Ad. 1. Rr q intelligit quatenus qualita
tes ignis et aquę (ut pote magis actiuę) ma
gis a suis excessibus temperabunt vel in
telligit de aere et aqua ob uarios horum
elementorum motus / Ad. 2. q per mare
iuxta Augustinum. 20. deciuit. intelligi
potest pręsens ęculum. uel mare non
quantum ad substantiam, sed dispositionẽ
et modum / Ad. 3. q ignis aget uirtute diui
na non consumens alia sed ignita reddens
dum purgat. sicut patet in ferro canden
te

UVA.BHSC

te / Ad. 4 q, licet forma ignis sit perfec
tior. perfectioni tamen universi adver
sat q, omnia elementa in ignem con
uertant.

Ar. 6. Vm omnia elementa per
illum ignem purgabunt?

Videt q, non qr non ascendet magis
q3 aqua diluuij. ergo non attinget ad ig
nem in sua sphera purgandum / 2. qr
glossa Apocal. 21 de aqua dubitat an sit
purganda. qr purgationem in se ipsa ha
bere credit / 3. qr in inferno (qui inter
elementa computat) erit perpetua in
fectio / 4 qr paradyssus terrestris ad ter
ram pertinet, qui tamen non purgabit
sicut neq3 ad illum diluuij aquæ pertige
runt Sed contra est glossa inducta. 2. Pe
tri ultimo. Dicendum (licet alij usq3
ad sumitatem spacij continentis quattu
or elementa ascensurum dixerint) q, ignis
ille non ascendet nisi usq3 ad medium ae
ris interstitium quo usq3 aquas diluu
uij ascendisse probabile est scilicet quin
decim cubitos supra altiorum montium
altitudinem. Primum ergo concedimus
Ad. 2. q, non habet ium purgatiuam illi
statui sufficientem / Ad 3. q, ex illa purga
tione quidquid imperfectionis a sanctorum
habitatione removebit. et quidquid fœdi
fue

UVA.BHSC

fuerit ad locum damnatorum congregabi
tur / Ad. 4 q. sicut e coelo sic e paradys
so qui peccauerunt statim sunt eiecti ac pro
inde neuter locus purgatione indiget.

Ar. 7. Vm ignis ultimae confla
grationis iudicium debeat sequi.

Et uidet q. sic qr Aug. 20 de ciuitate in
terea quae in iudicio futura sunt post
malorum a bonis diuisionem. mundi
conflagrationem. eiusq; innouationē
ponit / 2. qr idem sanctus ibidem ait
q. iudicatis impijs conflagratio fiet / 3
qr cum dominus ad iudicandum uene
rit aliquos uiuos reperiet. 1. thessal
4. sed hoc non esset si mundi conflagra
tio praecederet. ea enim extinguerent /
5. qr dominus iudicabit mundum per
ignem. hoc autem ad ultimam sentē
tiae executionem pertinere uidet
Sed contra dicit in psalmo. ignis ante ipsū
praecedet / Secundo qr resurrectio praecedet
iudicium. ut omnes uideant Christum
iudicantem. at mundi conflagratio re
surrectionem praecedet.
Dicendum q. mundi conflagratio quan
tum ad sui initium (disponet enim et
renouabit ad gloriam. 1. thessal 4. 1. cor
11. et Roman 8) iudicium praecedet. sed
quantum ad aliquem actum. qui scilicet
est inuoluere malos iudicium sequet

et mundi purga
tionem

UVA.BHSC Ad.

Ad. 1. et 2. Rr q. Augustinus loquitur de ordine uenturorum in iudicio opinando ut ibidem constat expressé. Ad. 3. q. omnes morient et resurgent sed tamen illi dicunt uiui reperiri, quiusq3 ad tempus conflagrationis uiuent in corpore / Ad. 4. q. procedit de actu quo ignis ille inuoluet malos.

Ar. 8. Vm̃ ignis ille habiturus sit talem effectum in hominibus qualis designat.

Et uidet q. non qr corpora peccatorum potius conseruabunt in ęternum puniendа, q3 consument ut in littera magister dicit / 2. qr ignis ille etiam remunerabit cum alijs elementis, ergo non deiiciet in infernum cum damnatis, precipue cum sit elementorum nobilissimũ / 2. si dicat q. resoluet malorum corpora in cinerem. et sic dicet consumere contra qr sic etiam corpora bonorum in cinerem resoluet / 3. qr a fortiori conuenit elementa quę sunt in mixtis homine N. g. qui est subiectum peccati purgari siue in bonis siue in peccatoribus. si purganda sunt in seipsis / 4 qr in tempore illius conflagrationis ad huc tam boni q3 mali erunt in uia ergo utriq3 purgabiles in sui compositione / ne

5.

UVA.BHSC

§. qr illa conflagratio fiet in momẽ
to. in quo non poterunt purgari mul
ta purgabilia quę in multis inueni
ent Dicendum q, ille ignis quatenus
aget propria uirtute tam malorum quam bo
norum corpora resoluet. sed prout diui
ne uirtutis instrumentum ~~[illegible]~~ acti
one sua sine dolore aget in corpora bono
rum in quibus nihil purgandum inue
nerit. ~~[illegible]~~. quantum uero
ad actum quem post iudicium habe
bit solum aget in damnatos
Ad. 1. Rr q, consumptio ibi accipitur
non pro annihilatione, sed pro reso
lutione in cinerem / Ad 2 q, bonorum
corpora qui purgatione non egerunt
ex resolutione dolorem non sentient
sicut nec pueri in camino ignis / Ad
3. q, in mixtis bonis fiet illa purgatio ad
modum dictum sine cruciatu doloris
Ad. 4. q, ignis aget etiam ut diuine vir
tutis et iustitię instrumentum / Ad 5
q, qui uiui reperient ex tribus causis
subito purgari poterunt. tum qr pau
ca post tot terrores purganda inueniẽ
tur in eis. Secundo qr uoluntarie poenam
sustinebunt quę ut sic suscepta magis
purgat quam post mortem inflicta / tertio
qr calor ille recuperabit in intensione
quantum amittit in temporis breuita

UVA.BHSC

te

Ar. 9 Vm̄ ille ignis inuoluet re probos.

Et uidet q̄ non q̄ matth. 3. in illud purgabit filios leui. glossa ponit duo signes scilicet qui pręcedet iudicium ad purgandos electos. et qui cruciabit reprobos. Sic autem erit in inferno / 2 q̄ etiam ille ignis cum alijs elementis debebit purgari et non in infernum cum damnatis detrudi / 3. q̄ ignis conflagrationis non est ab ęterno pręparatus sicut inferni qui reprobos inuoluet. ut habet matth. 25. et Isai. 30. cum glossa

Sed contradicit in psalmo inflamabit in circuitu inimicos eius / Secundo. q̄ ad idem est locus daniel. 7. de igne fluuio egrediente a facie eius. ut ait glossa -

Dicendum q̄ purgatio mundi ob homines fiet ut Lucę. 3. innuit. quidquid ergo subtile et lucidum in elementis fuerit sursum manebit ad conformitatem electorum. quod autem grossum et reprobum cum damnatis descendet. ut ait Basilius in illud psalmi uox domini intercidentis flamam ignis.

Ad. 1. Rr q̄ idem ignis purgabit electos et conflagrabit mundum (licet quidam contrarium tenuerint) dicunt autem duo ignis et quantum ad officium. et quodammodo quantum ad substantiam. q̄ non tota substantia ignis purgantis in infer

num

UVA.BHSC

num detrudet / Ad. 2. q. remunerabi / et qr grossum eius detrudet in infernū Ad. 3. q. vile et reprobum in igne conflagrationis addet igni inferni ad poenam damnatorum. sicut clarum et subtile remanebit ad maiorem gloriam bonorum post iudicium.

Quaestio 75 De Resurrectione in tres articulos diuisa.

Ar. 1. vnisit futura corporum resurrectio? Et iudet q. non qr Iob. 14. dicit q. homo cū dormierit non resurget donec atteret coelum. at coelum nunquam atteret / 2. qr Matth. 22. probat dominus resurrectionē qr est deus Abraham, Isaac et Iacob. viuentium scilicet et non mortuorum. at illi non corpore sed anima viuebant / 3. qr. corpus instrumentum animae est ergo cum Apostolus. 1. corint. 15. rationem resurrectionis ex remuneratione laborum concludat et haec sufficienter fiat in anima habet intentum / 4. qr ultimus status animae est separatio eius a corpore. ergo non redit ad corpus, sicut neque ex viro fit puer / 5. qr ~~nec~~ de morte aeterna ob culpam spiritualiter inductam non fit regressus. ergo nec de temporali / Sed contra Iob. 19. in nouissimo die de terra surrecturus sum. et. r. c. p. m / Secundo qr donum Christi maius est quam peccatum Adae, quo mors inducta est / 3 qr membra debent corpiti scilicet Christo quia iam non moriuntur conformari //.

ultimum in re est perfectissimū in ea. at

Dicen-

UVA.BHSC

Dicendum q. in hac uita perfecta beatitudo esse non potest ut quidam falso putauerunt quos confutat Augustinus lib de ciuitate dei. neq; solum anima beatificabit post mortem ut alijs uisum est. neq; sola anima est hominis substantia et corpus tanq; instrumentum ut alijs placuit. quos redarguit Philosophus 2 de anima. Ac proinde cum homo in hac uita beatus esse nequeat necessarium est resurrectionem ponere.

aut ~~sunt~~ nautę nauis

Ad. 1. Rr q. dicet alteri quantum ad effectum uirtutis influentis / Ad. 2 q. cum illa verba proferebant a domino erat ordo animę Abrahę ad resurrecturum corpus ac proinde subtiliter comprobat in illis corporum resurrectio / Ad. 3. q. operatio et retributio sunt coniuncti ex anima et corpore. purgatio autem quę fit in purgatorio non dicit simpliciter retributio q. Ad. 4 q. cęteris paribus perfectior est status animę in corpore q; extra corpus q. de sua ratione est pars compositi. et est conformior deo simpliciter / Ad. 5. q. peccatum Adę (per quod est introducta mors corporalis est morte Christi deletum ac proinde poena illa non manet in ęternum)

Ar. 2. Vm resurrectio sit futura omnium generaliter?

Et uidet q. non q. surrectio futura est in iudicio. at in psalmo dicit; non resurgent impij in iudicio / 2. q. dan. 12. solum dicit

q.

UVA.BHSC

515

q multi qui dormierunt in puluere, e
uigilabunt. non autem dicit q omnes /
3. qr in resurrectione conformabimur
christo domino. 1. corint. 15. at ipsi so
lum conformabunt iusti. qui ipsius
imaginem portauerunt / 4 qr poena
non aufert nisi ablata culpa. sed mors
est poena originalis peccati quod multis
nunqz dimittet. ergo tales non resur
gent / 5. qr sicut per gratiam christi re
nascimur. sic et per eam resurgemus
sed pueri morientes in maternis ute
ris non possunt renasci. ergo nec resur
gere. Sed contra dicit Ioannis. 5. omnes
qui sunt in monumentis audient vo
cem filij dei. et qui audierint viuent / Se
cundo. 1. cor. 15. omnes resurgemus / Ter
tio qr resurrectio necessaria est ut omnes
pro meritis supplicia recipiant aut pre
mia. Dicendum q anima in perfectio
ne ultima speciei humanę non potest
esse a corpore separata. ac proinde omnes
homines resurgent: quod enim ratione
speciei conuenit, omnibus in diuiduis con
ueniat necesse est.

Ad. 1. Rr q procedit de spirituali resurrec
tione / uel de infidelibus qui non iudicabun
t iudicio discussionis qr iam iudicati sunt /
Ad. 2. q multi iuxta morem scripturę
ut ait Augustinus. sumit pro omnibus
uel particulatio intelligit quantum ad
pueros damnatos in limbo / Ad. 3. q om
nes

UVA.BHSC

nes conformant Christo in his quę ad naturam speciei pertinent quę in resurrectione reparanda sunt / Ad 4 q. poena originalis peccati est mori (quam iam exoluerunt) non morte detineri / Ad. 5. q. illi resurgent propter conformitatem naturę ad ipsum. resurgimus enim per gratiam Christi. qua factum est ut naturam nostram susciperet

Ar. 3. Vm̄ Resurrectio sit naturalis.

Videtur q. sic qr cōmuniter in omnibus inuenitur. ac per consequens iuxta Damascenum naturam characterizat / 2. qr. ut dicit Gregorius 14. moral natura id continuo docet in elementis mundi. et lucē. et seminibus ut habet. 1. corint. 15 / 3. qr uita quę reparabit post resurrectionem erit perpetua, ergo non uiolenta, ergo naturalis / 4 qr ad resurrectionem tota naturę reparatio intendit. ut innuit Rom 8 / 5. qr resurrectio terminat ad perpetuam unionem animę cum corpore. quę est omnino naturalis /.

solis

Sed contra est q. a priuatione ad habitū non est regressus per naturam / Secundo qr naturalis motus quo homo oritur est generatio. ex simili in specie. quia non est in resurrectione. Dicendum

UVA.BHSC

Dicendum q motus siue actio aliqua potest se habere ad naturam tripliciter scilicet uel cuius natura neq est principium nec terminus. ut glorificatio. uel motus lapidis ad quietem uiolentam sursum. uel secundo est motus cuius terminus est natura sed non principium ut illuminatio cęci uel fructuum accelerato per artificium facta. et tertio cuius principium et terminus est natura ut patet in motu lapidis deorsum quamuis ergo ponat esse aliqua potentia passiua ex parte corporis siue etiam inclinatio quęcunq ad animę coniunctionem. non est talis q sufficiat ad rationem motus naturalis unde resurrectio simpliciter loquendo est miraculosa non naturalis nisi secundum quid. Ad. 1. Rr q procedit de illis rebus quę inueniuntur in omnibus indiuiduis ex ipsis principijs naturę / Ad. q procedit quantum ad quamdam similitudinem adminiculantem / Ad. 3 q procedit de operatione terminata ad illud, quod non est per naturam, sed naturę contrarium hoc autem non est in resurrectione / Ad 4 q ad ultimum finem ad quem tota expectatio naturę intendit non potest perueniri opere naturę. / Ad. 5. q non potest esse motus naturalis qui terminat ad quietem uiolentam potest tamen esse mo

et talis motus quandoq a principio est supra naturam

quandoq a principio alio quocunq

quod autem principium sit natura et non terminus esse non potest

UVA.BHSC tus

tus non naturalis qui terminat ad-
quietem naturalem.

Quæstio. 76. De causa resur
rectionis in. 3. artic. diuª.

Ar. 1. Vm̃ Christi resurrectio sit
1. causa nostrę resurrectionis?

Et uidet q, non qr ea posita statim sequu
tus fuisset effectus resurrectionis omni-
um hominum / 2. qr etiamsi Christus
non resurrexisset esset hominum re
surrectio cum non deesset deo alius mo
dus liberandi hominem / 3. qr idem est
factiuum unius in tota una specie com
muni. ergo resurrectio Christi esset causa
etiam sui ipsius / 4 qr in effectu semper
relinquit aliquid de similitudine cau-
sę. at in resurrectione malorum. nihil
inueniet de similitudine resurrectio
nis Christi

Sed contra est q, primum in unoquoq3
genere est causa aliorum. talis autem est
in hoc resurrectio Christi. 1. corint. 15. et
Apocal. 1. / Secundo qr resurrectio Chris
ti magis conuenit cum nostra resurrectio
ne corporali. q3 cum spirituali. sed huius
est causa ut dicit Rom. 4. ergo et illius
Dicendum q, sicut a morte spirituali libera
ri non possumus nisi per gratiam Christi
de cuius plenitudine accipimus Ioannis. 1.

Sic

UVA.BHSC

sic neq; a morte corporali nisi per resurrectionem eius. est ergo causa nostrę resurrectionis prima et quasi ęquiuoca Christus inquantum deus. est autem causa proxima et quasi uniuoca inquantum est deus et homo resurgens. ipsa uero dominica resurrectio. uirtute diuinitatis adiunctę est causa quasi instrumentalis nostrę resurrectionis. ut ex Rom. 8. et Damasceno lib. 3. et matth. 8 colligit Ad. 1. Rr q. est causa nostrę resurrectionis. mediante tamen diuina uoluntate quę est propinquissima effectui. et quando ipsa determinauerit / Ad 2. q. diuina prouidentia hunc modum prefixit ut resurgeremus. cum alios inuenire posse minime dubitandum sit / Ad 3. q. resurrectio Christi causat a diuinitate immediate. sed aliorum resurrectio mediante Christo homine resurgente. / Ad 4 q. in omnibus hominibus resurgentibus ~~etiam malis~~ erit conformitas ad Christum quantum ad naturam, sed in bonis erit etiam conformitas quantum ad ea quę sunt glorię

Ar. 2. Vm uox Tubæ sit causa nostræ resurrectionis?

Videt q. non qr ut ait Damascenus causa resurrectionis credenda est diuina uoluntas, virtus, et nutus / 2. qr. frustra formabit uox ad non audientes. quales erunt mortui / 3. qr etiam si illa uox haberet uirtutem supernaturalem a deo

da

UVA.BHSC

datam iuxta illud psalmi dedit uoci
sue uocem uirtutis (scilicet ad suscitan
dos mortuos ut dicit glossa) ad huc resur
rectio esset naturalis. sicut visus ceco
datus / Sed contra dicit. 1. Thessal 4 ipse
dominus in tuba dei descendet de coelo
et. mort. q. in. C. s. r. primi / Secundo
qr Ioannis. 5. dicit q qui in monumē
tis sunt audient uocem filij dei. scilicet
tube Dicendum q mouens et motum
faciens et factum ut dicit in 8. physic
simul esse oportet. Christus autem com
muni aliquo signo dato nostram cau
sabit resurrectionem. scilicet uoce
a se emissa. uel sola sui apparentia
que uicem imperij habebit ut ait gre
gorius. et hec uox dicet tuba ad si / uel
militudinem tubarum in ueteri lege / rent
quibus populus congregabat ad concili
um. cōmouebat ad prelium. et uocaba
t ad festum. que in iudicio fient erit
enim concilium iudicij. prelium orbis cō
tra insensatos. et festum eterne sole
mnitatis.
Ad. 1. Rr q damascenus in illis verbis cir
ca materialem causam resurrectionis
tria tetigit scilicet uoluntatem diuinā
que imperat. Virtutem, que exequit
et facilitatem exequendi in nutu / Ad
2 q et verba sunt forme sacramentorum
non qr audiunt sed qr proferunt et iudi
cium de uoce excitante dormientem se
quit

UVA.BHSC

quia excitationem et non est causa eius
Ad. 3. q. virtus illi voci data non est ens
perfectum in natura. sicut et quae est in
formis sacramentorum.

Ar. 3. Vm ad Resurrectionem angeli operentur?

Et videtur q. non. qr nec prima coniunctio
animae ad corpus fit angelorum minis
terio / 2 qr maxime pertineret ad vir
tutes, quorum est miracula facere. at
magister Archangelis hoc tribuit.
Sed contra. dicit. 1. Thessal. 4. q. domi
nus in voce archangeli descendet de
coelo. et. m. r.
Dicendum cum Augustino. 3. de trinit
q. sicut corpora grossiora et infirmiora
per subtiliora et potentiora regunt. sic
omnino corpora regunt a deo per spiri
tum vitae rationalem quod et gregor
4. dial. tangit. et ita collectio cinerum
et eorum praeparatio in resurrectione fi
et ministerio angelorum. animae tamen
infusio immediate a deo sicut et glori-
ficatio tam ipsius animae quam corporis.
Et sic Rr ad. 1m / Ad. 2. q. illa vox erit
michaelis praefecti ecclesiae. sicut fuit o-
lim synagogae. aget tamen ex influentia
virtutum. et superiorum ordinum. et
inferiores ex influentia ipsius michae
lis specialiter qui fuerint deputati ad
custodiam hominum eorum cineres colli-
gent. ac proinde vox illa poterit dici unius
et plurium angelorum. //

in generatione

Quas.

UVA.BHSC

Quæstio 77. De Tempore et modo resurrectionis. in 4or Articulos diuª.

Ar. 1. Vm̃ eiusmodi tempus differri debeat usq; ad finem mundi? ut omnes simul resurgãt?

Et uidet q̃ non. q̃ Christus non distulit usq; tunc suam resurrectionem, at maior est conuenientia capitis ad membra / 2 q̃ maxime coniunctorum ad Christum non est dilata resurrectio ut pie debeata virgine credit. et de sancto Ioanne euangelista. ergo similiter dicet de alijs quo magis habuerint de gratia / 3. q̃ et cum Christo multa corpora sanctorum ex uęteri testamento resurrexerunt / 4 q̃ post resurrectionem martirum computant multi anni usq; ad resurrectionem aliorum. Apocal. 20 mille / Sed contra Iob. 9 homo cum dormierit non resurget donec atterat coelum / secundo q̃ hebr. 11. et Philipp. 3. idem colligitur / Dicendum cum Augustino 3. de trinit. q̃ tota materia corporum inferiorum subiacet uariationi secundũ motum corporum coelestium. unde esset contra ordinem quem diuina prouidentia rebus statuit si materia rerum inferiorum ad statum incorruptionis perduceret manente motu superiorum corporum. ac proinde resurrectio corporum

us

UVA.BHSC

usq; ad finem mundi differet in quo
cessabit coelimotus /
Ad. 1. q. Rr illo dato. caput tamen habet su
pra membra causalitatem quamdam
qua membra carent ac proinde Christi
resurrectio precedit resurrectionem omni
um in fine futuram / Ad. 2. q. nullum
membrum attingit perfectionem capi
tis ut sit exemplar resurrectionis alio
4. q. si quibus accelerata est resurrectio
contigit ex privilegio speciali / Ad. 3. q.
Hieronimus circa resuscitatos cum do
mino dubitat an vere fuerint resuscita
ti iterum non morituri. quidquid autem
sit conveniens fuit q. essent de veteri
testamento ad testimonium de fide
resurrectionis novi ~~testimonium~~ reddi
turi. q. si in sacro textu innuit eorum re
surrectio precessisse dominicam resurrec
tionem per anticipationem intelligi
debet / Ad. 4. (excluso errore Ciliasta
rum hereticorum) cum Augustino. 20. decimo
q. millenarius annorum non designat
certum numerum. sed totum tempus
quod nunc agitur in quo sancti cum Christo
regnant. q. numerus millenarius de
signat universitatem magis q. cente
narius. eo q. centenarius est quadratum
denarij. sed millenarius est numerus
solidus ex duplici ductu denarij in seipsum
surgens q. decies decem centum sunt, et
centum decies mille sunt. Et similiter in
psalm. Verbi quod mandavit in mille ge
nerationes. idest. in omnes.

Ar.

UVA.BHSC

Ar. 2 vm̄ tempus resurrectio-
nis nostrę sit occultum?

Et iudet q, non qr principium Mundi
determinate scit. ergo et finis eo qs
omnia determinant quadam periodo
ut dicit in. 2. de generatione / 2. qr
Apocal. 12 et daniel. etiam. 12 po-
nit determinatus numerus dierum
per quos anni significari uident. ad
id tempus significandum / 3. qr scimus
determinate status ueteris testamen-
ti durationem. ergo et noui scitur / 4.
Sed contra qr etiam angelis ignotus est
dies ille Matth. 24 / Secundo qr Apos-
tolis qui ut dicit Roman. 8. primicias
spiritus habuerunt. dicit actorum. 1 no
est vestrum nosse tempora uel momen-
ta quę pater posuit in sua potestate /
Dicendum cum Augustino lib. 83. qq
q, etas senectutis mundi quę est ab
aduentu domini usqz ad finem mundi
quibus generationibus computet incer-
tum est (ac sic decepti sunt qui. 400
annos. aut qui 500. aut qui 1000 as-
signarunt) qr et senectus naturalis
solet per plures solet annos extendi qz
alię etates simul sumptę. et tale tem-
pus nec per reuelationem sciet. ut acto-
rum 1. apostolis denegari constat. neqz
per rationem naturalem ex motu coe-
li desumptam, qr motus circularis in ę-
ternum durare potest licet eius princi-
piū

de muliere pas-
cenda diebus. 1260 /

UVA.BHSC

pium cognoscamus. Et sic Rr ad Primū
Ad. 2 q, tempus illud Apocal. refert
ad tempus prędicationis Christi domini
trium scilicet annorum cum dimidio
et tempus Danielis ad illud referri
debet quo Anti Christus prędicabit /
Ad. 3 q, in novo et veteri testamento
non est necessarium q, singula respon
deant singulis. Et sic Augustinus. 18
de civit. non approbat quod prophetice persecutio
nes ecclesię singulę singulis responde
ant ęgypti plagis ut quidam putave
runt. nec coniecturę Abbatis Joachim
similiter in plurimis defecerunt.

Ar. 3. Vm Resurrectio sit futura
noctis tempore?

Videt q, non. qr attrito sęculo (ut ait
Job) non erit tempus diei aut noctis / 2
qr finis unius cuiusqz rei debet esse per
fectissimus / 3. qr tunc potius illumi
nabunt abscondita tenebrarum et consi
lia cordium. ut dicit. 1. corint. 4 /
Sed contra est q, resurrectio Christi quę est
exemplar nostrę resurrectionis contigit
de nocte teste gregorio in homil. paschę
Secundo qr lucę. 12 adventus domini ad
iudicium adventui furis comparatur /
Dicendum q, licet certo non sciat proba
biliter tamen tenet q, resurrectio erit in
crepusculo sole existente in oriente, et lu
na in occidenti. in qua dispositione solet

UVA.BHSC

Luna credunt esse creata. ut sic eorum circulatio penitus compleatur per reditum ad idem punctū.

Ad. 1. Rr q, erit non tempus sed terminus temporis in quo sidera manebunt in ~~puncto~~ ea dispositione qua nunc sunt in tali aut tali hora / Ad. 2. q, optima dispositio est in meridie. sed tunc civitas illa illuminabit a claritate dei. non indigens sole aut luna / Ad. 3. q, illi tempori congruit manifestatio quantum ad gerenda, sed occultatio quantum ad ipsius temporis determinationem) et ideo non incongruet si resurrectio fiat in die uel in nocte.

Ar. 4 Vm Resurrectio futura sit subito uel successiue.

Et uidet q, successiue qr Ezech. 37 ubi insinuat resurrectio dicit q, accesserunt ossa ad ossa et extensa est cutis et spiritū non habebant etc / 2 qr ad resurrectionem concurrent plures actiones successiuae. ut collectio cinerum. reformatio corporum. et animę infusio) 3. qr sonus tubę tempore mensurabit / 4 qr ad cinerum collectionem aliquis motus requirit qui necessario fit in tempore.

Sed contra. 1. Corint. 15. in momento resurgemus in ictu oculi / Secundo qr uirtus infinita (qua secundum Damascenum resurrectio fiet) in instanti operat.

Dicen

UVA.BHSC

Dicendum q, quę in resurrectione fient ministerio angelorum in tempore fient imperceptibili tamen. quod autem fiet diuina uirtute fiet subito in termino scilicet, quo angelorum operatio complebitur. Ad. 1. Rr q, Ezechiel Rudi populo successiue fienda expressit quę contingent subito. sicut et moyses teste Augustino creationem rerum simul factam per sex dies / Ad. 2. q, illę actiones quamuis se natura consequantur sunt tamen simul tempore uel una in instanti ad quam alia terminatur / Ad. 3. q, ille sonus in ultimo sui instanti effectum suum habebit / Ad 4. ex dictis q, illa collectio fiet in imperceptibili tempore

Quæstio 78. De Termino Resurrectionis in 3. art. diu.

Ar. 1. Vm mors futura sit terminus a quo resurrectionis in omni

Et uidetur q, nō qr in symbolo dici (bq) tur q, dominus ueniet iudicare uiuos et mortuos. et constat q, non loquitur de ipso iudicij tempore qr tunc omnes erunt uiui. ergo de pręcedenti et sic non omnes morientur / 2. qr naturale desiderium quo nolumus expoliari. sed superuestiri 2. corint. 4. in aliquibus saltem implendum est / 3. qr secundum Augustinum in enchirid. quattuor primę dominicę oratio

UVA.BHSC

tionis petitiones. inter quas est dimit
te nobis debita nostra. ad presentem vi
tam pertinent ergo in ea implebit. ac
proinde aliquibus dimittet sic origina
le debitum q. non moriant / 4 qr com
pendiosior via que sapienti et maxime
deo eligenda videt est q. qui vivi re
perient in impassibilitatem sine mor
te media transferant.
Sed contra est. q. 1. corint. 15. sub simili
tudine seminis qui morit fit sermo de
resurrectione / Secundo ibidem. sicut
in Adam omnes moriunt. sic in Christo
omnes vivificabunt.
Dicendum (quamvis in hac questione
varie loquant sancti) q. securius dicitur
omnes esse morituros. tum qr concordat
divine iustitie qua ad mortem sunt ad
dicti / Secundo qr congruit scr ipsaturę sanctę
Tertio qr consonat ordinaturę quod
quod vitatum est non reducit in novita
tem nisi corruptione mediante. ut pa
tet in aceto. quod nisi corrumpat non
transit in vinum. et preterea qr ut dici
t in 8 physic. motu coeli cessante om
nia viventia que ab illo pendent cessa
bunt. Ad. 1. Rr q. distinctio illa vivorum
et mortuorum referenda est ad tempus de
terminatum. quod immediate iudicium
precedet / Ad. 2 q. desiderium illud est
conditionatum. sive vellestas quedam

^ vita pre
senti -

quę

UVA.BHSC

quam uanam esse non inconuenit / Ad. 3. q sine originali nullus preter Christum nascitur et ideo omnes morte. q si quis mortem debitam euaderet esset ex specialissimo priuilegio sicut dominus adulteram sine poena liberam dimisit Ioannis 8 / Ad. 4 q non semper uia compendiosior est eligenda, sed quando est fini accomodatior.

Ar. 2. Vm Resurrectio omniu sit futura a cineribus?

Videt q non. qr resurrectio domini que est exemplar nostre non fuit a cineribus. ut habet in psalmo / 2 qr corpus hominis non semper comburit dum morit. ergo non omnes resurgent a cineribus / 3. qr corpus non statim ut quis morit in cinerem redigit. at quidam statim ut mortifuerint (qui scilicet uiui reperient) resurgent / 4. qr nec terminus ad quem resurrectionis est idem in bonis et in malis. 1. cor. 15 / Sed contra est auctoritas Aymo dicentis q omnes tenet illa sententia terra es. Et in terram ibis / Secundo qr multa sunt in corpore humano que non sunt de ueritate humane nature que in cinerem resoluent / / /

Dicendum q eisdem rationibus quibus ostensum est omnes a morte surrectu

ros

UVA.BHSC

ros. probat etiam esse resurrecturos a cineribus nisi aliquibus ex speciali privilegio contrarium sit concessum sicut et resurrectionis acceleratio) Ad. 1. Rr q, resurrectio Christi est exemplar nostre quo ad terminum ad quem / Ad 2. q, cineres dicunt omnes reliquie que remanent humano re soluto. tum qr olim mortuorum corpora comburebantur. tum qr causa resolutionis eius modi est incendium fomitis / Ad. 3. q, ille ignis statim corpora in cineres resoluet. sicut et alia mixta resoluet in materiam preiacentem / Ad. 4. q, motus accipit speciem non a termino a quo. sed a termino ad quem.

Ar. 3 Vm pulueres illi ex quibus humanum reparabit habeant aliquam naturalem inclinationem ad animam eis coniungendam. Et uidet q, sic qr sic non magis ad hanc qz ad illam essent destinati / 2 qr etiam ma separata habet inclinationem ad corpus, quo tamen minus indiget / 3. qr Iob 20 dicit q, vitra cum ossibus hominis in puluere dormient. uitra autem non manent nisi cum anima aut aliqua eius potentia / Sed contra est q, corpus huma

num

UVA.BHSC

num potest immo de facto sepe resolui
t in elementa. uel in carnes aliorum
animalium conuerti / Secundo quia a
nullo agente naturali possunt tales
pulueres eidem animę iterato coniun
gi / Dicendum quod qui dixerunt corpus
humanum usque ad elementa non re
solui. auctoritati Augustini. rationi
et sensui contrariantur. Et illi qui asse
runt illas partes elementorum in quas
resoluit corpus humanum plus retine
re de luce. similiter decepti sunt. Ac pro
inde quod in cineribus illis nulla est incli
natio naturalis ad resurrectionem. sed
solum ex ordine diuinę prouidentię. et
Per hoc Rr ad Primum / Ad 2. quod ani
ma separata manet in eadem natura
quam habebat cum esset corpori unita
et ita non est simile / Ad 3. quod non est
intelligendum verbum Iob quasi vitia
actu maneant in pulueribus mortuorum

Quaestio 79 De conditionibus Resurgentium in 3. ar. diuisa

Ar. 1 vm in Resurrectione anima idem corpus numero sumat?

Et uidetur quod non. quia 1. corint 15. dicit
non corpus quod futurum est seminas
sed nudum granum / 2. quia nec anima

post

UVA.BHSC

post hanc uitam mutat uel in mo
dum coelestis uel brutalis. ergo nec
corpus idem erit / 3. qr partes elemen
torum in quas corpus humanum resol
uit non conueniunt cum eo. nisi in
materia prima sicut et quęlibet alię
partes aliorum elementorum / 4. qr for
ma mixtionis cedit penitus in non ens
ergo non redibit eadem numero ||.
Sed contra dicit Job. in carne mea ego
ipse uidebo deum saluatorem meum
Secundo qr ut ait Damascenus lib. 4
resurrectio est eius quod cecidit.
Dicendum q. quidam Philosophi erraue
runt dicentes animas hominum itera
to post eorum mortes alijs corporibus uni
ri brutorum quidem si male uixerant
iuxta uitiorum qualitates quibus fue
rant infecti aut corporibus hominum
si recte uitam instituissent. et hoc post
aliquam fęlicitatem qua fuerant poti
tę corporibus iterum humanis affecta
bant uniri. Sed hi a Philosophis satis
impugnant in lib. de anima. quorum
falsitas procedebat ex eo q. animam
formam substantialem esse corporis
non tenebant. Similiter decepti sunt
Aliqui hęretici (ut Pregorius de quodam
episcopo Constantinopolitano narrat)
qui prędictas animas corporibus iterato
uniri dixerunt in modum uenti subti
lis. Tenendum ergo iuxta fidem. q. cum
re

^ corporibus

^ aliorum

^ coelestibus. aut alijs

UVA.BHSC

resurrectio sit iterata surrectio eius quod cecidit. Et hoc sit proprium corporis (quia anima manet immortalis) idem corpus resurgat necesse est. alias potius esset novi corporis assumptio ~

Ad. 1. Rr q. similitudo non tenet quantum ad omnia et sic quia vis granum nascens non sit idem. erit tamen idem corpus alio modo se habens scilicet cum immortalitate / Ad. 2. q. differentia in animabus erit secundum quid accidentale scilicet gloriae. et miseriae / Ad. 3. q. materia sub illis dimensionibus existens habet maiorem ad illud quod ex ea generatum fuerat identitatem / Ad. 4. q. sicut qualitas simplex non est forma substantialis elementi. sic. neque forma mixtionis ergo forma substantialis corporis mixti. sed anima rationalis quae eadem eidem materiae reunita identitatem causat resurgentis. , , , ,

Ar. 2 Vm sit idem numero homo qui resurget?

Videtur q. non quia iuxta Philosophum 2. de generatione. quaecunque habent speciem corruptibilem motam, non reiterant eadem numero / 2 quia ubi est alia et alia humanitas ut contingit in resurgente est aliud numero. q. autem sit alia patet quia humanitas cedit omni

no

UVA.BHSC

no in nonens. et coniunctio partium iterat in resurrectione ac subinde nõ erit eadem unitas / 3. qr nec sensus pręcipue tactus resumentur ijdem numero at animal per sensum definit / 4 qr nec statua si reficiat ex eadem materia est eadem numero. at in statua materia principalius ~~[illegible]~~ qz in homine

qualis est homo

se habet

Sed contra Job. 19. quem visurus sum ego ipse et non alius / Secundo qr teste Augustino. 8. de trinit. resurgere idem est quod reuiuiscere.

Dicendum q ne in uanum conditus dicat homo ~~[illegible]~~ si ad finem suum non perueniret idem numero in resurrectione reparandus est. et huius contrarium est hęressis manifesta.

Ad. 1 Rr q procedit de reiteratione quę fit per motum aut mutationem naturalem. et ultra hoc anima separata eamdem in se ipsa substantiam retinet et in resurrectione corpori cõmunicat / Ad. 2 q non est dicendum ut quibusdam placuit q anima sit ipsa humanitas ~~[illegible]~~. sed uerius cum Auicena q forma totius non est forma partis tantum neqz alia aliqua forma pręter formam partis. sed totum resultans ex compositione formę et materię quę quiditas dicit et qr in resurrectione erit idem corpus

et ea

UVA.BHSC

et eadem numero anima erit de necessitate eadem humanitas. ratio autem procedebat ac si humanitas esset alia forma superveniens, formę et materiæ. Ad. 3. q. procederet si anima sensitiva in homine a rationali distingueretur ut quidam falso putaverunt / Ad. 3. q. statua manet eadem ratione materię cum reficitur, sed non ratione formę quę dissoluta est. anima autem rationalis manet eadem. et in eadem materia.

Ar 3. Vm̃ Pulveres humani corporis ad eam partem corporis, quę cum eis dissoluta est per resurrectionem redire oporteat.

et videtur q. sic qr teste Philosopho eodem modo se habet pars animę ad partem corporis sicut tota anima ad totum corpus. ergo et partes corporis resumentur ad eadem membra / 2. qr sic partes non reficientur ex eadem materia et per consequens nec totum / 3. qr in resurrectione reddetur premium singulis partibus prout singulę diversimode operibus meritoriis deservierunt. ergo quęlibet pars ad suum statum redibit, ut pro suo modulo premietur. / Sed contra est q. in artificialibus quę magis pendent a materia non est necessarium ut reparentur q. eadem partes

coniunctio autem significat actionem vel passionem. aut etiam relationem quę accidentia quędam sunt et identitatem non variant.

UVA.BHSC

tes ad eundem situm reducantur))
Secundo qr situs partium accidens quod
dam est / Dicendum q in partibus ho
mogeneis non tollit identitas si aliq ad
aliarum locum non redeant ut patet
in statua refecta quę ex parte materię
eadem dicenda est. secundum congruē
tiam autem magis probabile est q etiā
situs partium idem seruabit in resur
rectione pręcipue quantum ad partes
essentiales et organicas. quamuis for
te non quantum ad accidentales sicut
sunt ungues et capilli.
Ad. 1. Rr q non procedit de partibus si
milibus. sed de organicis / Ad. 2. q di
uersus situs partium non facit diuersi
tatem in numero. sicut diuersitas ma
terię / Ad. 3. q premium proprie nō
debet parti sed toti. , , ,

Quæstio 80 De integritate corporum resurgentium in. 5. articulos diuā.

Ar. 1 Vm omnia membra hu mani corporis resurgant?

Et uidet q non qr genitalia quorsum?
2. qr intestina nec plena essent enim fę
dida. nec uacua. qr uacuum non est dan
dum / 3. qr nec membrum obfustum. De quo
abs / poenit

UVA.BHSC

526

abscissum resurget. qr non ut puniat ut patet. neqz ut premiet qr non est cooperatum ad meritum.

Sed contra est q, etiam capilli et ungues resurgent ut dicit magister / secundo qr dei perfecta sunt opera. //.

Dicendum q, anima non solum ut forma sed etiam ut efficiens et ut ars ad artificiatum comparat ad corpus ac proinde ea quę animę sunt debent in corpore manifestari perfecte cum ordine ad eam. Et necesse est omnia membra reparari. Ad 1. Rr q, membra manent cum anima. habentia habitudinem materię ad formam. et etiam ut instrumenta. et si non ut agant ut tamen virtutem agentis ostendant / Ad 2. q, intestina remanebunt plena nobilibus humiditatibus / Ad 3. q, actus sunt totius compositi. et meret ut totum premiet etiam abscissa pars. ~ // ~ // ~

Ar. 2 Vm capilli et ungues resurgent in humano corpore?

Et videt q, non. qr nec urina et feces 2. qr nec resurget semen. cum sit ex superfluis magis necessarium / 3. qr capilli et ungues non sunt perfecti anima sensibili ergo nec rationali. ergo non resurgent. / Sed contra Lucę. 21. capil

UVA.BHSC

lus de capite vestro non peribit / Se
cundo qr capilli et ungues sunt dati
homini in ornamentum
Dicendum q, homo resurget non solum
cum membris et partibus organicis quę
sunt de prima intentione naturę sed
et cum illis quę ad prędictorum conser
uationem sunt necessaria (sicut in
arbore follia ad fructum) qualia sunt
~~ungues~~ capilli et ungues de secunda
naturę intentione.

quę sunt

Ad. 1. Rr q, illas superfluitatibus ex
pellit natura quasi ad nihilum utiles
secus est de alijs superfluitatibus quas
natura sibi retinet ad generationem
capillorum. et unguium / Ad. 2. q, se
mine non indiget ad perfectionem in
diuiduj. sed speciei / Ad. 3. q, capilli.
et ungues participant ab anima sicut
et ossa. quę quamuis non sentiant. re
surgent tamen.

Ar. 3. Vm humores in corpo re Resurgent?

Et uidet q, non qr nec caro et sanguis.
regnum dei possidebunt. quę magis ho
mini necessaria sunt / 2. qr humores
sunt ad restaurationem deperditi. at
post resurrectionem nulla restauratio
fiet / 3. qr humores sunt in uia genera
tio

UVA.BHSC

tionis et nondum perfecti anima ratio
nali. Sed contra est q. sunt de constitu
tione corporis humani ut dicit Augustus,
secundo qr in Christo domino resurrexit
sanguis, alias nunc non transubstā
tiaret in eum uinum in sacramento
altaris. Dicendum q. in homine est tri
plex humiditas Prima quę recedit a
perfectione indiuidui ut urina et sudor
~~secunda quę nondum peruenit ad ulti~~
~~mam perfectionem quam natura ope~~
~~rat in indiuiduo, sicut lac et s~~
uel qr ordinat ad conseruationem speci
ei in aliquo indiuiduo sicut semen et
lac / Secunda humiditas est quę nondū
peruenit ad ultimam perfectionem quā
natura operat in indiuiduo. et hęc du
pliciter scilicet uel in uia transeundi
de forma in formam v.g. humoris in formā
membri et talis non resurget: uel quę
habet aliquam formam determinatam
sicut sanguis et alij tres humores et hi
resurgent. Tertium uero humiditatis
genus est quod iam peruenit ad ultimā
perfectionem indiuidui quę iam est de
albata et incorporata membris. quę uo
cat gluten. et cum hęc sit de substantia
membrorum etiam resurget sicut et mē
bra. Ad. 1. Rr cum Augustino q. caro et
sanguis sumit non pro substantia sed pro
ope

(et hoc uel per uiā corruptionis)

UVA.BHSC

operibus peccaminosis carnis et san
guinis. / Ad. 2. q remanebunt ad in
tegritatem naturę. et ad uirtutis na
turalis ostensionem / Ad. 3. q sicut
elementa quamuis non habeant for
mas ita perfectas sicut mixta. sunt
nihilominus de perfectione uniuersi
ita et humores sunt de perfectione
corporis humani. sicut et alię partes

Ar. 4 Vm̄ totum quod fuit in
corpore de ueritate humanę na
turę resurget in ipso. ~

Et uidet q non qr sic resurgeret etia
ro bonis quę in substantiam hominis
conuersa est / 2. qr costa Adę non resur
get in Adam de cuius Natura fuit. a
lias non resurgeret eua quę de ea est
formata / 3. qr potest contingere q quis
carnibus humanis uescat. et tunc in
nullo illę partes resurgent q si dicatur
q pars resurget in uno. et pars in alio /
4° arguitur qr si quis generet a patre
qui semper carnes humanas comedis
set non resurgeret qr in eo maxime es
set de ueritate naturę quod a paren
tibus traheret / 5. qr si quis embrioni
bus nutriret. quomodo resurgeret? /
Sed contra est q quidquid fuit de ueri
ta

per semen et generationē /

tate humanę naturę fuit perfectum
anima rationali. ex quo habet corpus
humanum ordinem ad resurrectio
nem / Secundo quod omnis imperfectio
auferenda est a resurgentibus pręci
pue ab electis /
Dicendum quod quidam asseruerunt par
tes quę sunt de integritate humanę
naturę in singulis per multiplicatio
nem in eis resurgere, Alij id totum
quod fuit in semine quo quis est genitus
esse de veritate naturę ~~generantis~~ in eo. et
alij tertium modum huic secundo si
milem tenent. Sed breuiter pro ~~veri~~
~~tate~~ certo tenendum est quod totum quod
pertinet ad esse corporis. et quod perci-
piet formam hominis resurget carnes
autem humanę comestę resurgent
in eo. in quo magis accesserunt ad perfec
tam participationem speciei, sed sic qua
liter resurgent in eo in quo primo fue
rant. et si quid superfuerit resurget in
secundo. et si quid deerit in quolibet eo
rum ad perfectam quantitatem supple
bit virtus diuina
Ad. 1. Rr quod res naturalis id quod est non
est ex sua materia sed ex sua forma / Ad
2. quod costa resurget in eua. quia in Adam non
fuit de perfectione individui. sed speciei

Ad.

UVA.BHSC

Ad. 3. ex dictis / Ad. 4 similiter / Ad 5 /

Ar. 5 Vm̄ quidquid fuit materialiter in membris hominum resurget.

Et uidet q. sic qr et quidquid fuit in capillis resurget / 2. qr omnes partes secundum materiam perficiunt ab anima rationali / 3. qr sic nec totum corpus resurgeret, quod est inconueniens

Sed contra est q. partes materię fluunt et refluunt. et sic uel corpus resurgens esset densissimum. uel immoderatissimę quantitatis / secundo qr quidquid est de ueritate humanę naturę in uno homine totum potest esse pars materię in alio homine qui eius carnibus uescit

Dicendum q. non quidquid fuerit materialiter in membris hominum resurget qr esset mōstruositas. Sed considerata totalitate speciei quę attendit secundum quantitatem, figurā situm. et ordinem partium. sic capilli non resurgent considerata totalitate materię ab infantia. Sed speciei sic ossa et similia / Ad. 1. Rr ex dictis nec Augustinus contrarium sentit /

(Sed id quod pertinet ad ueritatem humanę naturę habens ordinem ad animam rationalem)

Ad

UVA.BHSC

529

Ad. 2. ex dictis / Ad. 3. similiter &c.

Quæstio. 81. De qualitate resurgentium in. 4. art. diu

Ar 1. Vm omnes resurgent in eadem etate iuuenili.

Videt q non qr etas senectutis est uenerabilis. ergo saltem senes non in iuuenili resurgent / 2. qr impossibile est tempus præteritum non præteriisse. ergo neqz ad illud grandiores etate reducit / 3. qr magis sunt de ueritate naturæ ea quæ sunt in etate puerili. ergo potius in illa fiet resurrectio) Sed contra dicit ephes. 4. in mensuram etatis plenitudinis Christi. circa 30. scilicet annos ut ait Augustinus / secundo qr in eo iuuenili statu natura maximam habet perfectionem,

Dicendum q humana natura ad suæ primeuæ conditionis perfectionem reparabit. deficit autem a perfectione uel qr nondum ad eam peruenit ut in pueris, aut qr ab ea recessit ut in senibus. ac proinde in etate iuuenili fiet resurrectio / Ad. 1. Rr q senectus est uenerabilis ob sapientiam quæ et in iuuenili etate manebit / Ad. 2. q illa etas non dicet iuueni

UVA.BHSC

nilis ob annorum numerum decur/
sum (ut patuit in formatione Adam)
sed propter corporis perfectionem / Ad. 3
procedit quantum ad efficaciam agen
di conuersionem alimenti aliquomo
do, quę tamen in iuuenibus est perfectior quan
tum ad terminum complementi in
quibus humores peruenerunt ad ultimam
digestionem.

Ar. 2 vm omnes resurgent eius dem staturę:

Fuidet q, sic qr ut dictum est omnes
resurgent in eadem mensura duratio
nis. ergo et in eadem mensura dimensi
onis / 2. qr ut dicit secundo de anima
omnium natura constantium datur
certus terminus magnitudinis et aug
menti. nisi sit error in natura. qui o
mnino in resurrectione corriget / 3
qr corpora non reparabunt iuxta uirtu
tem naturalem qua condita singula
sed (qr sic quę ad maiorem quantitatem
non possent perduci in parua resurge
rent) ergo reparabunt iuxta uirtutem
dei quę in omnibus est omnino eadem /
Sed contra est q, quantitas naturalis se
quit naturam cuiuscunque individui.
quę ~~[illegible]~~ non uariabit in resurrec
tione ergo neque quantitas eius / Secundo

qr

sunt

qr natura reparabit uel ad gloriam uel ad poenam. hęc autem erunt inęqualia. Dicendum q. qualibet species de se poscit certos terminos magnitudinis et paruitatis intra quos indiuidua uersant natura nõ errante per defectum aut excessum. ac proinde cum non solum natura sed et indiuidua sint reparanda in resurrectione ad eam quantitatem fiet ad quam uirtus non errans peruenisset superfluum autem uel diminutum resecabit. aut supplebit a diuina uirtute. Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 q. quantitas respondet non solum naturę speciei sed et indiuidui / Ad. 3. q. quantitas resurgentis non proportionat uirtuti reparanti qr illa non est de natura corporis.

ut in pranis

Ar 3. Vm omnes resurgẽt in sexu Virili.

Et uidet q. sic. qr ephess. 4 dicit q. omnes occurremus in virum perfectum / 2. qr in futuro omnis prelatio cessabit ut dicit gloss. 1. cor. 15 — at mulier ordine naturali subdita est viro / 3. qr sexus muliebris est preter intentionem naturę. et sic a Philosopho appellat mas occasionatus /

Sed contra est Augustinus. lib. 22. de ciuit. Secundo qr deus reparabit omne id quod

fe

UVA.BHSC

fecit in prima conditione sive producti
one / Dicendum q, differentia sexuū
pertinet etiam ad perfectionem speci-
ei ac propterea uterq; sexus reparabit
net erunt libidinis incitamenta))
Ad. 1. Rr q locus intelligit de occur
rentia virili ob animę virtutem quę
erit tam in foeminis q3 in viris / Ad. 2
q mulier subdit uiro et quantum ad vi
gorem animi, et quantum ad robur cor
poris. post resurrectionem autem nō
erit differentia in his, sed secundum
diversitatem meritorum / Ad. 3. q gene
ratio fęminae non est pręter intentio-
nem naturę universalis sed generā
tis individui

Ar. 4. Vm omnes Resurgent in Vita animali.

Et videt q sic taliter q utatur nutriti-
ua et generatiua / qr et dominus post
resurrectionem comedisse legit / 2
qr homines resurgent cum potentijs
et instrumentis ad nutritiuam et ge
neratiuam ordinatis / 3. qr homo bea
tificabit et quantum ad corpus et quan
tum ad animam. ergo et quantum
ad omnes corporis potentias perficiet / 4
qr in beatis erit perfecta et beata iocundi
tas et delectatio omnium bonorum ag
gre

UVA.BHSC

pregatione perfecta / Sed contra Matth. 22. in resurrectione nec nubent neq; nubent / Secundo q. post resurrectionē cessabit generatio et nutritionis augmentum / Dicendum q. predictā re perient in homine post resurrectionē ~~q. non est reparandus quantum~~ q. nō expectat prima hominis perfectio quę consistit in vita animali sed secunda quę uersat circa consecutionem ultimi finis. ac proinde eiusmodi operationes cessabunt. sicut et coeli motus.

Ad. 1. R. q. illa comestio non fuit necessitatis. sed potestatis et dispensationis ad ostendendum se ueram humanitatem resumpsisse / Ad. 2. q. illa pertinent ad perfectionem speciei humanę naturę, licet operationes desint / Ad. 3. q. eiusmodi operationes non sunt hominis inquantum est homo / Ad. 4 q. illę delectationes sunt ueluti medicinales et ad tollendum in homine fastidium. Solę autem delectationes etiam secundum Philosophum sunt delectationes propter se quęrendę. et ad beatitudinem requisitę.

Spirituales

Quaestio. 82 De conditionibus beatorum Resurgentium. in 4. Articulos diuisa

Ar

UVA.BHSC

Ar. 1. Vm̄ corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia?

Et videt q̄ non q̄ homo etiam post resurrectionem erit animal rationale mortale / 2. q̄ communicabunt in materia cum alijs ergo erunt in potentia ad aliorum formas. et per consequens passibilia / 3. q̄ erunt (sicut et sunt nunc) ex contrarijs composita / 4 q̄ resurget in eis sanguis et alij humores ex quorum actione passio sequitur et egritudines generantur / 5. q̄ erunt in beatis aliqui defectus in actu N g. cicatrices in martiribus. ergo a fortiori defectus qui solum in potentia per passibilitatem significantur, sed contra est q̄ sic essent corruptibilia contra Apostolum. 1. corint. 15. / Secundo q̄ nullum corpus erit fortius q̄ corpora beatorum. q̄ resurgent de infirmitate in virtutem.

Dicendum q̄ decepti sunt qui post resurrectionem ~~in homine~~ dixerunt non in homine mansura elementa cum suis activis qualitatibus. et similiter (qui dixerunt qualitates mansuras sine proprijs tamen actionibus divina virtute id faciente non sunt audi.

UVA.BHSC

diendi. neq; alij qui quinti corporis na
turam ad compositionem hominum re
surgentium concurrere putauerunt —
Sed Tenendum q, erunt impassibilia sanctorum corpora
q; quamuis in eis sint elementa cum
qualitatibus habentibus actionem. et
passionem quidquid tamen in eis erit
elementalium qualitatum erit per
fecte subiectum animę rationali et
sic non poterit esse mutatio contra dis
positionem, qua perficiunt ab anima
erit enim potentia illius materię li
gata virtute animę. non erit igit in eis
passio proprie secundum q; dicit motus
pręter naturam ut ait damascenus.
sed communiter et large prout omnis
receptio etiam perfectiua passio nun
cupat. Ad. 1. Rr q, secundum Anselm
um ly mortale ponit a Philosophis in de
finitione hominis. qui illum nunq; fo
re immortalem putauerunt. vel. ex
8 metaph. q, in definitionibus accidentibus
pro explicandis essentialibus uti solemus /
Ad. 2. q, anima diuina uirtute in sanc
tis dominabit supra corpus et passibi
litas erit ligata per victoriam animę
quę erit immutabiliter deo subiecta //
quod non fuit in statu innocentię / Ad
3. q, tunc nulla actio uel passio poterit /
pro /

UVA.BHSC

prouenire a qualitatibus elementa
libus. quę sit contra dispositionem a
nimę quę intendit conseruare corpus
Ad. 4 cum Augustino in epistola ad
Constantinum. q. diuina potentia
in ista uisibili atque tractabili natura
corporum. quibusdam manentibus
aufert quas uoluerit qualitates / Ad
5. q. illę cicatrices fulgebunt ad digni
tatem martirum specialis quodammo
do tanquam signa constantissimę uirtu-
tis. ut ponderat Augustinus 22. de
ciuit.

Ar. 2. Vm impassibili-
tas in omnibus erit ęqualis.

Fuidet q. sic. qr glossa. 1. cor. 15. di
cit q. omnes ęqualiter habent q. pati
non possint / 2. qr negationes siue
priuationes (quales sunt impassibili
tas) non suscipiunt magis nec minus /
3. qr nulli corpori sanctorum misce
bit aliquid de passibilitate. ergo o-
mnia erunt ęqualiter impassibilia /
Sed contra est q. impassibilitas est pre
mium quod inęqualiter respondebit
inęqualibus meritis / Secundo. qr nec
claritatis dos erit ęqualis in omnibus.
ut constat. 1. corint. 15. / Dicen.

UVA.BHSC

Dicendum q. impassibilitas secundum se prout est priuatio aut negatio quedam non suscipit magis nec minus bene tamen ratione sue causae que est dominium animae supra corpus causatum ex eo q. fruitur deo immobiliter. Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 q. ratione causarum dicunt negationes et priuationes intendi. quemadmodum locus dicitur magis tenebrosus. qui habet plura obstacula lucis / Ad 3. q. intensio ~~non solum~~ fit per recessum a contrario. sicut et per accessum ad terminum. sicut ~~ut~~ lux intendit. ~~~~~~~~~~~~~~

si consideret secundum

Ar 3. Vm impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludat.

Et uidet q. sic. qr sentire ut dicit in 2 de anima est quoddam pati / 2. qr immutatio naturalis precedit animalem, at illa non reperitur in beatis. ergo neq; ista 3. qr sic fieret sensus in actu cum noua receptione et nouum iudicium. at ibi non erit nouum iudicium qr non erunt uolubiles cogitationes / 4. qr anima erit summe intenta ad actum virtutis intellectiue. ergo nullo modo erit in actu uirtutis sensitiuae.

Sed contra Apocalyp. 1. Videbit eum omnis ocu-

UVA.BHSC

oculus. Secundo quia ex 2. de anima animatum ab inanimato ex motu dignoscitur. at sancti scintillæ in arundineto discurrent. Dicendum quod corpora beatorum non sentient per solam emissionem ad extra. ~~et non per~~ susceptionem a sensibilibus quia sic eorum sentire non esset eiusdem speciei cum nostro, neque per solam susceptionem a viribus superioribus ut alijs placuit. sed per susceptionem a sensibilibus non quidem realis qualitatis. ~~sed~~ (sicut manus sentit calorem ipsum in se recipiendo.) sed intentionalis et ad modum spiritualem sicut pupilla recipit speciem rei albæ sensus enim est susceptivus specierum in materia præter materiam. ut dicit in. 2. de anima. Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. quod in corporibus gloriosis non potest esse immutatio naturalis / Ad. 3. quod ibi cum nova receptione specierum erit etiam novum iudicium sensus communis, non autem novum iudicium intelligens de hoc sicut in eo qui videt aliquid quod prius sciuit. quod autem ait Augustinus nonerunt volubiles cogitationes intelligit de cogitationibus intellectivæ partis / Ad. 4. quod occupatio unius si sit ratio alterius non impedit occupationem circa aliud. nec una potentia (etiam altera occupata) impedit si iuvet ut fit in beatis a deo et in Christo domino contigit. / Ar

sine

UVA.BHSC

Ar. 4 Vm in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu?

Et videtur quod non quia ~~non~~ tactus qui principem locum tenet fit a qualitate predominante. que tunc locum non habebit / 2 quia gustus deseruit nutritiue que tunc non erit / 3. quia nec odor fit sine aliqua euaporatione siue corruptione. que tunc non habebit locum / 4. quia auditus deseruit disciplinae. in illo autem statu nulla erit necessaria disciplina per sensibilia 5. quia in lucido in actu non recipitur species rei uisibilis (ut patet in speculo directe posito sub radio solis) sed talis erit pupilla beati. ergo non recipiet in ea aliqua species colorati corporis / 6. quia sub angulo debet fieri uisio. at beatorum oculi sic erunt remoti a visibilium angulis ut uidere ea non possint. que enim maiori angulo uidentur maiora uidentur.

Sed contra est quod natura humana in beatis erit in maxima perfectione, ergo maxime suis actibus coniuncta / Secundo quia uicinius se habent ad animam potentie sensitiue, quam corpus. hoc autem recipiet iuxta merita uel demerita animae. ergo et illae

Dicendum quod non solum in beatis erunt in actu uisus et tactus. sed et odoratus et auditus. immo et gustus secundum aliquod dulce humidum saliuale /

Ad. 1. Rr quod in tactu erit immutatio a qualitatibus tangibilibus spiritualis tantum / —

Ad

UVA.BHSC

Ad. 2 ex dictis / Ad. 3. q. ibi non causabi
t. odor ex humiditatis resolutione. sed
spiritualis quodammodo ut dictum est / Ad
4. q. erit ibi laus vocalis (licet alij aliter
sentiant) quæ formabit ut dictum est in
secunda parte / Ad. 5. q. in speculo tunc
non apparet receptio quæ de facto fit. qr
deficit reverberatio ad corpus obscurum
quod speculo adiicit. claritas autem in
pupilla (sicut et in diaphano) magis fa
cit ad acumen visus / Ad. 6. q. corpus glo
riosum ob sui perspicacitatem sub mi-
nori angulo clarius qz nunc videbit.

Quæstio 83. De subtilitate corporum beatorum in. 6. ar. diuª

Ar. 1. vm subtilitas sit proprietas corporis gloriosi.

Et videt q. non qr eiusmodi subtilitas
excederet omnem naturæ subtilitatem
et sic corpora beatorum essent vento et
aere subtiliora. quæ fuit hæresis a
Gregorio in Constantinopolitana urbe
damnata ut ipse narrat in. 4. moral /
2. qr sicut caliditas et frigiditas quæ
sunt qualitates simplicium corporum
non intendent, immo ad mediocrita
tem reducent. sic et subtilitas / 3. qr
in corporibus beatorum non erit minus
de materia nec dimensiones erunt
maiores / Sed contra. 1. corint. 15. se
mi

UVA.BHSC

minat corpus animale surget spiri-
tuale. id est spiritui simile, secundo
quia eius modi corpora erunt nobilissi-
ma ergo subtilissima.
Dicendum quod subtilitas in corporibus pro-
uenit a paucitate materiae et dimen-
sionis secundum latitudinem et pro-
funditatem. unde in 2. de generatio-
ne ait Philosophus quod subtile est reple-
tum partibus et partium partibus. non
ergo dicentur beatorum corpora subti-
lia quia in spiritum transeant. neque
quia rarefacienda sint ad modum aeris
sed propter completissimam corporis per-
fectionem. et hoc non ratione quintae
essentiae ut dictum est sed propter domi-
nium animae glorificatae quae est forma
corporis super ipsum, ratione cuius cor-
pus spirituale dicitur id est omnino spiri-
tui subiectum. ac proinde prima ratio
spiritualitatis in corpore est ex subtili-
tate. et deinde ex agilitate et alijs pro-
prietatibus ut docet Gregorius in 14. mo-
ralium. et ex his Rr ad obiecta quae
procedunt de subtilitate, quae est per
rarefactionem.

non secundum longitudinem sed.

Ar. 2. Vm Ratione subtilita-
tis conueniat corpori glorioso es-
se cum alio non glorioso in eo-
dem loco?

et uidetur quod sic quia configurabuntur corpori
chris

UVA.BHSC

Christi qui post resurrectionem ianuis clausis ingressus est ad discipulos etc.
2. quia quedam corpora minus nobilia nunc sunt simul cum alijs corporibus (scilicet radij solares.)
3. quia coeli velut aere solidissimi firmati sunt Job. 37. ergo corpora gloriosa nunquam ad empyreum coelum ascendere possent / 4 quia corpora gloriosa nec possunt in alijs includi. neque ab alijs impediri in motu suo / 5. quia duo puncta in extremitatibus linearum. et duae lineae in extremitatibus superficierum et duae superficies in extremitatibus corporum simul esse possunt (quia erunt contigua et eorum ultima sunt simul) ergo et duo corpora maxime beata simul esse quibunt.

Sed contra est Boetius in lib. de trinitate dicens quod si duo corpora ponantur in uno loco erit unum corpus numero / Secundo quia et angeli ut multi dicunt nisi distinguerentur loco non distinguerentur numero. cum tamen minus conveniant cum loco quam corpora /

Dicendum quod corpus gloriosum ratione suae subtilitatis non habet quod possit esse in eodem loco cum alio corpore non glorioso. quia non aufertur dimensio quantitatis. quae requirit proprium situm sed hoc habebit ex operatione divinae virtutis. et sic transibit coelum ~/-

Ad. 1

Ad. 1. Rr q. neq corpori domini illud competebat ex dote subtilitatis. sed ex operatione diuinę uirtutis, tam in natiuitate, q3 post resurrectionem. ut docet Gregorius in homilia / Ad. 2. q. lumen non est corpus / Ad 3. ex dictis. nec enim coeli diuident ad transitum gloriosi corporis / Ad. 4. q. non poterunt includi neq3 incarcerari q. deus eis ad nutum aderit / Ad. 5. q. puncto non conuenit esse in loco nisi per accidens ratione corporis in quo est. et ideo quamuis duo nõ possint esse nisi in diuersis locis. tamen duobus terminis duorum corporum respondet idem terminus duorum locorum et secundum hoc dicunt ultima corporum se contingentium esse simul.

Ar. 3 Vm̃ per miraculum possit fieri q. duo corpora sint in eodem loco.

Et uidet q. non q. simul essent duo et unũ quod implicat. et patet q. si dimensiones eorum non distinguerent a dimensionibus loci sic etiam essent eadem uni tertio et essent eadem inter se / 2 q. sic duo corpora circularia si essent simul tangerent se secundum se tota. et non solum in puncto et intra duo puncta essent plures lineę rectę nec triangulus haberet tres angulos ęquales duobus rectis. et alia impossibilia deducerent / 3. q. sic corpus inclusum in alio cor

po

UVA.BHSC

pore non esset in loco ~~[illegible]~~ non haberet locum proprium / 4 qr locus respondet locato et non potest fieri nisi per aliquam conuersionem (ut in sacramento altaris) quod idem corpus sit in diuersis locis ergo nec ullo modo est factibile q duo corpora sint in eodem loco.

Sed contra est q nascens Puer Iesus claustra pudoris virginei non fregit / secundo qr dominus ianuis clausis ad discipulos ingressus est Ioannis. 20 /

Dicendum q hoc quod est corpus esse indiuisum in se et diuisum a quolibet alio dependet a principijs essentialibus rei tanqz a causis proximis. sed a deo sicut a causa prima quæ potest rem conseruare in esse cessantibus causis secundis. et propterea quemadmodum diuina virtute et ea sola fieri potest ut accidens in sacramento altaris sit sine subiecto. similiter eadem diuina virtute factibile est q corpori maneat esse distinctum ab alio corpore quamuis eius materia non sit distincta in situ ab alterius corporis materia. et sic miraculose fieri poterit q duo corpora sint in eodem loco.

Ad 1. R. q procedit ex suppositione falsi uel petit principium et enim dimensiones duorum corporum esse dimensiones eiusdem loci nihil est aliud qz duo corpora esse in eodem loco, quod est principale propositum

UVA.BHSC

tum / Ad 2 q nihil sequitur neq contra comunem animi conceptionem. neq contra definitionem lineae. neq contra conclusiones aliquas geometriae. sicut enim supra dictum est quantitas dimensiua in hoc differt ab omnibus alijs accidentibus quod habet specialem rationem indiuiduationis et distinctionis. scilicet ex situ partium praeter rationem indiuiduationis. quae est sibi. et omnibus accidentibus comunis scilicet ex materia subiecta Duo autem corpora spherica distinguntur non propter diuersitatem situs. sed subiectorum. et propterea se totaliter tangentia adhuc manent duo. sicut etiam circulus signatus in corpore locato spherico tangit secundum totum alium circulum signatum in corpore locante / Ad. 3. q deus posset ~~deus~~ facere q aliquod corpus non esset in loco et tamen illa positione facta corpus minus esset in ~~loco~~ corpore maiore tanq in loco / Ad. 4 q corpus Christi non est localiter in sacramento. implicat enim idem corpus localiter esse in pluribus locis. sed non duo corpora esse simul in eodem loco ut dictum est. ratio enim unius perficit in diuisione ut patet in. 4. metaph. sed diuisio ab alijs est de consequentibus ad rationem unius ~

Ar 4 vm vnum corpus glorioso possit esse cum alio corpore glorioso in eodem loco.

Fuidet q sic q2 minus resistet q3 non glo

UVA.BHSC

gloriosum cum quo simul esse potest.
2. qr et a fortiori gloriosum magis sub
tile poterit esse cum glorioso minus sub
tili / 3. qr sancti ascendent et descen
dent pro libito per corpora coelestia sub
tilia / Sed contra est q. erunt spiritibus
similia. duo autem spiritus nequeunt
esse in eodem loco / Secundo qr penetra
rent quod corporibus gloriosis conveni
re minime potest.

et gloriosa

Dicendum q. ratione suæ proprietatis duo
corpora gloriosa non erunt simul qr co
rum distinctionem servari necesse est
et unum alteri non apponet. divina
tamen virtute factibile esse existimamus
Ad. 1. et 2 ex dictis Rr / Ad 3. q. coeles
tia corpora dicunt gloriosa large et per
quamdam participationem æquivoce.

Ar. 5 Vm ex sua subtilitate remo
veat a corpore glorioso. necessitas
existendi in æquali loco?

Et videt q. sic hoc convenit corpori
christi (cui corpora gloriosa conformabun
t) siquidem in parvis partibus hostiæ
continet / 2. qr iuxta Philosophum in
4 physic si duo corpora sint in eodem lo
co maximum corpus obtinebit mini
mum locum, qr diversæ partes eius pote
runt esse in eadem parte loci ergo et corpus
gloriosum cum possit esse simul cum alio
in

UVA.BHSC

in eodem loco poterit esse in quouis par
uo loco / 3. qr corpus gloriosum ad nutum
poterit videri et non uideri (ut patuit in
Christo domino) maxime ab oculo non
glorificato ergo et ratione quantitatis po
terit esse in magno uel paruo loco
sed contra est Philosophus in 4 et hic di
cens q. quidquid est in loco est in loco sibi
equali / secundo qr eedem sunt dimen
siones loci et locati ac nihil est minus se
ipso Dicendum q. corpus comparat ad lo
cum secundum proprias dimensiones ac
proinde cum nec quantitas circa eandem
materiam uariari possit, nec partes quan
titatiue per se ipsas ad inuicem subintra
re, qr repugnaret dispositioni corporis huma
ni requirentis determinatum situm et
distantiam partium nec per miraculum
unqz fiet ut corpus non sit in loco sibi e
quali. Ad 1. Rr q. corpus domini non est
in altaris sacramento localiter / Ad 2
pro q. ratio philosophi procedit ex hoc q. una
pars eadem ratione subintrat aliam. sed
talis subintratio partium corporis glorio
si inuicem esse non potest / Ad 3. q. cor
pus uidet ex hoc q. agit in uisum hoc autem
nihil uariat in ipso corpore sed esse in loco
non est aliqua actio in eo procedens ratio
ne sue quantitatis et ideo non est simile
Ar. 6. vm corpus gloriosum ratione
sue subtilitatis sit impalpabile.

ratione sui co
loris

ratione sue sub
tilitatis.

UVA.BHSC

e-

Et videtur q. sic qr secundum Gregorium in homilia in octaua Paschæ quod palpat corrumpi necesse est / 2. qr resisteret alteri corpori et ex consequenti cum eo nullo modo esse posset / 3. qr esset tangibile et haberet qualitates tangibiles excedentes qualitates tangentis. at qualitates tangibiles in corporibus gloriosis non sunt in excessu, sed in mediocritate redactæ

Sed contra est q. Lucæ. 24. et Ioannis 20 dominus post resurrectionem se palpabilem præbuit.

Dicendum q. palpabile corpus addit supra tangibile quod resistat tangenti ut patet in aere qui qualitates quidem habet tangibiles sed non palpat. corpus ergo gloriosum tangibile quidem est sed qr omnino subiectum est spiritui in eius potestate est q. immutet tactum. uel non immutet. et similiter competit sibi secundum naturam ut resistat cuilibet alteri corpori transeunti sed miraculose hoc potest diuina virtute ab eo tolli taliter q. ad nutum suum sit cum alio corpore in eodem loco et ~~[illegible]~~ quando uult non palpet a corpore non glorioso. et hoc innuit citatus Gregorius / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2 similiter / Ad. 3. q. illæ qualitates in corporibus gloriosis reducentur non ad medium rei secundum equidistantiam. ab extremis

UVA.BHSC

mis, sed ad medium proportionis conue
niens humanę complexioni in singulis
partibus delectabilissime..

Quæstio 84 De Agilitate cor
porum beatorum. in. 3. ar. diuª
Ar. 1 Vm̄ ea corpora erunt agilia

Et uidet q sic. qr deferent ab alio (scili
cet ab angelis) ob uiam Christo in aera
2. qr mouebunt cum labore qr moue
bunt enim ab anima in contrarium
naturę eorum. 3. qr sensus nobilior est
et proprior in animalibus operationibus
q̄ motus sed non assignat in corporibus
gloriosis aliqua proprietas, quę perfici
at ea ad sentiendum. ergo / 4 qr corpus
gloriosum habebit membra eiusdem dis
positionis in figura. Et quantitate
sed contra. 1. corint. 15. seminat in in
firmitate surget in virtute. glossa. idest
mobile et uiuum / secundo qr tarditas
maxime uidet spiritualitati repugnare
Dicendum q corpus beati erit subiectum
animę non solum qr ei non resistet (sicut
corpus Adę) sed qr influet in eam per
fectionem qua reddat habile ad prędictā
~~perfectione~~ subiectionem et in quantū
est forma. Et in quantum est motor. nō
autem ratione quintę essentię ut sępius
diximus. Ad. 1m. Rr q corpora gloriosa de
ferri dicunt ab angelis et in nubibus nō

(quę dos corporis glorificati dicit)

qua

UVA.BHSC

quasi indigeant sed qr ab omnibus creaturis etiam angelis eis reuerentia exhibet / Ad. 2. q ob uirtutem animę et corporum perfectionem nullus erit ibi labor / Ad. 3. q per dotem agilitatis corpus gloriosum reddit habile nō solum ad motum, sed etiam ad sensū et omnes alias animę operationes exequendas / Ad. 4 q sicut natura dat uelocioribus animalibus instrumenta diuersę dispositionis in figura et quantitate. Ita deus dabit corporibus sanctorum aliam dispositionem, quam habeant nunc, non quidem in figura et quantitate, sed in proprietate glorię. quę dicit agilitas.

Ar. 2 Vm sancti agilitate sua utant itaq moueantur?

Et uidet q non qr motus est actus imperfecti. at in sanctis nihil erit imperfectum / 2. qr omnis motus est ob aliquā indigentiam. sed nulla indigentia erit in sanctis habebunt enim teste Augustino quidquid uolent / 3. qr ut ait Philosophus. 2. de coelo et mundo. illud quod participat diuinam bonitatem sine motu nobilius participat illam, qm quod participat illam cum motu / 4 qr ut dicit Augustinus anima stabilita in deo stabili et consequenter corpus. sed anima

UVA.BHSC

a deo nullo modo mouebit / 5. qr nobilis
ori loca^to nobilior locus debet. ut de corpo
re Christi domini dicit hebr. 2. sed corpo
ra sanctorum non mutabunt quo ad glori
am, ergo neqz quo ad locum qui ad gloriam
pertinet Sed contra dicit Isai. 40 current
et non laborabunt. etc. et sapie. 3. tanqz
scintille in arundineto discurrent /
Dicendum q corpora gloriosa mouebunt pro sue libito uolun
(sicut et Christus dominus coelos ascendit (tatis.
et qui resurrexerint ascendent similiter.)
ut actu exerceant quod habent in virtu
te et diuinam uoluntatem commendabi
lem ostendant. et ut uisu reficiant pul
chritudine diuersarum creaturarum qz uis
magis a longinquo possint sentire qz cor
pora non gloriosa. neqz tamen per motum
aliquid deperiet eorum beatitudini que
consistit in visione dei sicut et de angelis
dicit Gregorius q intra deum currunt quo
cunqz mittantur.
Ad. 1. Dr q motus localis non uariat aliquid
de illis que sunt intranea rei et de eius
perfectione ~~est~~ intrinseca. sed extrinseca lo
ci scilicet acquirendi / Ad 2 q ibi erit in
digentia secundum quid ad modum dictum
que corpori glorioso non derogat / Ad. 3. q
~~corpora coelestia~~ procederet si corpus glorio
sum non posset etiam sine motu participa
re diuinam bonitatem multo altius qz cor
pora coelestia / Ad. 4 q motus localis cum non
sit secundum aliquid intrinsecum rei nihil
tol

UVA.BHSC

tollit de stabilitate animę in deo / Ad 5. q locus pertinet ad premium accidentale. nec diminuit aliquid de premio quando est beatus extra locum suum —

Ar 3. Vm̄ sancti movebunt in in instanti.

Et videt q sic qr ut Augustinus dicit q ubicunq spiritus voluerit ibi erit et corpus. sed motus voluntatis est in instanti / 2. qr sicut in vacuo non est resistentia ad motum et ita fieret per ipsū in instanti sic nec spacium aliquod etiam plenum resistet corpori glorioso 3. qr anima glorificata improportionabiliter excedit non glorificatam. sed hęc movet corpus in tempore ergo illa in instanti / 4 qr ęqualiter movebūt ad cito et distans et sic Augustinus dicit in sermone de resurrectione q corpus gloriosum utraq intervalla pari celeritate pertingit / 5. qr post resurrectionē iam non erit tempus Apocal. 4. ergo movebunt in instanti.

Sed contra est q spacium quod pertransient eiusmodi corpora sanctorum erit divisibile. ergo et motus et tempus divisibile secundo qr quod movet in instanti simul movet et motum est. quod corpori non potest convenire

Dicendum q sancti non movebunt in instanti sed in tempore imperceptibili propter sui brevitatem, qr medium est divisibile et similiter motus. nec transibunt de loco ad

lo

UVA.BHSC

locum sine medio sicut facit voluntas et angelus qui equivoce dicit esse in loco respectu corporis. et licet post resurrectionem non sit tempus, quod est numerus motus coeli, erit tamen tempus consurgens ex priori et posteriori.

(ut quibusdam placet)

Ad. 1. Rr q. parum distans pro nihilo reputatur ex. 2. physic. vel q. voluntas beatorum non volet esse beatum alicubi nisi ordinate / Ad. 2 (quidquid sit de dicto Philosophi et explicatione Comentatoris) Rr q. quamvis medium non resistat corporibus gloriosis secundum hoc q. possint esse cum alio corpore in eodem loco. nihilominus motus eorum non erit in instanti q. ipsum corpus mobile resistet virtuti moventi, ex hoc ipso q. habet determinatum situm. sicut de corporibus coelestibus dictum est / Ad. 3. q. ille excessus est finitus. et quamvis divina virtus infinita posset a corpore auferre resistentiam ad moventem adhuc tamen maneret resistentia quae attendit ex hoc q. non potest esse simul in duobus locis. ac proinde corpus gloriosum suam corporeitatem non amittat nunquam in instanti moveri poterit. / Ad. 4 q. parcelitas in verbis Augustini est intelligenda quantum ad hoc q. est imperceptibilis excessus unius respectu alterius. sicut et tempus totius motus est imperceptibile / Ad. 5. ex dictis.

Quaestio. 85 De claritate corporum beatorum in tres Artic. divisa.

Ar

UVA.BHSC

Ar. 1. Vm̃ corporibus gloriosis claritas conueniat?

Et uidet q. non qr eiusmodi corpora habent partes peruias at partes corporis glorio si non erunt tales, cum in quibusdam dominet terra. ut patet in carnibus et ossibus) 2. qr corpus lucidum (ut ignis flama) occultat illud quod est post se immo et illud eclypsat at secundum Gregorium in 106. corporalibus oculis patebit corporalis harmonia beatorum) 3. qr lux et color contrariam dispositionem requirunt in subiecto. qr lux est extremitas perspicui in corpore non terminato. color autem in corpore terminato ut constat ex lib. de sensu et sensato. sed corpora gloriosa erunt colorata qr secundum Augustinum 19 de ciuit. color ad pulchritudinem corporum spectat ergo etc) 4 qr claritas esset equaliter in omnibus membris (sicut impassibilitas subtilitas et agilitas) hoc autem esse nõ potest qr maior est dispositio ad claritatem in quibusdam membris (N.g. in oculis) qm̃ in alijs (N.g. ossibus etc) Sed contra Matth. 13. fulgebunt iusti sicut sol. in regno. P. mei) et sapie. 3. fulgebunt iusti. et. t. scint etc) Secundo qr. 1. cor. 15 seminat in ignobilitate res in gloria) Dicendum q. iuxta scripturam sacram claritas admittenda est in corporibus gloriosis. non ratione quinte essentie sed ex redundantia anime ad corpus maiori aut minori pro glorie inequalitate sicut et in vitro apparet color corporis in eo

in

UVA.BHSC

inclusi / Ad. 1. Rr q procedit de corpore quod habet claritatem ex natura componentium. corpus autem gloriosum magis habebit illam ex merito uirtutis / Ad. 2 q gregorius beatorum corpora comparat auro et vitro qr erunt clara et peruia / Ad. 3. q corporis gloria naturam non tollit, sed perficit superaddet ergo colori claritas ex gloria animae / Ad 4 q claritas differenter erit in diuersis partibus corporis iuxta earum diuersam dispositionem quod non continget in alijs dotibus -

Ar. 2. Vm claritas corporis gloriosi possit uideri ab oculo non glorioso?

Et uidet q non qr tali oculo non est proportionata / 2 qr illa claritas erit maior qm nunc claritas solis quae nunc uideri nō potest / 3. qr claritas domini post resurrectionem oculis discipulorum obiecta nō uidebat. at uisibile uisui appositum (nisi adsit impedimentum) uidet necessario sed contra est glossa Philipp. 3. in illud cōfiguratum corpori claritatis suae / Secundo qr sap. 5. impij torquebunt ex inspectione beatorum. Dicendum q cum illa claritas sit uniuoca cum alijs ~~et oculus non glorioso eiusdem naturae~~ ab oculo non glorioso sine miraculo (licet alij aliter senserint) uideri omnino poterit. " " " "

Ad. 1. Rr q illa claritas erit alterius ~~speciei~~ generis quātum ad ~~sui~~ causam. sed non quantum ad sui speciem / Ad. 2 q illa claritas illa agit uirtute

speciej

UVA.BHSC

tute animę demulcendo visum. non autem ut quę virtute corporis calefaciendo et dissoluendo organum uisus / Ad 3. q. illa claritas procedit ex merito uoluntatis ac proinde uoluntati subdet ut secundum ipsius imperium uideat. aut non uideat ut docuit Prępositiuus.

Ar. 3 Vm corpus gloriosum necessario uideatur ab oculo non ~ll glorioso? ~ll.

Et uidet q. sic qr erunt lucida et ita nō solum se sed et alia manifestabunt / 2. qr corpus gloriosum (ut pote coloratum) occultabit alia corpora post ipsum existentia, ergo de necessitate uidebit / 3. qr quantitas non suberit uoluntati corporis gloriosi ut possit esse maioris uel minoris quantitatis, ergo nec qualitas per quam visibile est ut non possit uideri / Sed contra est q. corpora nostra post resurrectionem conformabunt corpori Christi quod post resurrectionem disparuit ab oculis discipulorum in Emaus. Luc. ult.o Secundo qr ibi erit summa obedientia corporis ad animam. prout ipsa uoluerit / Dicendum q. uideri aut non uideri potest contingere sine aliqua mutatione proprietatis corporis glorificati ac proinde corpus gloriosum tanqz instrumentum sume obediens principali agenti poterit uideri

^ agere in visum uel in aliquid extrinsecum)

UVA.BHSC

deri. aut non uideri) Ad. 1. Rr ex dictis) Ad. 2. q. color corporis gloriosi erit in potestate animę ut occultet) Ad. 3. q. quantitas subtrahi non potest a corpore sine mutatione in ipso potest tamen agere in visum sine mutatione suę qualitatis -

Quæstio 86. De conditionibus corporum damnatorum resurgentium? in 3. ar. diu

Ar. 1. Vtrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent?

Et uidet q. sic qr defectus membrorum per mutilationem et alię deformitates corporales in poenam peccati inducti sunt. ergo cum peccatum non remittat damnatis. resurgent mutilati et deformes) 2. qr nec sanctis auferet aliquid quod ad eorum perfectionem spectet) 3. qr ~~nec~~ tarditas ab eis non remouebit. ergo nec deformitas. Sed contra est quod dicit. 1. corint. 15 et ibi glossa) Secundo qr infirmitas impediret in eis sensum doloris (in quantum per eam debilitant organa sentiendi) - et defectus membri impediret ne esset passio tormentorum in toto corpore) ||

Dicendum q. cum deus in resurrectione naturam humanam integre reparaturus sit quidquid defectus uel turpitudinis ex corruptione uel debilitate naturę siue

prin

UVA.BHSC

principiorum naturalium in corpore fuit totum in resurrectione removebit. defectus autem qui ex naturalibus principijs in humano corpore naturaliter consequuntur, sicut ponderositas, passibilitas etc. in corporibus damnatorum erunt. quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludet

Ad 1. Rr q, in inferno damnati non puniente temporalibus poenis ~~huius seculi et~~ quas in hoc seculo passi sunt. sed iuxta forum divine iustitie alijs gravioribus et eternis / Ad. 2. q datur pure bonum non autem pure malum. Unde ultima malorum miseria non excludit omne bonum, malum enim si integrum sit corrumpit seipsum ut dicit. in. 4. ethicorum / Ad. 3. ex dictis.

Ar. 2. Vm corpora damnatorum erunt corruptibilia?

Et videt q sic qr erunt ex contrarijs (sicut et nunc) composita / 2. qr nec per naturam ut probat argumento adducto) nec per gratiam aut gloriam ut constat erunt incorruptibilia / 3. qr illis qui sunt in suma miseria ~~miseria~~ inconveniens est subtrahere maximam poenam qualis est mors / Sed contra Apocal. desiderabunt mori et mors aufugiet ab eis / Secundo qr in corpore et animo damnabunt poena eterna ut patet Matth. 15 / Dicendum q, corruptibilitas

UVA.BHSC

tas sive corruptio auferet a corporibus dam-
natorum quia deerit principium eiusmodi mo-
tus scilicet motus coeli. tum quia impediet
principium motus corruptionis non agen-
tibus contrarijs qualitatibus. in beatis au-
tem auferet etiam corruptio ex vi gratiae

quae sunt secunda agentia ad corruptionem

Ad. 1m. Rr ex dictis / Ad. 2 q. incorrupti-
bilitas erit per naturam quatenus cessa-
vit primum movens ad corruptionem /
Ad. 3. q. mors in quantum subtrahit esse
quod est primum bonum est maxima poena-
rum. sed in quantum privat malam vi-
tam. et quae est in tristitijs est in poenarum
remedium quas terminat. et per consequens
subtractio mortis est in augmentum poe-
narum. damnati autem maiorem dolorem
sentient quam morientes. unde et in perpetua
morte consumentur. juxta illud psalmi mors
depascet eos — " " " " " "

Ar. 3. Vm corpora damnatorum sint futura impassibilia?

Et videtur q. sic quia ex 6. topic. omnis passio
magis facta abscit a substantia ergo quan-
do quam omnino esse desinerent / 2. quia si patien-
tur ab igne ignis ea sibi assimilabit et in se
convertet / 3. quia erunt sicut Salmandra
quae ut Augustinus in igne sine consumptio-
ne vivit / 4. quia ex immensitate doloris
nunc anima a corpore separatur et fit corrup-
tio ergo et tunc / Sed contra 1. corint. 15. et
nos immutabimur glossa. id est sancti glo-
riae immutabilitate et impassibilitate / se-

in lib de civit. ait

tantummodo

cundo

UVA.BHSC

cundo qr et propter cooperationem ad meritum corpus cum anima premiabitur. Dicendum q principalis causa quare ab igne corpora damnatorum non consumentur erit divina iustitia divinę autem iustitię deseruit naturalis dispositio ex parte corporis patientis et ex parte agentium. erunt ergo impassibilia passione naturali sicut et incorruptibilia qr cessabit motus coeli. sed erunt passibilia passione animę per modum cuiusdam intentionis sicut similitudo albedinis recipit in oculo et erit etiam sensus poenę per modum lęssivi ac sic erunt passibilia, beatorum vero corpora non qr non accipient per modum lęssivi. Item ignis affliget et non consumabit

Ad 1. Rr q procedit de passione naturali Ad Secundum. q actio ignis recipiet spiritualiter in corporibus et sic assimilabit ea sibi nec consumet ea) Ad 3. cum Philosophus et galeno lib. de simpl. medic. q nullum animal vivere potest permanenter in igne: cuius actio qr immodica et excessiva est. quamvis spiritualis lędet damnatorum corpora

Lib. de propriet elementorum

Quaestio 87. De cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum et demeritorum

Ar. 1. Vm post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quę fecit et videt q non. qr neq sensu eorum cognitionem

UVA.BHSC

nem accipient qr sensus est presentiū tantum, neqꝫ a promptuario memorie a qua plurima excidunt / 2. qr note que scribent in libris conscientie pate faciendis in iudicio. erunt macule peccatorum. que iam erunt in multis per poenitentiam deletae / 3. qr si peccata ad memoriam reducunt causabunt dolorem ex charitate in sanctis. in quibus dolor esse non poterit. Apocal. 21. / 4 qr resurgentes damnati memores bonorum operum que fecerunt alleuiarent in poenis / Sed contra est August. 20. de ciuit secundo qr sicut in iudicio exteriori omnia sunt coram iudice propalanda, sic et in in interiori testimonium perhibente cōscientia. 1. corint. 5

Dicendum q, conscientie singulorum erunt uel uti libri et registri in quibus merita et demerita patebunt. et testes cogitationum accusabunt ut August docet. 20. de ciuit. et Ricardus de sanct. Victore. iuxta dicta in. 20. Apocalyps. capite / liber autem vite dicit uel uis diuina qua ad memoriam singulorum merita aut demerita reducent. uel scientia iudicis eius prouidentia descripta.

Ad. 1. Rr q, merita uel demerita manebūt in suis effectibꝫ scilicet poena aut premio et etiam in memoria / Ad. 2 q, note non sunt reatꝰ tantum / Ad. 3. q, sancti non dolebunt pre magnitudine gaudij sed de peccatorum remissione exultabunt / Ad. 4 q, dolor

UVA.BHSC

Lor non minuet in malis immo auge
bit ex illa recordatione. qr ut ait Boetius
in. 2. de consol. miserum est fuisse foe
licem

Ar. 2. Vm̃ quilibet possit le
gere eâ quæ sunt in conscien
tia alterius?

Et videt q, non qr non excedent modũ
cognitionis angelorum. immo similes
ei erunt. Matth. 22. sed unus angelus
sine alterius locutione non potest cog
noscere ea quæ ab illius arbitrio depen
dent. ergo | 2 qr nec in se cognoscentur
cum deus solus illabat cordi. nec in sua
causa qr non omnes videbunt deum, ne
qz in suis effectibus. qr multa erunt de me
rita quorum nullus effectus remanebit,
3. qr Chrisosthomus ut Magister dicit in
littera. illa tunc innuit esse reuelanda
de merita. quæ quis non fuerit confessus
et non alia) 4. qr si singulorum sin
gulis peccata paterent alij ex alijs minus
uerecundarent.
Sed contra est glossa. 1. corint. 4 in il
lud. illuminabit abscondita tenebrarum.
Secundo qr quorumdam peccata ut Daui
dis et Magdalenæ scient ergo et aliorum ma
xime damnatorum)
Dicendum q, ut sententia a iudice et as
sessore iuste proferat constare debet de me
ritis, omnibus qui sententiam nouerint.
et non solum de peccatis non dimissis. ut uo
luit.

UVA.BHSC

Luit Magister. sic enim derogaret diuinę misericordię. quę in dimissis non patesceret. Ad. 1. Rr q. merita uel demerita facient ad gloriam uel miseriam resurgentium. et sic diuina virtute nota fient ad sententiam iudicis iustificandam / Ad. 2 similiter / Ad. 3. q. illa peccatorum etiam remissorum reuelatio erit ad gloriam bonorum quatenus de eis poenitentiam egerunt / Ad. 4 q. immo maior eis confusio accrescet in aliorum vituperio suum quisq; vituperium agnoscens.

Ar. 3. Vm omnia merita propria uel aliena uno intuitu ab aliquo videantur.

Et uidet q. non q. sigillatim illa considerabunt ut ex sapientię. 5. colligit / 2 q. ut dicit in. 2. topicorum. non contingit plura simul intelligere. et intellectualiter uidere / 3. q. nec beati, nec angeli per species innatas plura simul uident / sed contra est glossa Ioannis. 8 / secundo q. propterea ducit pro inconuenienti Augustinus q. legat liber Meritorum. q. successiue legendus esset. et successiue manifestatio facienda

Dicendum q. mira celeritate et tempore imperceptibili (quamuis non in instanti) diuina ad id cooperante virtute merita et demerita enumerabunt. et hoc uult Augustinus. lib. 20. de ciuit / et per hoc Rr ad utraq; argumenta /

UVA.BHS QUAS

Quæstio 88 De iudicio generali, tempore et loco in quo fiet. In 4. artic. diuª. Ar. 1. vm̄ iudicium generale sit futurum?

Et videt q. non qr ut dicit Naum. 1. nō iudicat deus bis in id ipsum. at deus nūc iudicat de singulis hominum operibus et post mortem premia aut poenas tribuit pro meritis / 2 in nullo iudicio executio sententiæ præcedit iudicium. at ante iudicium universale saluant et damnant multi. Matth. 25 / 3. qr quorsum iudicium? si unicuiq; ante finē est determinata sua damnatio aut beatitudo. Sed contra Matth. 12. viri ninivitæ surgent in iudicio cum generatione ista / Secundo. qr Ioannis. 5. resurrectionem iudicij.

procedent qui mala egerunt in

Dicendum q. quemadmodum in prima rerum productione immediate omnia processerunt a deo. ita universale iudicium fiet respondens primæ illi rerum productioni. quo dabit ultima completio mundo. unoquoq; accipiente finaliter quod ei debetur secundum se ipsū vnde et tunc erit universalis separatio bonorum a malis qr ulterius non erit locus ut mali pro bonis. vel boni pro malis

UVA.BHSC

547

lis proficiant / Ad. 1. Rr q. aliud debet esse iudicium hominis ut singularis persona ad diuinam prouidentiam pertinēs. et aliud prout est pars totius vniuersi / nec puniet deus bis in id ipsum. sed poenā infligendam quantum ad corpus et animam complebit / Ad. 2. q. propria sententia illius iudicij est separatio bonorum a malis. quae non praecedit illud / et complebit numerus utrorumque / Ad. 3. q. non solum vnicuique sibi. sed singulis singulorum damnatio innotescere debet.

Ar. 2. Vm iudicium fiat per locutionem uocalem?

Et uidet q. sic quantum ad disceptationem et sententiam. qr ut ait Augustinus incertum est per quot dies tendēdum sit, quod non haberet locum si solū esset mentale / 2. qr Gregorius ait q. illi saltem verba iudicis audient qui eius fidem verbo tenuerunt. quod non potest intelligi de verbo interiori qr sic omnes verba iudicis audient / 3. qr et Christus in forma corporali et uisibili iudicabit / Sed contra est Augustinus. lib. 20. de ciudej / Secundo qr testimonium erit secretū scilicet conscientiae et accusatio cogitationum ergo et sententia.

20. de ciuit

Rom. 2.

Dicendum q. licet pro certo definiri non possit quid circa hanc quaestionem tenendum sit. probabilius tamen uidet iuxta dicta Augustini. q. discussio iudicij et sententia

et

UVA.BHSC

Et que Matth. 25 referunt non uocaliter aut ex libro scripto referenda sunt (esset enim prolixa temporis dilatio) sed mentaliter conficienda.

Ad. 1. Rr q Augustinus ueluti dubitati ue loquitur. num mentaliter in instanti. an diuturna locutione illud esset faciendum / Ad. 2. q. etiam mentaliter dicisset locutio et sic intelliget gregorius sed et specialiter aliquid dicet in sententia contra eos qui in lege Christi deliquerunt qr per ipsam iudicabunt Rom. 2 Ad. 3. q. apparitio corporalis Christi domini fieri poterit subito non sic locutio longo tempore perficienda.

Ar. 3. Vm Tempus futuri iudicij sit ignotum?

Et uidet q. non qr primus christi aduentus ex hebdomadis danielis et aliunde cognitus fuit patribus. et colligit. Luc. 12 ergo et secundus erit nobis notus / 2. qr Luc. 22. Matth. 24. et Marci. 13. proponunt multa signa ex quibus cognoscet / 3. qr Apostolus tot ante actis temporibus dixit. corinthijs scribens. nos sumus in quos fines seculi deuenerunt. Et 1. Ioan 3 filioli nouissima hora est / 4. qr in certitudo iudicij eo tendit. ut quis se prepa ret. sed etiamsi sciret non sciret tempus mortis uniuscuiusqz quod ad dictam preparationem esset satis

Sed contra dicit. Matth. 13 / et. 1. Thessal

UVA.BHSC

5. comparat dies ille aduentui furis) in nocte. Dicendum q. licet deus cognitionem et operationem multarum rerum large comunicet. non tamen eorum quae sua solum subiacent potestati. qualis fuit mundi creatio et eiusdem mundi iudicium et finis, haec enim sibi reseruauit ut actorum. 1. constat.

Ad. 1. Rr q. in primo aduentu uenit dominus occultè. sed in secundo ueniet manifestus. ut dicit in psalmo. et ita circa aduentum ipsius error esse non poterit) Ad. 2. cum Augustino ad Esicium q. illa signa non omnia pertinent ad finale iudicium immo ad destructionem Hierusalem per Titum et Vespasianum. et uisitationem, quam deus facit in anima. quin et in primitiua ecclesia tantae fuerunt persecutiones ut iam tunc vicinum posset expectari iudicium et mundi finis / Ad. 3 q. nouissima hora significat senectutem mundi siue ultimam eius etatem (ut ait August. lib. 83. qq.) quae solet diutius differri quam omnes praecedentes etates simul vnde etiam Apostolus. 2. Thessal. 2 excludit falsum intellectum, quem quidam ex suis verbis conceperant ut crederent diem domini iam instare / Ad. 4 q. etiam supposita mortis incertitudine dupliciter ad vigilantiam ualet incertitudo iudicij primo qr ignorat vtrum futurum sit post cuiuslibet uitam. Secundo qr non solum gerimus curam de nobis sed de familia regno

et

UVA.BHSC

Et universitate) ~ // ~ // ~ // ~ // ~ // ~

Ar. 4 Vm iudicium fiet in valle Iosaphat.

Et videtur q, non qr nec tota terra promissionis capere posset multitudinem iudicandorum (2 qr magis congruit Christo iudicanti prætorium Pilati et golgotha ubi iniuste damnatus et punitus est) 3 qr tunc nulla erit evaporatio ergo nec nubes ubi sint iusti sed omnes erunt in terra. quos minime capere poterit. Sed contra dicit Ioel. 3. congregabo eos in valle Iosaphat etc) secundo qr act. 1. dicit quemadmodum vidistis eum ascendentem in coelum (scilicet a monte oliveti, qui præeminet valli Iosaphat) sic veniet. Dicendum q, certitudinaliter nihil de hoc scit. colligit tamen ex scripturis q, illuc descendet unde ascendit scilicet circa montem oliveti. ut idem descendens qui et ascendens ostendat. Ad. 1. Rr q, Christus præeminens et in aere refulgens a longinquo ibi conspici poterit) Ad. 2. q, dominus iudicabit in forma gloriosa. et sic qua et ubi ascendit) Ad. 3. q, nubes dici possunt densitates lucis resplendentis a corporibus sanctorum) vel si nubes sint generabunt divina virtute ad conformitatem cum ascensione) nubes præterea ob refrigerium indicat misericordiam iudicantis ~

Quas

UVA.BHSC

Quæstio 89 De iudicantibus et iudicatis in iudicio generali in octo articulos diuisa.

Ar. 1. Vm aliqui homines iudicabunt cum Christo?

Et iudet q. non. qr Ioannis. 5. dicit pater omne iudicium dedit filio etc. / 2 qr merita et premia hominum soli diuinæ potestati subsunt / 3. qr prolatio ad mentes iudicandorum intimanda soli diuinæ uirtuti conuenit.

Sed contra dicit Matth. 19. sedebitis sup sed. duod. i. duod. tr. isr. / Secundo idem dicit. Isai. 3. ueniet dominus ad iudicium cum senioribus populi sui " " "

Dicendum q. iudicare dicit quadrupliciter primo causaliter ut ninivitæ iudicabunt comparatiue alios. Matth. 12. Secundo approbando sententiam iudicantis / tertio ~~assessorie~~ similitudinarie sedendo sicut assessores ad iudicium. Et quarto modo. qui iustis conuenit in quantum in eis continet sententia diuinæ iustitiæ et eam adeo auctoritatiue latam. ipsi pronunciabunt. ut docet et ponderat Ricardus / Ad. 1. Rr q. procedit de iudicio auctoritatis / Ad. 2 similiter / Ad. 3. q. non inconuenit superiores sanctos inferioribus aliqua reuelare. uel illuminando. uel loquendo ut fit in angelis.

Ar. 2 Vm iudiciaria Potestas correspondeat uoluntariæ paupertati?

sententiæ interius

quasi

UVA BHSC

Et videtur quod non quia solis apostolis promittitur Matth. 19 / 2. quia magis debetur martiribus et virginibus qui offerunt deo de proprio corpore / 3. quia magis competit illis qui legem observandam proponunt scilicet doctoribus. et sic Joannis. 5. est qui accusat vos Moyses. in quo speratis / 4 quia et Christus in quantum ut homo iniuste iudicatus est iudicium recipiet, ergo iudicare magis conveniet patientibus persecutionem propter iustitiam. 5. quia superior non iudicat ab inferiori. at multi licite divitijs utentes erunt maioris meriti quam alij voluntarie pauperes / Sed contra Job. 36 iudicium pauperibus tribuit / Secundo ad idem est glossa Matth. 9

Dicendum quod iudicare convenit pauperibus qui secuti sunt Christum. primo quia magis idonei excutientes avaritiam. Secundo per modum meriti ut exaltentur qui humiles fuerunt. Tertio quia erunt magis dispositi et divina veritate edocti unde inter beatitudines quibus proficimus ad perfectionem prima ponitur paupertas /

Ad. 1. Rv cum August. 20 de civit. quod duodenario numero significata est universa iudicantium multitudo / Ad. 2. ex dictis. et quia principium est maxima pars rei in paupertate virginitas et martirium intelligunt / Ad. 3. quod doctores iudicabunt causaliter / Ad. 4. quod Christus in hoc quod iniuste iudicatus est seipsum humiliavit.

Philip

UVA.BHSC

Philipp. 3. Fideo magis debet iudiciaria potestas illis, qui se voluntarie humiliant divitias et humanos honores contemnendo. q3 his qui ab alijs humiliant / Ad. 5. q, inferior (ut patet in delegato) potest superiorem se iudicare et sic hoc quasi accidentale premium concedit pauperibus supra divites maioris meriti essentialis.

Ar. 3 Vm Angeli debeant iudica

Videt q, sic qr Matth. 25. dici (re) t q, ad iudicium venient cum domino. 2. qr quidam ex ordinibus angelorum throni dicunt. thronus autem sicut et cathedra et solium Regis ad iudiciariam pertinet potestatem / 3 qr sanctis post hanc vitam promittit angelorum equalitas. Matth. 22. si ergo homines iudicabunt a fortiori angeli / " — " — "

Sed contra Ioannis. 5. potestatem dedi ei iudicium facere qr filius hominis est at angeli non communicant in natura humana / Secundo qr angeli erunt ministri in iudicio ut constat Matth. 13 Dicendum q, iudices assessores iudici debent esse conformes scilicet Christo in humana natura (quamvis tota trinitas iudicet per auctoritatem) ac proinde angeli non iudicabunt nisi per sententie approbationem /

Ad. 1. Rr cum glossa ibi. q, angeli venient cum

UVA.BHSC

cum Christo ~~venient~~ ut testes actuū hominum quorum fuerunt custodię deputati / Ad. 2. q. throni dicunt respectu iudicij diuinę prouidentię quam deus semper exercet / Ad. 3. q. illa ę qualitas intelligit quantum ad premium essentiale, in accidentalis uero ut in aureola Virginitatis, martirij, et iudiciarię potestatis non inconuenit q. homines pręferant angelis ~/.

Ar. 4 Vm dęmones exequent sententiam iudicis in damna

Et iudet q. non magis peccauerunt (tos? ipsi q3 homines / 2 q. premiare bonos non est officium sanctorum angelorum / Sed contra est q. homines peccatores peccando se dęmonibus subdiderunt. ergo et in punitione.

Dicendum q. circa hoc quidam putauerunt homines a dęmonibus non puniri attendentes ordinem diuinę iustitię ex parte dęmonum ~~iniuste~~ puniendum contraria uero opinio respicit ordinem diuinę iustitię ex parte hominum punitorum quę autem earum uerior sit nobis certum esse non potest uerius tamen et conformius iudet q. homines damnati per dęmones puniant. sicut et per bonos angelos ad ~~eos~~ diuinę illuminationes deferunt / Ad. 1 Rr q. dęmones sunt superioris naturę et tunc erit prelatio conseruans in

/ pręsidentium / et

iuste,

homines

UVA.BHSC

in bono uel malo / Ad. 2 similiter /
Ad. 3. q. et quorumdam accidentalium
~~nos~~ premiorum angeli hominibus sunt
causa illuminando etc.

Ar. 5. Vm omnes homines in iudicio compareant?

Et uidet q. non qr Matth. 19 solum refe
runt iudicandę duodecim tribus israel / 2. qr in psalmo dicit non resurgent
impij in iudicio / 3. qr pueri qui in infā
tia decesserunt meritorum discussione
non indigent. ergo non comparebunt in
iudicio / Sed contra actorum. 4. constituit
Christus iudex uiuorum (scilicet omnium)
et mortuorum. / Secundo Apocal. 1. ecce ue
nit in nubibus et uidebit eum omnis ocu
lus / Dicendum q. potestas iudiciaria
data est Christo in premium humilitatis
suę passionis, quę cum omnibus sufficiens
fuerit (quamuis in multis non habeat
efficaciam) omnes in iudicio comparebunt
Ad. 1. Rr cum August. lib. 20 de ciuitate
q. et decima tertia tribus leui iudicabitur.
quin et nomine duodecim tribuum uni
uersi intelligunt qr ad sortem duode
cim tribuum sunt assumendi per Christum /
Ad. 2. q. impij. idest peccatores non resur
gent ut iudicent. impij uero idest infide
les non resurgent ut iudicent. qr iam iu
dicati sunt / Ad. 3. q. dicti pueri resurgent
non ut iudicent. sed ut uideant gloriam iu
dicis. Ar. 6. Vm boni in iudicio
iudicentur?

UVA.BHSC

Et videt q, non qr Joannis. 3. dicit qui cre
dit in eum non iudicat / 2 qr beatis cer
ta erit sua beatitudo quorsum ergo iudi
candi? / 3. qr beati non poterunt turba
tionem pati, at omnes iudicandi turba
bunt. ut ex Gregorio. Iob. 40. colligit)
Sed contra dicit. 2. corint. 5. omnes sta
bimus ante tribunal Christi ett.
Dicendum q, omnes quantumuis boni iu
dicabunt quantum ad premiorum recep
tionem. Sed quantum ad eorum dis tu
sionem non iudicabunt sed saluabunt
qui sic boni fuerunt ut nullam admix
tionem notabilem alicuius mali admisse
rint edificantes supra fundamentum fi
dei. aurum. argentum. et lapides precio
sos / Ad. 1. Rr q, iudicium est actus iusti
tiæ magis qz misericordiæ. et sic loco adduc
to pro condemnatione aut punitione sumi
tur / Ad. 2. q, iudicabunt ut præeminē
tia bonorum meritorum ad mala osten
dat omnibus manifeste et sic dei iusti
tia comprobet / Ad 3. q, Gregorius ut ex
præmissis ibi constat loquit de iustis ad
huc in carne mortali existentibus. / Ad. 4
ex dictis

Ar. 7. Vm̄ mali iudicabunt?

Et videt q, non qr ob damnationis certitu
dinem infideles iam iudicati sunt, ergo
et eadem ratione alij peccatores non iudi
cabunt / 2 qr ut ait magister qr vox iu
dicis ad infideles non fit. ne comodum ex
in

ex Gregorio

UVA.BHSC

infidelitate reportarent / Sed contra est q omnibus malis infligit poena secundum quantitatem culpae.

Dicendum q infideles non iudicabunt iudicio discussionis. mali vero fideles sic qr ad minus actum fidei laudabilem habent quamvis non sit meritorius sine charitate.

Ad. 1. Rr q peccatores fideles pertinuerunt saltem numero ad civitatem dei / Ad. 2. q allocutio illa spiritualiter intellecta non erit aspera fidelibus condemnandis qr in eis aliqua sibi placentia manifestabit, quae in infidelibus inveniri non possunt. Sententia autem quae in omnes fert omnibus terribilis erit ratio vero in contrarium adducta procedit de iudicio retributionis.

Ar. 8. Vm Angeli in futuro iudicentur?

Et videt q sic. qr. 1. corint. 6. dicit nescitis qr angelos iudicabimus? / 2. qr Job. 4. de Behemoth. (scilicet daemone) dicit q cunctis videntibus praecipitabat. Et Marci. 1. dicit ad Christum. ut quid venisti ante tempus perdere nos? et glossa ibi) 3. qr. 2 Petri. 2. deus angelis peccantibus non pepercit et in tartarum cruciandos tradidit in iudicium reservari.

Ioan. 16 / Sed contra est q iam sunt iudicati, nec punit deus bis. Nahum. 1. / Secundo qr et aliqui homines boni et mali non iudicabuntur ergo idem erit de angelis bonis et malis.

Di

UVA.BHSC

Dicendum q, iudicio discussionis nec bo
ni. nec mali angeli iudicabunt. iudi
cio autem retributionis iudicati sunt di
recte a principio. sed indirecte iudicabun
t in fine mundi, quatenus boni bene
et mali male se hominum actibus inges
serunt. Ad. 1. Rr q, verbum Apostoli
est intelligendum de iudicio comparatio
nis quatenus quidam homines in sanc
titate quibusdam angelis superiores in
ueniente) Ad. 2. q, cunctis iudentibus
dæmones in perpetuum in infernum præ
cipitabunt iam non amplius hominū
uitam impugnaturi) Ad. 3. similiter

pro suis meri/
tis

Quæstio 90 De Forma iudicis Venientis in tres art. diuª.

Ar. 1. Vm Christus in forma serui sit iudicaturus.

Et iudet q, non qr requirit auctoritatem
ac proinde iudicabit in forma diuinitatis
domini, et creatoris) 2. qr eiusmodi iu
dicium uniuersale requirit auctoritatē
inuincibilem quæ proprie dei (ut sic) est)
3. qr Ioannis. 5. dicit omne iudicium
dedit filio. ut omnes honorificent filiū
sicut honorificant patrem. eiusmodi au
tem honor non exhibet Christo secundum
humanam naturam) 4. qr Danul. 7
throni positi sunt et antiquus dierum se
dit

iudicium

UVA.BHSC

dit. at eternitas (per antiquitatem sig
nificata) Christo ut deus est conuenit.
5. qr Augustinus ut refert Magister
dicit q, per filij dei verbum fit animarum
resurrectio. per verbum factum in car
ne filium hominis fit resurrectio corpo
rum. sed iudicium illud finale perti-
net magis ad animam quam ad carnem)
sed contra Ioannis. 5. potestatem dedit ei
iud. f. qr filius hominis est) secundo idem
colligit. Iob. 36. cum glossa ibi causa tua
tanquam impij iudicata est. ideo iudicium
causamque recipies) Tertio qr Christus in
humana natura apparens nobis legem
euangelij dedit
Dicendum q, ad iudicandum, dominium
requirit ut constat Roman. 14. est autem
Christus, dominus noster non solum ratio
ne creationis. qr ipse fecit nos, sed et Re
demptionis quod ei competit secundum
humanam naturam. et quo constitutus
est Iudex uiuorum et mortuorum reparans
in homine totam ~~naturam~~ creaturam
coloss. 1) et Matth. ultimo. dicit data est
mihi omnis potestas in coelo. et in terra)
Ad. 1. Rr q, procedit de primaria ~~et~~ eterna et naturali
auctoritate. est tamen in Christo secunda
ria et acquisita auctoritas in quantum ho
mo et Redemptor) Ad. 2. q, in Christo ho
mine est inuincibilis auctoritas a virtute
diuinitatis) Ad. 3. q, Christus nisi etiam deus
esset non suffecisset ad humani generis re
dem

UVA.BHSC

demptionem. ac proinde æqualiter cum patre uenerandus est. / Ad. 4. q. potestas iudiciaria exprimit ibi in antiquo dierum. id est in patre. et ab eo communicata ostendit filio hominis uenienti in nubibus / Ad. 5. q. Augustinus loquit per quamdam appropriationem. nam et caro Christi in quantum est diuinitatis organum habet effectum in animabus nostris. ut habetur hebr. 10.

Ar. 2. Vm Christus in iudicio apparebit in forma hominis gloriosa?

Et videt q. non qr sic innuit glossa in illud Ioannis. 19. uidebunt in quem transfixerunt / 2 qr Matth. 24 dicit q. apparebit signum filij hominis (id est crucis) in coelo ut dicit Chrisosthomus / 3. qr secundum formam gloriosam non poterit uideri a corpore non glorificato et sic non uideret ab omnibus / 4 qr uidere gloriam humanitatis solum bonis concedit in premium ut Ioannis. 10 exponit Augustinus. et habet Isai. 33 / 5. qr in illa forma iudicabit in qua iudicatus est ut ait glossa Ioannis. 5 — Sed contra Lucæ. 21. tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna et maiestate / Secundo qr iudicans debet præeminere iudicandis, ex quibus multi in forma gloriosa

UVA.BHSC

sa apparebunt / Tertio qr iudicari est infirmitatis et ad primum spectans ad/ uentum, iudicare autem auctoritatis / Dicendum q, Christus dominus media tor est inter homines et deum. pro illis patrem interpellans et quę sunt patris hominibus comunicat, mediator autem comunicat cum extremis. Et ita Christus cum hominibus misericordiam exercens in primo. et iustitiam dei manifestans in secundo aduentu.

Ad. 1. Rr q, apparebit in eadem forma sed non similiter se habente / Ad. 2 q, crux apparebit in signum beneficij re demptionis a peccatoribus contemptae. / et cicatrices in signum triumphi et victorię in passione consecutae / Ad. 3 q, corpus gloriosum in sua potestate ha bet ut se demonstret corpori non glo- rioso ut dictum est / Ad. 4 q, visio hu manitatis gloriosę inimicis Christi erit in tormentum. ut colligit Isai. 26 / Ad. 5. q, forma ibi accipit pro natura humana in qua iudicatus est. non pro ipsa naturę qualitate.

Ar. 3. Vm diuinitas a malis sine gaudio videri poterit?

Videtur q, sic qr manifeste Christum es se deum cognoscent / 2. qr ex visione hu manitatis gloriosę non gaudebunt immo

cru

UVA.BHSC

cruciabunt, ergo similiter uidebunt diuinitatem / 3. q. sequitur visio ad intellectum pertinet gaudium autem ad affectum / 4. q. omne quod recipitur ad modum recipientis recipitur. et sic ex inspectione diuinitatis nullum poterit esse in malis gaudium aut delectatio / 5. q. in intellectu contingit sicut et in sensu at palato non sano poena est panis qui sano est suauis /

quia secundum Augustinum tarde sequitur.

Sed contra est q. essentia beatitudinis in definitione consistit. Joan. 17. ac per hoc deus sine gaudio uideri non potest / Secundo q. essentia diuinitatis est ueritas et uerum uidere cuilibet est delectabile. ex. 1. metaph. / Tertio quia intellectiua numquam est contristabilis. neque eius delectationi secundum Philosophum aliqua tristitia opponitur.

diuinitas

Dicendum q. ~~id quod~~ est bonum et delectabile per se (et non per participationem) ~~est bonum per essentiam~~ et ipsa ratio bonitatis, ac per hoc inde sine delectatione uideri ~~diuinitas minime~~ non potest. cognoscent autem impij manifeste christum esse deum non per hoc q. diuinitatem eius uideant. sed propter manifestissima diuinitatis indicia. et sic patet ad 1.^m / Ad. 2. q. diuinitas secundum se non potest odio haberi. sed quantum ad aliquos effectus eius in quantum praecipit aliquid contrarium

vo

voluntati / Ad. 3. q. Augustinus loquitur de bono apprehenso per participationem / Ad. 4. q. tristitia damnatorum tolleretur si deum per essentiam viderent. qr tristitia non nominat dispositionem. sed passionem. quae a fortiori causa superveniente tolleretur / Ad. 5. q. in dispositione organi tollit proportio naturalis ipsius organi ad obiectum quod natum est delectare. et ideo delectatio impeditur sed in dispositio quae est in damnatis non tollit naturalem proportionem. qr sunt ordinati ad divinitatem. cum imago semper in eis maneat. et ideo non est simile.

Quaestio. 91 De Qualitate mundi. et resurgentium Post iudicium. in quinque articulos. divi

Ar. 1. Vm mundus innovandus sit? et videtur q. non qr nil est futurum nisi q. aliquando fuerit secundum speciem eccl. 1. at mundus nunquam aliam dispositionem habuit quam nunc / 2. qr innovatio est alteratio. at mundus secundum se totum alterari nequit. qr alteratio est ab aliquo alterante quod extra mundum non erit / 3. qr genes 1. deus requievit ab universo opere quod patrarat. id est a novis creaturis condendis. quae tunc non habuerunt alium modum quam eum quem nunc naturaliter

di.

UVA.BHSC

dine tenent. / 4 qr illa innouatio de
uiabit a naturali statu, quem nunc ha
bet mundus. ergo non erit stabilis et sic
succedet alius, et alius mundus, et pro
cedet in infinitum / 5 qr nouitas gloriæ
in premium rationali creaturæ datur
at in irrationalibus creaturis non est me
ritum, ergo neqz erit nouitas premij //
Sed contra Isai. 66. ecce ego creo coelos no
uos et terram nouam et priora non erunt
in memoria. et idem dicit Apocalyp. 21.
Secundo qr homo habitans innouabit. er
go et mundus in quo habitabit / Tertio
qr homo qui est minor mundus maio
ri quem amat assimilabit. et ita maior
etiam mundus meliorabit. // //
Dicendum q corporalia omnia quæ prop
ter hominem creata sunt post mundi in
nouationem non deseruient illi ad sus
tentationem corporalis uitæ, neqz ad mi
nisterium cognitionis intellectiuæ ut per
ea homo deum uideat in patria quem
per essentiam conspiciet. sed ut ei sola
tium de visione diuinitatis congruens
tribuat inspiciet diuinitatem in suis
effectibus corporalibus in quibus manifestis
sime indicia diuinæ maiestatis appare
bunt. ac proinde simul mundus inno
uabit et homo glorificabit ~//~
Ad. 1. Rr q Salomon loquitur de cursu na
turalium / Ad. 2. q procedit de alteratio
ne naturali ab agente naturali ex ne
cessitate naturæ non de his quæ diuinitus

fi

^ ex. 1. de coelo et mundo -

UVA.BHSC

556

fiunt et reducunt in principium immo/
bile scilicet deum/ Ad 3 q. deus dicit/
die septima a nouis creaturis condendis
cessasse. qr nihil postea factum est. quod
non precessit in aliqua similitudine
Ad. 4. q. illa dispositio nouitatis neqz e
rit naturalis neqz contra naturam sed
supra naturam et a perpetuo agente e
am conseruante/ Ad 5. q. homo meruit
ut illa gloria toti uniuerso conferatur
in augmentum gloriae hominis ~ //

Ar. 2 Vm motus corporum coeles tium cessabit?

Et uidet q. non qr genes. 8. dicit q. estus
et frigus nox et dies non cessabunt. at
hec causant a motu coeli/ 2 qr Hierem
31. leges diei et noctis semper duraturae
dicunt/ 3. qr substantiae corporum coe
lestium sempererunt. at ipsa sunt ad
distinctionem temporum per motum/
4. qr quod est de rerum perfectione (qua
lis est motus in corporibus coelestibus) nō
auferet ab eis/ 5. qr sic in aliqua terrae
parte semper maneret obscuritas nisi
coelestia corpora mouerent/ 6. qr si mo
tus in illis cessaret esset qr fatigarent.
at eiusmodi corpora sunt infatigabilia/
7. qr manerent in potentia ad motum
nunqz reducenda ad actum, quod est in
conueniens/ 8. qr cum sol indifferenter
se habeat ad orientem et occidentem. uel
neuter uel uteiqz attribuendus est ei. quod
nisi

UVA.BHSC

nisi successive moueat esse nequibit.
9. qr motus coeli causat tempus. iamer
go si desinat esse desinet in instanti.
quod est finis preteriti. et initium futu
ri. et per consequens idem quod prius)
10. qr per gloriam non tollunt natura
lia qualis est motus in coelis).
Sed contradicit Apocaly. 10.) Secundo qr
Isai. 60. dicit non occidet ultra sol tuus
et luna tua non minuet) Tertio qr mo
tus coeli est ob generationem inferiorum
quę tunc cessabit) 4. qr motus coeli qu
andoqz consequet finem suum. et ex con
sequenti quiescet) et qr quies est nobilior
qz motus qui ad eam terminat. // //
Dicendum contra Philosophos contrariu
sentientes. q. homine glorificato motus coe
li cessabit non per naturalem causam
sed diuina uoluntate faciente.
Ad. 1. Rr q. procedit de terra secundum sta
tum in quo potest esse generationis princi
pium) et similiter ad 2) Ad. 3 q. ma
gis debet sumi iudicium de corporibus
coelestibus secundum ministerium homi
num. qz secundum temporum distinctio
nem in genesi assignatam) Ad. 4 q. mo
tus non est de perfectione coeli nisi ad gene
rationem quę tunc cessabit) Ad 5. q. omnia
corpora elementorum habebunt in seipsis cla
ritatem) Ad. 6. Rr (et sic exponenda est
glossa Ambrosij Rom. 8) q. labor siue fatig
tio illa est defectus in non attingendo finem
ad quem ultimo tendunt) 2/. Ad-

et generatione cessante.

UVA.BHSC

Ad. 7. q nec potentia artificis ad facien
das diuersas domos eiusdem formę erit
frustra si unam tantum faciat / Ad. 8
q cum tota mundi innouatio ad homi
nem ordinet coelum in illa nouitate
habebit nobilissimum situm. qui est
potentialis ad nostrum habitabilem —
Alij dixerunt q manebit in eo situ in quo
creatus est / Ad. 9. q ~~non~~ procedit de instā
ti siue illo nunc. quod continuat partes
temporis. non de nunc, tempus terminā
te / Ad. 10. q motus coeli non dicit natu
ralis. quasi pars naturę neq; qr habeat pr
incipium actiuum in natura corporis
sed receptiuum tantum. principium
enim actiuum eiusmodi est in substan
tia spirituali. ut dicit Coment. in. 1. de coe
lo et mundo /
Alias duas rationes in oppositum conce
dimus. Ad. 3. ~~q illud propter quod est mo
tus sequet motum~~ q motus cessat habito
co propter quod est motus si sequat mo-
tum. non tamen si comitetur ipsum
qualis est imitatio diuinę causalitatis
propter quam est motus coelestis / Ad. 4
q quamuis immobilitas simpliciter
sit perfectior q̄s motus, tamen motus in
eo quod per motum potest consequi ali
quam perfectam participationem diui
nę bonitatis. est nobilior, q̄s quies in illo
quod nullo modo per motum posset eiusmo
di perfectionem consequi.

Ar. 3. Vm̄ in corporibus coelestibus
claritas augeat in illa innouatiōe?

et

UVA.BHSC

Et videt q, non qr ignis actio ad coeles
tia corpora non pertinget / 2. qr cessan
te generatione cessabit motus ergo et
lux quę sicut et motus ad generationē
concurret / 3. qr et deteriorato homine
corpora coelestia deteriorarent quod
est contra eorum impassibilitatem et
incorruptionem / 4 qr si per peccatum
deteriorata sunt erit ad proportionem
meliorationis in fine ac proinde in pri
mo statu ante peccatum luna lucebat
quantum nunc lucet sol. Et sic quando
cunqz luna lucebat super terram facie
bat diem, sicut nunc sol / 5. qr claritas
solis post resurrectionem non cedet in
usum hominis (ut habet. Isai. 60. et
Apocal. 21) ergo non augebit cum pro
ter ipsum fieri deberet / 6. qr ob rem
adeo modicam sicut homo, non videt
rationabile. q, tam ingentia et nobilia
corpora aut deteriorarent aut in fine
meliorent.

quod est contra dictum genes. 1. ut pręesset nocti

Sed contra Isai. 30. erit lux lunę sicut so
lis. et lux solis septempliciter / Secundo
qr totus mundus renovabit. ergo et coe
li per claritatem / Tertio eiusmodi cre
aturę ut dicit glossa Roman. 8. expec
tat revelationem glorię filiorum dei /
Dicendum q, meliorabunt creaturę ut
per earum cognitionem ad deum perve
niamus. in corporibus autem coelestibus
pręcipuum est lucis ornamentum ut
eccli. 43. constat ac proinde in ea me
lio

UVA.BHSC

558

liorabunt quantitatem autem et modum melioratiōnis auctor nouit. Ad. 1. Rr q, ignis ille innouabit non causando innouationis formam, sed disponendo ad ipsam / Ad. 2. q, lux et claritas sunt perfectiones rei in se et ita manebunt. motus autem est actus imperfecti / Ad. 3. q, lux illa minorata dicit homine peccante uel quantum ad rem in se ipsa. uel quantum ad beneficium inde ab homine percipiendum augebit autē in eius glorificatione q̄ peccatum hominis non immutauit statum uniuersi / Ad. 4. q, minoratio illa secundum probabiliorem sententiam non fuit secundum substantiam, sed secundum effectum. sicut erit melioratio. quin et corpora beatorum fulgebunt septies magis sole / Ad. 5. q, illa lux cedet in usum hominis non ad necessitatem, sed ad maiorem perfectionem / Ad. 6. Rr contra Rabbi Moysem improbantem mundum propter hominem fuisse factum. q, homo ratione animę sic excedit coelestia corpora. ut propter ipsum facta fuerint nō sicut ad principalem finem. q̄ principalis finis omnium est Deus.

Ar. 4 Vm̄ elementa innouabuntur ob receptionem alicuius claritatis? Fuidet q, non quin potius per augmentum qualitatum actiuarum et passiua

uarum / 2. qr claritas densitatem re
quirit. raritas autem et densitas in illa
innouatione ab elementis longe aberunt
3. qr damnati erunt in terra. at ipsi
erunt in tenebris non solum interiori
bus sed etiam exterioribus. ergo sicut ter
ra non dotabit claritate, neq; alia ele
menta / 4. qr erit in eis cum maiore
claritate maior caliditas. et sic transmu
tabunt a suis naturalibus qualitatibus
quod est absurdum asserere / 5. qr sic
tolleret bonum et armonia uniuersi
quę ex melioratione unius solius crea
turę uariat.
Sed contra habet Apoc. 1. de coelo nouo et
terra noua / Secundo qr alię creaturę ut
ait glossa Roman. 8. remunerabunt
propter ministerium, quod homini exhi
buerunt / Tertio qr corpus hominis ex
elementis componitur. ergo et ut sunt in
ipso, et extra ipsum secundum se tota
claritate dotabunt.
Dicendum q, sicut in illa ultima rerum
consumatione spiritus humani accipi
ent proprietates superiorum spirituum
ut habet Matth. 22. sic et corpora infe
riora superiorum corporum proprieta
tes accipient. ac proinde terra erit in su
perficie peruia sicut Vitrum, aqua sicut
christalus. aer ut coelum, ignis ut lumi
naria coeli / Ad. 1. Rr q, excessus lucis est magis
spiri-

UVA.BHSC

spiritualia et delectabilis. non sic autem qualitates activae aut passivae elementorum / Ad. 2. q. aer non erit clarus sicut radios proiciens. sed sicut diaphanum illuminatum. terra autem divina virtute in sui superficie gloria claritatis vestiet / Ad. 3. q. in loco inferni terra non habebit claritatem. cuius loco habebit spiritus hominum et demonum / vel dicendum q. etiam si sit tota terra glorificata nihilominus reprobi in tenebris exterioribus erunt. quia ignis inferni quantum ad aliquid eis lucebit. sed quantum ad aliquid eis lucere non poterit / Ad. 4 q. illa claritas non causabit ibi caliditatem. sicut neque in corporibus coelestibus / Ad. 5. q. omnes etiam aliae partes universi meliorabuntur ac proinde nihil armoniae ipsius detrahetur.

accedens

Ar. 5. Vm Plantae et animalia Remaneant in illa innovatione

Et videtur q. sic quia illis elementa ornari dicuntur / 2. quia animalia plantae et mineralia sicut et elementa homini servierunt / 3. quia sine talibus remaneret universum imperfectum 4 quia sunt nobiliora quam elementa. ergo cum mundus nobilior mansurus sit quam antea habet intentum / 5. quia deficeret in eiusmodi speciebus appetitus naturalis conservandi se in suis in

di

UVA.BHSC

diuiduis / Sed contra qr nec omnia nec quędam. qr non possunt eadem re sumi, neq; erit maior ratio de uno q̄ de alio / Secundo qr ex. 2. de generatione perpetuitas in his non seruat nisi ex continuatione motus coelestis qui tunc cessabit / Tertio qr cessabit finis eorum scilicet uita animalis hominum, ad quam ordinata sunt ut constat genes. 9.

Dicendum q, in illa innouatione manebunt quę incorruptibilitatem habent et ad perpetuam quietem ordinari possunt. sunt autem incorruptibilia corpora coelestia secundum se tota, et secundum partes elementa uero corruptibia sunt secundum partes non secundum se tota, homines secundum totum et secundum partes corrumpunt ex parte materię sed non ex parte formę incorruptibilis scilicet animę rationalis. unde in illa innouatione mundi sola ea quę dicta sunt manebunt. et non alia quę secundum se tota et ex parte materię. et ex parte formę corruptibilia sunt.

Ad. 1. R. q, sunt ad ornatum elementorum in statu actionis et passionis. in quantum uirtutes actiuę et passiuę, quę sunt in elementis ad speciales actiones contra

hun

UVA.BHSC

sunt / Ad. 2. q. homo meruit innovationem illorum quae ad incorruptionem ordinant / Ad. 3. q. plantae et animalia sunt de perfectione universi secundum presentem statum naturae mutabilis / Ad. 4. q. elementa in ordine incorruptionis sunt nobiliora. et hoc sufficit / Ad 5. q. ille appetitus considerandus est secundum ordinem ad motum coeli /

Quaestio 92 De Visione divinae essentiae per comparationem ad beatos. in 3. artic. diu.

Ar. 1. Vm intellectus humanus possit pervenire ad videndum Deum Per essentiam?

Videtur q. non qr Joan. 1. deum nemo vidit unquam. etiam angeli ut in se est secundum expositionem Chrisosthomi / 2. qr ut dicit Dionisius. 1. cap. de diu. no cognitio est existentium. Deus autem est super omnia existentia ut pote infinitus / 3. qr idem sanctus ait q. perfectissimus modus quo deo coniungimur est ut ignoto / 4 qr idem ad Gaium monachum dicit. q. dei tenebrae (id est eius luminis abundantia) absconduntur omni cognitioni / 5. qr idem ad Hierotheum. invisibilem deum vocat propter

lib. de myst. theologia.

UVA.BHSC

ter excedentem claritatem. excedit autem quemlibet omnino intellectu/ 6. qr non est ulla proportio nostri intellectus finiti ad essentiam diuinam infinitam/ 7. qr nec sensus creatus potest pertingere ad creaturam spiritualem a qua minus distat, qz noster intellectus a deo/ 8. qr in nostro intellectu non potest dari similitudo quæ sit principium cognitionis essentiæ ipsius dei. nisi aut ipsa diuina essentia (et hæc non qr non potest fieri unum cum intellectu) aut creatum quid. et hoc non sufficiet/ 9 qr species aut similitudo quæ esset in nostro intellectu (ut de similitudine substantiæ separatæ ponderat Auicena in sua metaphysica) declinaret a diuina essentia magis qz ~~alb~~ nigrum ab albo. ergo non posset esse principium cognitionis eius/ 10. qr ex intellecto et intelligente fit unum. ut habet in 3. de anima. quod hic esse nequit/ 11. qr sciret de deo quid est. at magis scitur quid non est. ut dicit Dionisius et Damascenus/ 12. qr infinitum ut sic (qualis est deus) ignotum omnino esse est necesse/ 13. qr August. lib. de videndo deum ait. deum esse natura inuisibilem/ 14. qr a sanctis in patria uidet per modum eorum. et non per modum sui ipsius

15

UVA.BHSC

561

15. qr videbit non per se. sed per medium lumen scilicet gloriæ. ut dicit in psalmo / 16. qr videbit facie ad faciem 1. cor. 13. quod autem facie ad faciem videmus per similitudinem videmus / sed contra dicit. 1. corint. 13. et. 15 / et. 1 Joannis. 3. Joannis. 14 / exod. 33 cum expositione gregorij / Item qr alias sanctorum desiderium maneret frustratum iuxta illud exod. 33. ostende mihi gloriam tuam. et illud Joannis. 14 ostende nobis patrem. et sufficit nobis

Dicendum q. cum finis ultimus vitæ humanæ sit videre deum quod est illius summa felicitas. beati in regno coelesti videbunt deum facie ad faciem. nam cum divina essentia sit actus purus. poterit esse forma qua intellectus intelligat. et hæc erit visio beatificans. est autem unio animæ ad corpus aliquale exemplum beatæ unionis qua homo unit deo

Ad. 1. Rr q. loquit de visione corporali. ut ait Augustinus / vel de intellectuali in hac vita / vel excludit ut dicit Chrisosthomus ab intellectu creato comprehensionem dei

Ad. 2. q. videbimus deum per essentiam suam ex parte eius quo videt sive formæ cognitionis. sed qr efficacia in cognoscendo sequit virtutem cognoscentis erit incomparabilis distantia inter visionem qua nos videbimus deum. et qua deus seipsum videt / Ad. 3. q. procedit de cognitione nostra in

non per modum quiditatis. aut similitudinis acceptæ a substantijs separatis nec per modum fulgoris cuiusdam ut diversimode Avicenna, Averroes. et Alpharabius posuerunt. sed per divinam essentiam unitam intellectui –

sta

UVA.BHSC

statu uiæ / Ad. 4 q. lux est deus Ioannis 1. lumen autem impressio lucis in aliquo illuminato. et sic est dicere q. creaturæ incognita est lux inaccessibilis diuinæ claritatis. / Ad. 5. q. claritas dei quamuis excedat omnem formam, qua nunc noster intellectus informat. non tamen excedit diuinam essentiam, qua deum cognoscemus / Ad 6. q. inter illa potest esse proportionalitas in esse intelligibili quæ est similitudo proportionum sicut et cum deus cognoscit nos / Ad. 7. q. duplex est similitudo et distantia scilicet uel secundum naturam, uel secundum proportionalitatem / Ad. 8. q. sufficit fiant unumquantum ad actum intelligendi / Ad. 9. q. nec ab Alijs Philosophis admittitur sententia Auicenæ / Ad 10. ex dictis / Ad. 11. q. omnes illæ auctoritates et similes sunt intelligendæ. de cognitione qua cognoscimus deum in uia ratione prius posita / Ad. 12 q. infinitum priuatiue ut sic est ignotum et incognoscibile. negatiue autem acceptum dicit per remotionem materiæ terminantis. et sic est de se maxime cognoscibile. quo pacto infinitus est deus / Ad. 13. q. procedit de uisione corporali etc. / Ad. 14 q. uidebit deus in patria a sanctis sicuti est si referatur ad modum ipsius uisi quem scilicet in se habet. sed non si referatur modus ad ipsum cognoscentem. qr est multo

mi

UVA.BHSC

minor efficacia intellectus creati ad videndum quam essentiae divinae ut intelligatur / Ad. 15. quod medium visionis aut cognitionis est triplex. scilicet sub quo ut lumen, quo. scilicet formale obiecti. et in quo ut speculum in quo alia videntur et in gloria non erit tertium nec secundum medium. sed primum quod eleuabit intellectum nostrum ad hoc quod possit coniungi substantiae increatae modo praedicto / Ad. 16. quod creaturae non possunt per se ipsas sine similitudinibus cognosci. sicut de cognitione dei per divinam essentiam dictum est.

sicut forma lapidis ad cognoscendum lapidem.

Ar. 2. Vm sancti post resurrectionem deum oculis corporalibus visuri sint.

Videtur quod sic. quia et Iob. 39. in via existens ait. nunc oculus meus videt te etc. 2. quia Iob 19. dicit in carne mea videbo deum saluatorem meum / 3. quia Augustinus. 22. de ciuit. ait quod acrimonia hominis cernendi serpentes et aquilae excedunt quantum ad corporalia. ergo ad spiritualia oculi hominum corporei poterunt eleuari / 4. quia oculus incorporeus potest corporalia videre. ergo et e conuerso corporalis incorporalia / 5. quia Iob. 4 Gregorius ponit hominem mente carnalem ergo e contra poterit dici carne spiritualis ad spiritualia cernenda / 6. quia homo

vi-

UVA.BHSC

videndo deum beatificabit anima et corpore. ergo et oculis corporis deum videbit) 7. qr in patria deus erit presens per suam essentiam non solum in intellectu, sed etiam in sensu.)

Sed contra est Ambrosius super lucam / Secundo ad idem est Hieronimus similem visionem solum admittens in oculis mentis, de quibus dicit beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt / Tertio. qr idem sanctus res incorporeas corporalibus oculis videri negat. Et Augustinus similiter qui mente et non carne similitudinem dei in homine reperiri docet.

Dicendum q sancti post resurrectionem deum corporalibus oculis non videbunt neqz aliquo percipient corporali sensu sicut per se visibile est neqz hic neqz in patria sed bene per accidens. ~~Dat~~ dum Mdam gloriam dei inspicient in corporibus ~~et~~ maxime gloriosis et specialiter Christi ~~[illegible]~~ ~~deum~~. Et ex parte intellectus tam clare deum videbunt q in rebus corporalibus visis deus percipiet. sicut in locutione alicuius percipit eius vita

Ad. 1. Rr q procedit de oculo cordis ephes 1. / Ad. 2. q non per oculos carnis. sed in carne deum videbimus / Ad. 3. q Augustinus ut ibi constat procedit inquirendo-

Ad

UVA.BHSC

Ad. 4 q. omnis cognitio etiam sensibilis fit per aliquam abstractionem a materia. et ideo non est simile / Ad. 5. q. mens etiam facta carnalis cogitat (licet a sensibus accipiat cognitionem) immaterialiter, et visus oportet semper apprehendat corporaliter / Ad. 6. q. beatitudo conuenit homini ut homo est et sic ab anima redundat beatitudo in corpus. erit tamen et in corpore nostro quedam beatitudo dum uidebit deum in sensibilibus creaturis et precipue in corpore Christi domini / Ad. 7. q. intellectus est perceptiuus spiritualium non autem uisus corporalis.

Ar. 3 Vm̄ sancti deum videntes videant omnia que deus videt.

Et uidetur q. sic qr sancti angeli secundū isidorum in verbo dei omnia sciunt antequam fiant. at homines erunt sicut angeli dei / 2 qr Gregor. 4. dialogorum ait q. illic omnes communi claritate deum conspiciunt. et quid est quod ibi nesciant ubi scientem omnia sciunt? / 3. qr ex tertio de anima maxima intelligens minora a fortiori cognoscit / 4. qr nil creatum superabit intellectum beati. ergo omnia cognoscet. videntem enim deum ut ait gregor 2. dialog. angusta est omnis creatura / 5. qr intellectus possibilis est quo est

UVA.BHSC

omnia fieri. ergo eius potentia ne sit frustra saltem saciabit et implebit in gloria / 6. qr beati uident verbum dei. quod est speculum in quo omnia creata repręsentant / 7. qr ut dicit pro N. 12 desiderium suum iustis dabit. at omnis homo naturaliter omnia scire desiderat. 1. metaph / 8. qr quę uis ignorantia habet rationem poenę at omnis poena auferet a beatis / 9. qr corpora sanctorum perficient ad similitudinem corporis Christi Philipp. 3. ergo et animę perficient ad similitudinem animę Christi omnia scientis / 10. qr informabit eorum intellectus essentia diuina quę omnia continet et repręsentat / 11. qr et Comentator dicit in. 3 de anima q. si intellectus agens esset forma intellectus possibilis intelligeremus omnia. at diuina essentia clarius repręsentat omnia, qz intellectus agens / 12 qr post resurrectionem omnis prelatio cessauit ut dicit glossa. 1. corint. 15. taliter q. superiores angeli inferiores non illuminabunt. ergo tam illi qz homines omnia scient

Sed contra est dionisius. 6. de coelest. Hierarchia / secundo qr solus Christus habet spiritum non ad mensuram ut dicit Ioannis. 3 / Tertio qr quidam ex cognoscentibus et uidentibus deum perfectius ipsum

tan

UVA.BHSC

tanq̃ principium intuent. ergo plures in eo effectus cognoscant est necesse. Dicendum q. sancti uidentes dei essentiam non omnia quę deus uident. qr deus scientia uisionis cognoscit omnia quę fuerunt. sunt. et erunt tanq̃ pręsentia. Item per scientiā simplicis intelligentię cognoscit illa quę potest facere. licet nunq̃ facturus sit secus non cognosceret perfecte suam potentiam nisi cognosceret obiecta sed impossibile est ut beatus hęc omnia cognoscat Item anima Christi cognoscit omnia in verbo quę deus cognoscit noticia visionis. sed alij beati non cognoscunt omnia in essentia diuina ut anima Christi. Vnde angeli inferiores illuminātur a superioribus, et quo perfectius principium. seu essentia diuina cognoscitur eo plures effectus cognoscuntur per ipsum. Item diuina essentia est speculum uoluntarium. ac proinde ostendit ea quę uult. Item illa ignorantia in beatis non est poenalis qr non dicit nescientiam alicuius, quod sciri debeat. sed est quędam nescientia. Item probabile est q. post diem iudicij omnes omnia uidebunt in verbo quę deus uidet scientia visionis, sed non ut anima Christi, sed aliqui plura aliqui pauciora secundum gradum suum.

Ad. 1. R. ex dictis qr de fiendis loquitur.

Ad

UVA.BHSC

Ad. 2. q. procedit de sufficientia ex parte diuinę essentię / Ad. 3. q. beatus uidet secundum suum modum proprium, qui finitus est / Ad. 4. q. ad cognitionem est necessaria coniunctio formę seu speciei intelligibilis. essentia autē diuina non coniungit intellectui beato prout est ratio omnium. sed aliquo ꝯ / Ad. 5 cum Augustino. quinto confessionum q. qui deum et creata simul nouit non propter illa beatior. sed propter deum tantum beatꝰ / Ad. 6. ex dictis / Ad. 7. q. illud desiderium implebit ex eo solum q. deum uidebunt. unde Ioan 14. ostende nobis patrem et sufficit nobis / Ad. 8. ex dictis / Ad. 9. q. illę similitudines corporum et animarum ad Christum non erunt ~~non~~ secundum ęqualitatem ~~sed~~ Ad. 10 ex dictis / Ad. 11. q. intellectus agens est potentia proportionata intellectui passibili / Ad. 12 ex dictis. unde dicitur Apocalyp. 21. q. claritas dei illuminat ciuitatem beatorum. et lucerna eius est agnus. et similiter alij superiores illuminabūt inferiores, non quidem noua illuminatione ut scientia inferiorꝫ per hoc augeat, sed quadam continuatione illuminationis. ut innuit daniel 12. Prelatio autem ordinum cessatur adicit quantum ad ea quę nunc circa nos

per

UVA.BHSC

per eorum ordinata ministeria exercẽtur. ut patet per glossam ibidem ~ 11.

Quæstio. 93 De sanctorum Beatitudine et eorum mansionibus. in tres artic. diuª

Ar. 1. Vm̃ Beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium.

Et iudet q̃ non q̃ similior est deo anima corpori unita q̃ a corpore separata / 2. q̃ uirtus animæ ad operandum est magis unita et minus dyspersa quandiu est separata a corpore / 3. q̃ beatitudo consistit in actu intellectus speculatiui, qui melius operat ab organis corporeis abstractus / 4 q̃ finitum addi tum infinito non facit maius. at anima ante resurrectionem gaudet de bono infinito, cui post resurrectionem solum addit finitum gaudiũ de corporis gloria.

Sed contra est glossa Apocal. 6. ibi iudi- sub altare animas interfectorum / secũdo q̃ et miseria post resurrectionem erit maior in malis.

Dicendum q̃ extensiue beatitudo sanctorum post resurrectionem sine dubio erit maior corpore glorificato. et intensiue etiam quatenus anima glorificato corpori (quod ei omnino subsiciet) unita perfectius operabitur q̃ separata. unde et Hieronimus dicit q̃ anima separata ex appetitu ad- cor

(nec enim tunc corpus quod corrumpit aggrauabit eam)

UVA.BHSC

corpus retardat ne tota intensione per
gat in illud summum bonum.
Ad. 1. Rr q, tunc unita similior erit deo et
perfectior / Ad. 2. q, absolute virtus a ma
teria separata est potentior / Ad. 3. q, tunc
corpus etiam ad beatitudinem cooperabi
tur / Ad. 4. q, finitum infinito additum
non facit maius, facit tamen plus. qr fi
nitum. et infinitum sunt duo extensio
autem gaudij non respicit maius. sed plus

similiter. et

Ar. 2. Vm Beatitudinis gradus mansiones dici debeant?

Et videt q, non qr beatitudo premium so
nat. mansio vero non sic / 2. qr man
sio locum corporalem dicit. at beati spiri
tualiter tantummodo in deo manebunt /
3. qr nec in purgatorio aut limbo distin
guunt mansiones /.
Sed contra Ioannis. 14. in domo patris mei
mansiones multę sunt / Secundo qr
in qualibet ciuitate est ordinata mansio
num distinctio /
Dicendum q, mansio dicit quietem in adep
tione termini motus (siue sit localis qui
est primus ad cuius similitudinem dicun
tur alij motus) siue motus appetitus ad
rem desideratam. ac proinde sicut uni
tas beatitudinis per domum unam sig
nificat. sic differentię gaudiorum et premio
rum in ea. nomine mansionum. quem
admodum leuia sursum tendunt. et diuer
simode propinquius aut remotius ad sursum

qui

UVA.BHSC

quiescunt / Ad 1. Rr q mansio importat rationem finis et premij / Ad. 2. q est unus locus spiritualis sed plures gradus appropinquandi ad locum illum / Ad. 3 q in limbo. Et nunc in purgatorio non assignant mansiones qr non habent rationem finis. sicut beatitudo. Et infernus /

Ar. 3. Vm diuersae mansiones distinguant penes diuersos gradus charitatis?

Et uidet q non. qr Matth. 25. dicit q dedit dominus unicuiqz secundum propriam virtutem / 2. qr in psalmo dicit q reddet deus unicuiqz secundum opera sua. ergo non secundum diuersitatem charitatis / 3. qr premium non debet habitui. sed actibus. Et ita non coronant fortes. sed agonizantes ut dicit Philosophus in. 1. ethic. et habet. 2. thesal. 2 /

Sed contra est q secundum differentiam charitatis est coniunctio ad Deum / Secundo. qr sicut simpliciter sequitur ad simpliciter ita magis ad magis. sed habere beatitudinem sequitur ad habere charitatem ergo etc.

Dicendum q diuersae mansiones erunt in beatitudine. tum ex parte proximi distinctiui earum scilicet dispositionis charitatis patriae. tum ex parte principij distinctiui remoti scilicet charitatis uiae per modum meriti

Ad. 1. Rr q uirtus ibi non accipitur ~~solum~~ pro sola capacitate naturae / Ad. 2. q operibus non debet /

UVA.BHSC.

bet gloria nisi prout sunt charitate formata / Ad. 3. q. habitus charitatis est principium. et tota ratio merendi. quamvis et ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merendo considerari respectu alicuius premij accidentalis quod est ~~bonu~~ gaudium de aliquo bono creato.

Quæstio 94 De modo quo sancti se habebunt erga damnatos in tres articulos diuisa.

Ar. 1. Vm̄ Beati in patria visuri sint poenas damnatorum?

Et videt q. non qr non uident quæ circa viatores etiam ad se pertinentes fiunt quisibi magis propinqui sunt. ut dicit glossa Isai 19 ibi Abraham nesciuit uos / 2 qr ex imperfectione visibilis aut turpitudine posset causari in beatis aliqua poenalitas aut imperfectio /

Sed contra dicitur Isai. ultimo et ibi ponderat glossa / Dicendum q. sanctis dabitur uidere damnatorum poenas ut magis se euasisse gaudeant. qr unumquodqz ex comparatione contrarij magis cognoscit. et contraria iuxta se posita magis elucescūt / Ad. 1. Rr ex supradictis. q. procedit de cognitione naturali eorum / Ad. 2. q. visio rei turpis sine infectione animæ esse potest. qr species in anima per quas contraria cognoscuntur

nō

UVA.BHSC

non sunt contrariae. Unde deus qui omnium perfectionem habet omnia turpia et pulchra videt.

Ar. 2. Vm beati compatiantur miserijs damnatorum?

Et videtur q. sic qr compassio est actus charitatis / 2 qr deus et angeli compatiuntur nobis a quibus magis distant / ergo etc. Sed contra est q. sic aliquo afficerent dolore, Dicendum q. duplex est compassio altera per modum electionis ut cum quis rationabiliter seruato ordine diuinae iustitiae uellet aliquem a miseria liberare altera per modum passionis. et neutro modo beati damnatis compatiuntur bene tamen peccatoribus nondum existentibus in termino qr resipiscere possunt et conuerti.

Ad. 1. Rr q. est actus charitatis ad modum dictum / Ad. 2. q. intelligit de misericordia ordine diuinae iustitiae seruato.

Ar. 3. Vm beati lętentur de poenis impiorum?

Et videtur q. non qr hoc ad odium pertinet 2. qr erunt summe deo conformes. qui non delectat in poenis nostris / 3. qr in homine uiatore esset vituperabile nedum in beato / Sed contra dicit in psalmo lętabitur iustus cum uiderit uindictam / 2

qr

UVA.BHSC

qr. Isai. ultimo. dicit erunt usqz ad
sacietatem visionis omni carnj.
Dicendum q, non per se. sed per accidens
gaudebunt de eiusmodi damnatorum
poenis quatenus se liberos ab eis cernunt
et diuinæ iustitiæ rectitudinem lucen
tem conspicient.
Ad. 1 Rr q, illud gaudium est ratione
adiuncti sicut de tentationibus gaudē
dum dicit ~~Apostolus~~ Iacobi. 1) Ad. 2
q, et deus lætat de poenis ut sunt per
suam iustitiam ordinatæ) Ad. 3. q, in vi
atore non est laudabile si lætet de pœ
nis aliorum secundum se. Et in beatis
non potest esse compassio nisi iudicium
rationis consequens.

non secundum) seipsas. sed

Quæstio. 95. De Dotibus bea torum in quinqz artic. diuisa

Ar. 1. Vm ponendæ sint aliquæ Dotes in hominibus beatis.

Et uidet q, non qr sancti magis gerunt
personam sponsæ scilicet ecclesiæ. ergo
illis dotes non dant / 2. qr dotes non
dant a patre sponsi sed sponsæ. at Iaco
bi. primo omne datum optimum des
cendit a patre luminum qui est pater
christi domini) 3. qr dantur dotes ad
sustentanda onera matrimonij. at
in beatitudine nulla erunt eiusmodi o
ne

UVA.BHSC

nera / 4. qr similiter darent dotes sanctis qui per fidem deo desponsant in via 5. qr bona beatorum erunt de interioribus bonis. dotes autem ad exteriora pertinent /

Sed contra ephess. 5. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo et ecclesia / Secundo qr in matrimonio carnali dant dotes ad solatium, quod longe maius est in matrimonio spirituali. Tertio qr ornabunt in patria ut dicitur Isai. 61. sicut sponsam ornatam monilibus suis. Dicendum q, dotes sunt in beatis hominibus constituendę scilicet dona data a deo ad ornatum eorum. sicut ornamenta sponsarum in matrimonio carnali ad dotem pertinent. et dant a tota trinitate. quamuis datio appropriet patridum traducit sponsa in coelum. Unde dos definit. q, sit perpetuus animę et corporis ornatus uitę sufficiens. in ęternâ beatitudinem iugiter perseuerans.

Ad 1. Rr q, dotes datę in matrimonio carnali dominium manet penes sponsâ licet assignet sponso ad usum matrimonij / Ad. 2 ex dictis / Ad. 3. q, dotibus per se respondet solatium matrimonij et per accidens onerum remotio / Ad. 4 ex dictis qr dotes dant cum sponsę in domum sponsi perpetuo mansurę transferuntur / Ad. 5. q, dotes spirituales dantur

ad

UVA.BHSC

ad decorem interiorem animę cuius gloria est ab intus. non ad exteriorem ornatum sicut dotes carnales.

Ar. 2 Vm̄ Dos sit idem quod Beatitudo?

Videt q. sic qr beatitudo est ornatus animę / 2 qr per beatitudinem sicut et per dotem sponsa delectabiliter sponso coniungit / 3. qr beatitudo in visione consistit. et visio dos ponit / 4 qr fruitio etiam facit beatum. et pro dote ponit 5. qr beatitudo secundum Bo etium est status omnium bonorum aggregatione perfectus. at status beatorum ex dotibus perficit. Sed contra est q. dos dat sine merito. non sic beatitudo / secundo qr dotes sunt plures beatitudo vero una tantum / Tertio qr beatitudo convenit homini secundum id quod est potissimum in eo. Dicendum q. dotes non solum ratione (ut quibusdam visum est) sed et realiter a beatitudine distinguunt. Sunt enim habitus aut dispositiones aut eiusmodi qualitates ad beatitudinem disponentes quę in operatione consistit / Ad. 1. Rr q. beatitudo ad ornatum sequit / Ad. 2 q. beatitudo est ipsa coniunctio / Ad. 3. q. visio sumpta pro principio visionis (scilicet claritate) est dos. visio vero ipsa beatitudo et sic Rr ad 4 / Ad. 5. q. beatitudo colligit omnia bona nō quasi partes. sed ad beatitudinē ordinata

UVA.BHSC

Ar. 1

Ar. 3. Vm̄ Christo competat habere dotes?

Et videt q. sic qr sancti beati dotes habentes Christo conformant. Philipp. 3 / 2 qr et in Christo inuenit matrimonium spirituale verbi ad naturam humanam. ut in psalm. et Apocalypsi habet / 3. qr Christus ut dicit Augustinus lib de doctr. chr. iuxta regulam Cyconij propter unitatē corporis mistici quę est inter caput et mēbra nominat se sponsum. et sponsam. ut patet Isai. 61. / 4. qr omnibus membris ecclesię debent dotes. at Christus est mēbrum ecclesię. iuxta illud. 1. cor. 12. estis corpus Christi. et membra de membro / 5. qr Christus habet perfectam uisionem fruitionem. et delectationem. quę annumerant dotibus.

Sed contra est q. in Christo non reperit aliquid distinctum personaliter a filio dei qui est sponsus / Secundo qr Christus dat dotes. at non est eiusdem dare et recipere / Dicendum q. in Christo ut quidam ponunt est triplex unio scilicet consentanea ad deum per connexionem amoris / alia cōdignatiua humanę naturę ad diuinam / Alia qua ipse Christus unitur ecclesię. et secundum duas primas uniones ponunt in Christo dotes sub ratione dotis. sed quantum ad tertiam conuenit ei id quod est dos excellentissime. non tamen sub ratione

do

UVA.BHSC

dotis. qr in tali coniunctione Christus est ut sponsus. ecclesia autem ut sponsa. sed cum alijs uerius tenendum q, dotes ut sic proprie Christo non competunt. licet perfectio dotium in ipso excellentissime reperiat. Ad. 1. Rr q, id in quo conformamur Christo non oportet sit eodem modo in ipso. et in nobis / Ad. 2 q, humana natura non distinguit personaliter a verbo. ac proinde dicit similitudinarie sponsa quatenus inseparabiliter verbo coniungit. et ab eo ut inferior regit / Ad. 3. q, Christus dicit sponsa ratione ecclesie sibi unitæ. et ut sic poterit dici habere dotes / Ad. 4. q, ecclesia sumpta pro corpore et capite Christo nominat sponsum et sponsam. nec proprie potest dici Christus membrum ecclesie. sed totum bonum ipsius in ipsam influens / Ad. 5. q, ibi est fallacia accidentis. qr illa non conueniunt Christo secundum q, habent rationem dotis

Ar. 4. Vm Angeli habeant dotes?

Et uidet q, sic qr ut ait glossa cant. 6. una est ecclesia hominum et angelorum / 2 qr luc. 12. glossa loquens de reditu domini a nuptijs. nuptias uocat cum dominus post resurrectionem angelorum sibi multitudinem copulauit / 3. qr spirituale matrimonium. siue coniunctio non est minor in angelis ad deum. qz in hominibus

4

UVA.BHSC

570

4. qr magis reperit ratio spiritualis matrimonij. inter angelos et maior conformitas ~~reperit~~ in spiritualitate ad Christum qz in hominibus). 5. qr maior conformitas requirit inter caput et membra qz inter sponsum et sponsam. at Christus dicit caput angelorum. ergo etc. Sed contra videt origenes super cantica angelos vocans sodales sponsi / Secundo qr Christus desponsavit sibi ecclesiam per incarnationem, et passionem iuxta illud exod. 4. sponsus sanguinum tumi hi est. Dicendum q, ratio dotis ut sic proprie non reperit in angelis cum in eis nō reperiat conformitas naturę specificę ad Christum. neqz ut homo, neqz ut deus. reperit tamen in eis perfectio dotium et dotes per quamdam metaphoram. et similitudinis extensionem. / et sic Rr ad 1 Ad. 2. q illa desponsatio accipit large / Ad 3. q illa conuenientia non sufficit / Ad. 4 similiter / Ad. 5. q neqz etiam Christus dicit caput angelorum quantum ad conformitatem naturę. sed influentiam. caput enim in corpore ut a membris condiuisum aliam speciem habet a membris

Ar. 5. Vm̄ conuenienter ponant tres animæ dotes.

Videt q, sint plures qz visio fruitio et dilectio. qr illa ago animę ad deum consistit in tribus animę potentijs. at in tribus supra dic

UVA.BHSC

dictis nihil invenit ad memoriam pertinens) 2. qr. visio respondet fidei fruitio charitati sicut et dilectio. ergo aliquid aliud debuisset poni respondens spei 3. qr deo non fruimur nisi per dilectionem et visionem teste Augustino de doctrin. christiana. ergo superfluit fruitio / 4 qr ad perfectionem beatitudinis est etiam necessaria comprehensio ut habet. 1. corint. 9. sic currite ut comprehendatis / 5. qr Anselmus ait q ad beatitudinem animae pertinent sapientia amicitia concordia potestas honor securitas et gaudium) 6. qr Augustinus lib. de civit. dei dicit q deus in beatitudine sine fine videbit sine fastidio amabit sine fatigatione laudabit. ergo laudatio praesignatis dotibus annumerari debuisset / 7. qr Bo etius dicit q ad beatitudinem pertinent sufficientia divitiarum. iocunditas voluptatis celebritas famae securitas potentiae. reverentia dignitatis

Sed contra est communior modus sentiendi

Dicendum q tres sunt animae dotes scilicet visio ex parte habitus eam elicientis. Dilectio ob convenientiam per effectum quae ab omnibus vocat fruitio. et ob coniunctionem ponit comprehensio quae est deum praesentem habere. visio ergo respondet fidei. comprehensio spei. dilectio charitati

Ad. 1. Rr q memoria et intelligentia ad quam pertinet visio pro eodem reputant

Ad

UVA.BHSC

571

Ad. 2. q. fruitio respondet spei in quantu includit comprehensionem quae spei succedit / Ad. 3. q. fruitio secundum q. comprehensionem includit distinguitur a visione et dilectione / Ad 4 ex dictis / Ad. 5. q. proprie loquendo dotes sunt immediata principia illius operationis in qua perfecta beatitudo consistit. illa autem quae Anselmus enumerat dicunt qualemcunq. habitudinem concomitantiae vel consequentiae ad ipsam / Ad. 6. q. laus est quid beatitudinem consequens / Ad. 7. q. illa sunt quaedam beatitudinis conditiones non dispositiones ad eam

Quaestio 96 De Aureolis in. 13 articulos diuisa.

Ar. 1. Vm aureola sit aliud a premio essentiali quod aurea dicitur?

Et videtur q. non q. aurea includit omnia bona quae comunicant in patria / 2 q. magis et minus non diuersificant speciem, ergo illi qui premiantur ob praecepta et consilia quibus respondet aureola non habent quid distinctum ab aurea quae dat seruantibus praecepta / 3. q. omne premium in patria respondet charitati quae una est / 4. q. ut ait Gregorius homines assumuntur ad ordines angelorum his autem gaudium singulis singulorum est comune / 5. q. aureola debebit co

si

UVA.BHSC

silia seruantibus ac proinde erit per
fectior quam aurea . nec diminutiue au
reola dici debuisset .
Sed contradicit glossa exod . 25 . facies al
teram coronam aureolam / Secundo
quia pugnæ victoriosæ debet corona . 2
Timoth . 2 / Tertio quia a triumphante
ecclesia descendit militans . in hac
autem dantur diuersa premia ut vin
centibus corona , currentibus brauium ,
Dicendum quod aureola dicit aliquid aureæ
superadditum . id est quoddam gaudium
de operibus a se factis quæ ob specialem
rationem certaminis habent rationem
victoriæ excellentis . quod est aliud gau
dium ab eo . quo de coniunctione adde
um quis gaudet quod aurea dicit et
est premium essentiale . illud accidē
tale ac proinde aureola diminutiue uo
cat . et in doctoribus . virginibus . et mar
tiribus reperit .
Ad . 1 . Rr quod aureola non est necessaria ad
esse sed ad bene esse et decentiam beati
tudinis . sicut et felicitas politica ornat no
bilitatem / Ad . 2 . quod maius meritum esse
poterit in sola obseruantia præceptorum si fiat
ex maiori radice charitatis quam in obser
uantia etiam consiliorum . sed quia probatio
dilectionis ut ait gregorius exhibitio est
operis ut in plurimum maius meritū
re

UVA.BHSC

572

reperit in obseruatione preceptorum simul et consiliorum / Ad. 3. q. in premio ex parte charitatis est aurea. et aliquid ex genere operationis scilicet aureola / Ad. 4. q. omnes angeli in eodem genere actus suam beatitudinem meruerunt. non sic hominibus contingit licet et omnes homines beati de beatitudine singulorum etiam gaudeant — sed non ob id singuli aureolam merent quia corona dat ipsis victoribus non de victoria gaudentibus / Ad. 5. q. maior est excellentia meriti quae consurgit ex charitate. quam quae ex genere operis et ideo illi aurea huic aureola correspondet /

Ar. 2. Vm Aureola differat a fructu?

et uidet q. non quia eidem merito scilicet virginitati debet aureola et fructus centessimus ut constat Matth. 17 cum glossa / 2. quia Augustinus ait q. centessimus fructus debet martiri. et etiam virgini. quibus etiam debet aureola. ergo est idem quod fructus / 3. quia fructus non est premium essentiale cum omnibus beatis non debeat. ergo est accidentale. et sic idem quod aureola //

Sed contra est q. fructus assignant viduis. et coniugatis / Secundo quia viduitati non debet aureola. Dicendum q. fructus sumit pro dulci. pro ultimo quod de re habetur

refriente ut Ambrosius dicit

UVA.BHSC

tur. et pro cōmodo quod nobis provenit ex aliquo. ut galat. 5. Roman. 6. et matth. 13. et nullo horum modorum nunc loquimur de eo. sed prout oritur ex semine, spirituale autem semen quod in nobis seminat est verbum dei in hoc igit fructus verbi differt ab aurea et ab aureola: q. aurea consistit in gaudio quod habet de deo. aureola vero in gaudio de operum perfectione sed fructus in gaudio, quod habet de ipsa dispositione operantis. secundum gradum spiritualitatis, in quem profuit ex semine verbi dei. " " " "

Ad. 1. Rr q. eidem merito respectu diversorum diversa premia respondere possunt aut diversi premiorum gradus) Ad. 2. q. fructus secundum propriam acceptionem non dicit premium cōmune martirio, et virginitati. glossa autem large accipit fructum pro qualibet remuneratione / Ad. 3. q. non omne accidē tale premium aureola nuncupat //

Ar. 3. Vm Fructus debeatur soli virtuti continentiæ?

Et videt q. non. gr. 1. cor. 15. in illud alia claritas solis etc dicit glossa. q. illi claritas comparat eorum dignitas qui centesimum fructum habent. luminari vero

que

UVA.BHSC

quę sexagessimum: stellę autē quitri
cessimum. sed illa diuersitas clarita
tum secundum Apostolum pertinet ad
quantamcunq; beatitudinis differē
tiam / 2. qr fructus a fruitione dici
t quę premium est essentiale / 3. qr
fructus labori debet sapię. 4. sed ma
ior est labor in fortitudine. q3 in continē
tia aut temperantia / 4. qr laboriosius
et difficilius uidet modum tenere in ci
bis (ut pote simpliciter ad uitam ne
cessarijs) q3 in venereis. ergo potius
parsimonię respondebit fructus / 5. qr
fructus refectionem importat. refectio
autem precipue est in fine. ergo respon
debit uirtutibus theologicis. quę habēt
pro obiecto finem scilicet ipsum deum /
sed contra est glossa Matth. 13. assignās
fructus Virginitati. Viduitati. et cō
tinentię coniugali. quę sunt continē
tię partes. Dicendum q fructus magis
continentię debet. qr fructus debet ex hoc
q̂ a carnali uita in spiritualem transit
quod fit per continentiam proprie.
Ad. 1. Rr q glossa accipit fructum lar
ge pro quauis remuneratione / Ad. 2
qd fruitio non sumit a fructu prout de
eo nunc loquimur / Ad. 3. q fructus pro
ut de eo loquimur non respondet labori
ratione fatigationis. sed secundum q per
laborem semina fructificant unde et
ipsę

UVA.BHSC

ipsę segetes labores dicunt inquantū propter eas laborat. uel labore acquirunt / Ad. 4. q. sunt magis necessarię illę delectationes. sed minus uehementes q̄ carnales / Ad. 5. q. fructus non sumit hic. secundum q. frui dicit qui reficitur in fine ~ // ~ // ~ // ~

Ar. 4. Vm̄ conuenienter assignent tres fructus tribus continentiæ partibus?

Et uidet q. nō q. galat. 5. ponunt duodecim fructus scilicet gaudium pax. etc. 2. q. fructus nominat aliquod premium speciale. quale non est assignatum virginibus viduis. et coniugatis. q. omnes saluandi continent sub aliquo horum trium / 3. q. sicut viduitas excedit continentiam coniugalem. ita virginitas viduitatem. at non sic excedit sexagenarius tricenarium. nec proportione arithmetica. nec geometrica / 4 q. ex his quę ex institutione hominum sunt non est accipienda ratio eorum quę in scriptura dicunt. et sic non uidet admittenda ratio quam Beda de istis fructibus assignat dicens de proportione tricessimi ad sexagessimum. et centessimum /.

Sed contra est cōmunis sententia conformis scripturę.

Dicendum q. homo per continentiam carnalitate abiecta in quandam spiritualitatem transfert per trigessimum in coniu-

ga

UVA.BHSC

gatis. per sexagessimum in viduis. et per centessimum in virginibus significatam. trigessimus enim ad similitudinem ternarij perfectionem importat. et similiter sexagessimus ex ductu senarij. et centessimus tanquam terminus numerorum ex denario collectus ut constat. Ad. 1. Rr. q. non procedit de fructu ut hic loquimur / Ad. 2. q. non inconuenit ponere fructum quod sit premium omnibus saluandis commune. sicut gaudium de operibus illis sine quibus non est salus. nec tamen his qui in fine poenitent et incontinenter vixerunt debet predictus fructus sed premium essentiale / Ad. 3. q. distinctio fructuum magis accipit secundum species et figuras numerorum quam secundum quantitates ipsorum / Ad 4. q. illa repraesentatio verborum fundat aliquomodo supra ipsam rerum naturam /

Ar. 5 Vm aureola debeat ratione virginitatis?

Et uidet q. potius debeat viduis quam ut Hieronimus ponderat maiorem sentient in resistendo carni difficultatem et Philosophus. lib. animalium. corruptos iuuenes magis affirmat appetere coitum / 2 qr sic in virgine virginum esset aureola. quod tamen non uidet. cum corruptione fomitis non fuerit infestata 3. qr non semper fuit virginitas laudabilis

UVA.BHSC

bilis etenim in mundi principio hominibus preceptum est crescere et multiplicari. et tempore legis sterilis erant maledictæ / 4 qr pro virginitate amissa (ut puta cum a tyrano prostituit virgo) dat aureola / 5. qr virginitas a natura inest homini tam bono qz malo / 6. qr secundum quosdam non debetur aureola viduitati nisi eius adiungat votum, ergo nec virginitati nisi voto servatæ / 7. qr quidam sunt ex necessitate virgines ut frigidi et eunuchi —//—

Sed contra dicit glossa exod. 25. de aureola corona superaddita sermonem faciens secundo ad idem est Isai. 56. cum glossa loquente de eunuchis qui se castraverunt propter regnum coelorum —

Dicendum q cum in bello contra carnem ut habet galat. 5. precellens a virginitate reportet victoria. virginibus debet specialis corona scilicet aureola. et hoc non solum illis qui virginitatem voverunt sed et omnibus qui habuerunt propositum perpetuo servandi ~~virginitatem~~ eam. Si autem aureola large sumat pro quocunqz gaudio quod potest haberi supra gaudium essentiale tunc potest competere incorruptis carne etiam non virginibus.

Ad. 1. Rr quidquid sit de maioritate vel minoritate pugnæ in viduis aut virginibus. q aureola debet his et non illis qr corona

UVA.BHSC

575

na non debet pugnę sed victorię est autem perfectissimum et pulcherrimū genus victoriæ. hosti nunqꝫ cessisse / Ad Ad. 2 (licet alij aliter sentiant) q, in virginē fuit et perfectio aureolę. et aureola proprie non qr pugnam habuerit a carne ullam (etiam ab ea non perceptam ob excellentiam virtutis reprimentem) sed qr habuit pugnam a dęmone hoste comuni qui nec Christum dominum intentatum reliquit / Ad. 3 q, Virginitati non debet aureola nisi in quantum addit excellentiam super alios continentię gradꝰ quod in principio mundi non habebat locum, neqꝫ in lege ob promissum Mexiam de illo populo nasciturum. nisi ex divino processisset instinctu. ut credit de Hieremia et Helia, quorum coniugia non leguntur / Ad. 4. q, per violentiam oppressa si propositum servet virginitatis aureolam non amittet. nec Virginitatē etiamsi non ob deum. sed aliam ob causā corrumpat / Ad. 5. q, Virginitas quantū ad materiale est a natura, sed non propositum servandi eam / Ad. 6. q, viduę si propositum habuit viduitatem servādi respondebit aureola etiamsi de viduitate votum non emisserit. sicut de Virginitate dictum est / Ad. 7. q, frigidi et eunuchi si habent propositum virginitatis habebunt aureolam.

Ar. 6. Vm̄ Martiribꝰ aureola debe et videt q, non qr sępe mori pro- (at?

ut Lucia /

UVA.BHSC

Chris

Christo est necessitatis et non superero
gationis ut colligit Rom. 10. corde cre-
dit ad iustitiam. ore autem confessio fit
ad salutem / 2. qr secundum Gregori
um servicia quanto sunt magis libera
sunt magis grata. at martirium mi-
nimum habet de libertate cum sit poe
na ab alio inflicta violenter / 3. qr Ber
nardus ponit tria genera martirũ scili-
cet voluntate et non nece, nece et volũ
tate. et nece et non voluntate quale fuit
martirium innocentium. si ergo aureo
la debet merito magis debebit volunta
ti patiendi q̃ exteriori passioni. at illud
non ponitur ergo / 4. qr interior passio
(cum afflictiones animę passiones corpo
ris excedant) quoddam genus martirij
est ut de sanctissima virgine in morte fi
lij testat Hieronimus / 5. qr et poeniten
tia martirium est ut ait gregorius quo
spirituali gladio vitiâ trucidamus. cui ta
men aureola non debet / 6 qr illicito ope
ri aureola non debet at multi martires
(ut specialiter de quibusdam mulieribus
apud Alexandriam dicit) effugientes rabiẽ
tiranorũ sibi manus violentas iniecerũt /
7. qr si quis post vulnerâ ob fidem inflicta
superviuat aliquandiu non certatus
q̃ ad mortem ergo non merebit aureolã
8. qr multis qui magis sentiunt amissi
onem rerũ temporalium q̃ vitam si ob
deum surripiant eis. mererent aureolam
9. qr martirium ut innuit Isidorus est
actus

et carnalia desideria

lętalia

UVA.BHSC

576

actus testificans fidem. at actus aliarum virtutum scilicet charitatis et iustitiae sunt excellentiores, quibus tamen aureola non dat / 10. quia sicut veritas fidei a deo est. sic et omnis veritas quaecunque illa sit a spiritu sancto est ut dicit Ambrosius. ergo morienti pro quacunque veritate debebit aureola / 11. quia nec morienti in bello iusto pro bono communi, quod divinius est debet aureola, ergo nec morienti pro fide specialiter in seipso servanda / 12. quia omne meritum ex libero procedit arbitrio. at ecclesia multorum martiria celebrat, qui nondum attigerunt usum rationis.

Sed contra est Augustinus praeferens martirium virginitati / secundo quia in martirio est specialis difficultas pugnae /

Dicendum quod sicut perfectissimae victoriae de passionibus concupiscentiae debet aureola. sic et perfectissimae victoriae de passionibus exterioribus quales sunt martirium tum ex parte ipsarum passionum. tum ex parte causae pugnae scilicet pro Christo unde dici consuevit quod martirium non poena sed causa facit.

Ad. 1. Rr quod licet in aliquo casu (ut cum quis de praehensus interrogat de fide) teneat pro ea martirium pati adhuc merebit aureolam. quia haec respondet operi adeo excellenti quamvis in eo non adsit. pro tunc supererogatio / Ad. 2. quod martirio

UVA.BHSC

rio debet aureola non ut extrinsece ab alio infligit. sed prout patienter pro Christo sustinetur et acceptatur) Ad. 3. q. bene potest quis plus mereri de premio essentiali si cum sola efficaciori et maiore radice charitatis desideret pati pro Christo. quam alius qui actualiter pateret. sed aureola debet difficultati ipsius pugnæ et operis exterioris in semetipso / Ad 4. q. sicut delectationes tactus circa quas est temperantia præcipuum locum tenent inter omnes delectationes interiores et exteriores. ita dolores tactus omnibus alijs doloribus præeminent / Ad. 5. q. in pœnitentia est similitudo martirij (licet moderata esse debeat) non tam propter intensionem. quam propter diuturnitatem / Ad. 6 cum Augustino lib. 1. de ciuit. q. illud nisi diuino instinctu non licuisset / Ad. 7 q. ex qualicunque afflictione propter Christum illata et usque ad mortem continuata siue mors inde sequatur siue non aliquis martir efficitur et aureolam meretur / Ad. 8. q. ille non esset amor ordinatus neque aureola dignus Ad. 9. q. qui pro virtute occidit quæcunque illa sit pro Christo occidi dicit et testis eius efficitur. vnde et quædam sanctæ sicut beata Agnes) pro virginitate seruanda martirium passæ sunt / Ad. 10 q. qui pateret /

(dummodo non sit cum culpabili negligentia)

UVA.BHSC

ut martirium pro alia veritate ab ea quae est fidei diceret martir non ratione finis sed ratione causae. quorum utrumque in patiente pro fide invenit / Ad. 11. q. bonum increatum excedit bonum omne creatum quantumvis commune illud sit / Ad. 12 Rr vel q. usus rationis acceleratus est in eis vel q. ex eo q. pro christo occissi sunt martires dicuntur non plene aureolam merentes quia non actu libero voluntatis. sed secundum quamdam participationem. quemadmodum dictum est de pueris baptizatis. qui gaudebunt de innocentia et carnis integritate

Ar. 7. Vm doctoribus aureola debeatur?

Et videtur q. non quia docere et praedicare non sunt actus alicuius virtutis / 2 quia doctrina est quid acquisitum et facultas docendi quid naturale. at naturalibus et acquisitis non meremur / 3. quia praedicare et docere non ad humilitatem sed ad inflationem inducunt ut ex glossa matth. 4 colligitur.

Sed contra est glossa ephes. 4 in illud quae sit supereminens etc. et glossa cant. 4 in illud vinea mea etc. 1

Dicendum q. sicut vincentibus carnem et mundum scilicet virginibus et martiribus dabit aureola, sic et vincentibus diabolum per doctrinam scilicet doctori

UVA.BHSC

bus non solum ex officio ut Prelatis sed etiam alijs si doceant et predicent adeo ut Prelatis nisi officium predicandi et docendi exerceant aureola non sit reddenda. dat enim actu pugnantibus non habitui. 2. Timoth. 2.))

Ad. 1. Rr q illi sunt actus misericordiae / Ad 2. q usus doctrine et facultatis est meritorius dum charitate informatur / Ad. 3. q predicare et docere de se ad bonum tendunt et ex charitate hu militer exercent, quamuis ex hoc alij qui occasionem superbiendi accipiant.

Ar. 8. Vm Christo domino aureola debeatur.

Et iudet q sic qr fuit perfectissime virgo martir et doctor / 2. qr premium aureole debet excellentissimis meritis / 3. qr ut ait Cyprianus imaginem dei virginitas portat ergo etiam ut deus est debet Christo aureola.) , ,

Sed contra est q aureola est premium de conformitate ad ipsum Christum ac nullus sibimet ipsi conformat / Secundo qr Christi premium nunqs augmentum suscepit etiam ab instanti sue conceptionis at tunc nunqs pugnauerat.

Dicendum q in Christo ratio aureae reperit aureolae vero non item qr dicit perfectionem participatam. sed tamen est in eo perfectio excellens a qua omnis aureola deriuat. ipse enim uicit mundum tanqs

leo

UVA.BHSC

578

Leo fortissimus. Apocalypsis. 3. et. 5. / et Joannis. 16.
Ad. 1. Rr q. premium accidentale illis / in Christo respondens non habet aliquam notabilem quantitatem ~~supra premium essentiale~~ in comparatione ad magnitudinem essentialis premij / Ad 2. q. licet aureola in se sit quid debitum operi perfectissimo quo ad nos. nihilominus dicit participationem ab alio in quo invenitur plenarie / Ad. 3. q. exemplar virginitatis in deo est longe alterius rationis

Ar. 9 Vm angelis aureola debeat?
Et videtur q. sic qr Hieronimus de virginitate loquens ait q. in carne preter carnem vivere angelicum est. et glossa. 1. cor. 7. ait q. virginitas est portio angelica / 2. qr angeli sunt magis virgines scilicet incorrupti spiritu qr nunqz peccaverunt / 3. qr purgant illuminant et perficiunt. ergo saltem debet eis doctorum aureola. Sed contra est q. in eis non est pugna / Secundo qr aureola non debet actui qui per corpus non exercet " " " "
Dicendum q. ea que in hominibus ad perfectionem meriti pertinent sunt angelis connaturalia, vel etiam expectant ad communem statum eorum, aut etiam ad ipsum premium. Et sic angelis aureola non competit / Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. per petitia

UVA.BHSC

tica incorruptio in angelis premium essentiale meret / Ad. 3. q. illi actus pertinent ad communem statum illorum et sic per ipsos aureolam non merentur.

Ar. 10 Vm̄ aureola etiam corpori debeatur?

Et videtur q. sic q. et dos quae ad premium essentiale pertinet conuenit corpori / 2. q. meritum aureolae etiam per corpus exercet / 3. q. in corporibus martirum quaedam virtus apparebit ~~etiam~~ in ipsis cicatricibus ~~corporis~~ ut Augustinus ponderat. 22. de ciuit. dei.

Sed contra est q. animae quando sine corporibus sunt in paradyso habent aureolas / Secundo q. omne meritum est ab anima ergo omne premium in anima esse debet. Dicendum q. aureola proprie est in mente. Secundum tamen quamdam decoris redundantiam refulget etiam in corpore. vel in carne. Et sic R. ad obiecta.

Sciendum tamen q. decor cicatricum quae in corporibus martirum apparebunt non potest dici aureola. q. aliqui martires aureolam habebunt in quibus huiusmodi cicatrices non erunt. ut puta illi qui aquis sunt suffocati. aut carnis inedia consumpti. vel scalore confecti.

Ar. 11 Vm̄ conuenienter assignentur tres aureolae virginum martirum et praedicatorum? et

UVA.BHSC

Et uidet q non qr predicte aureole res
pondent virtutib, temperantie, forti-
tudinis et prudentie. ergo debuisset addi
quarta aureola que respondeat iustitie /
2. qr glossa exod. 25 dicit q aureola est
superaddita obseruationi mandatorum
cum dicit uende que habes et da paupe
ribus. ergo paupertati debet aureola / 3.
qr in obedientia maxima perfectio consis
tit ergo et illi aureola debebit / 4 qr mul
ta sunt etiam alia supererogationis o-
pera / 5. qr et scripta copilantib, debebitur
aureola / Dicendum q tribus priuilegia
tis victorijs scilicet contra carnem mun
dum et demonem et a se et ab alijs eiicien
dum tres aureole assignant / uel tres aureo
le distinguunt (ut alijs placet) secundum
tres uires anime. scilicet rationalis in
predicando. irascibilis in mortem sustinē
do. et concupiscibilis in subiugando delec
tationes uenereas. Vel secundum q Christo
sancti conformant scilicet in manifestā
do ueritatem. in Martirio. et virginitate
Ad. 1. Rr q in actu iustitie non inuenitur
specialis ratio pugne / uel q iustitia cir
cuit omnes uirtutes / Ad 2. q paupertas
minus habet de pugna. licet multum de
merito ob quod ei respondebit iuditiaria po
testas / et similiter Rr ad. 3. et 4. / Ad
5. q scribentib, sacra aureola debet sed hec
est doctorum, qr quoddam docendi genus est

Ar. 12 Vm Aureola Virginum sit
11. potissima inter alias /

et

Et videtur quod sic quia Apocal. 7. dicit quod sequuntur agnum quocunque ierit et quod cantabant canticum quod nemo alius / 2. quia Cyprianus dicit quod virgines sunt portio illustrior gregis Christi / 3. videtur quod aureola martirum sit potior quia virgines decorantur martirio ut ait Aymo / 4 videtur quod potior aureola debeat doctoribus. nam 1. Timoth. 5. dicit quod qui bene presunt presbiteri duplici honore digni sunt

Dicendum quod ex parte pugne preeminet aureola martirum (quamvis secundum quid quia scilicet e vicino et diuturnior emineat aureola virginum) sed ex parte eorum de quibus est pugna aureola doctorum est potior quia circa intelligibilia versatur. est ergo excellentior aureola martirum ut constat ex glossa Matth. 5. circa octavam beatitudinem patientium nimirum propter iustitiam / et ex his R.r ad obiecta.

est pugna

Ar. 13. Vm unus alio excellentius habeat aureolam?

Et videtur quod non quia debet operibus que sunt in termino ergo non intenditur, nec remittitur / 2 quia virginitas cum importet privationem quamdam non intenditur, nec remittitur, ergo neque aureola que est premium eius / Sed contra est quod aurea, cui superponitur in uno est intensior quam in alio

Dicendum quod cum meritum sit quodammodo causa premij. ad maius meritum sequitur po

UVA.BHSC

potior aureola. Sic q. quantum ad radicem operis scilicet charitatis ex quo fit sequitur maius premium essentiale. ad ipsum autem opus in se et ex genere actus potest respondere maius premium accidentale scilicet aureola. Et ita potest contingere q. aliquis qui in martirio minus mereatur quantum ad essentiale premium (ut pote si ex minori charitate patiatur) habeat maiorem pro martirio aureolam qr diffililiori et attrociori est passione interemptus. ‖

scilicet aurea

Ad 1 Rr q. merita quibus debet aureola non attingunt terminum perfectionis simpliciter quin et inter ignes unus est alio subtilior / Ad 2. q. una virginitas dicitur maior alia qr magis recedit a virginitatis contrario. Et sic etiam dicitur unus cecus magis cecus qz alius.

Quaestio. 97 De Poena damnatorum. in. 7. articulos diuisa.

Ar. 1. Vm Damati in inferno sola Poena ignis affligantur.

Et videtur q. sic qr Matth. 25 ubi eorum poena exprimitur solum dicitur ite maledicti in ignem eternum / 2 qr in purgatorio ad ueniali non erit nisi poena ignis ut innuit 1. corint. 3 / 3. qr poenarum uarietas refrigerium prestaret ut cum transit de calido ad frigidum / Sed contra dicitur in psalmo. ignis sulphur spiritus procellarum pars calicis eorum

UVA.BHSC

Secundo qr Job. 33. dicit transibunt ab aquis nivium ad calorem nimium. Dicendum cum Basilio quod omne fętulentum et fędum cum damnatis in infernum ad eorum confusionem descendet ut pugnet pro domino contra eos orbis terrarum. sapię. 5.

quod fuerit in elementis

Ad. 1. Rr q nomine ignis qr est maxime activus omnis vehemens afflictio designat / Ad. 2. q poena purgatorij principaliter ordinatur ad purgandum (quod pręcipue fit per ignem) et non ad puniendum sicut poena inferni / Ad. 3. q illę contrarię actiones frigoris et caloris non causabunt refrigerium in damnatis, qr non agent reducendo qualitates ad medium. sed spiritualiter modo speciali ut dictum est.

Ar. 2. Vm vermis damnatorum sit futurus corporalis.

Et videt q sic qr per spiritualem carnis non posset affligi. ut innuit. Judith. 16. et eccli. 7. / 2. qr August. 21. de civit. ait q utrumqz scilicet ignis et vermis poena erunt carnis / Sed contra est Augustinus 20. de civit. / Dicendum q renovato mundo nullum mistum manebit pręterhominem. ac proinde vermis mansurus intelligendus est spiritualis scilicet conscientię remorsus / Ad 1. Rr q per carnes damnatorum eorum animę intelligunt quatenus carni

UVA.BHSC

ni subiectę extiterunt. uel potest dici q
per uermem spiritualem caro affliget
secundum q passiones animę redundāt
in corpus et sic et in futuro. / Ad. 2 q.
Augustinus loquitur comparatiue /

Ar. 3. Vm fletus damnatorum erit cor
poralis?

Et uidet q sic qr Lucę. 3. dicit quędam glos
sa. q per fletum quem dominus reprobis
cominat potest probari uera corporum re
surrectio / 2. qr peccatores habuerunt nō
solum delectationem interiorem. sed et
exteriorem, ergo utroq modo puniendi
sunt iuxta Apocal 18.

Sed contra est q fletus lachrimarum fit
per resolutionem. quę minime perpetua
esse posset. Dicendum. q in damnatis e
rit fletus non quantum ad resolutionē
quę sine motu coeli. generatione et corrup
tione esse mini~~me~~ posset. sed quantum
ad aliud quod in fletu reperitur scilicet cō
motio quędam capitis. et turbatio oculorum
et quantum ad hoc fletus carnis resurrec
tionem indicat. et respondet delectationi
quę fuit in anima et in corpore. et
ex his Respondet ad obiecta.

Ar. 3. Vm damnati sint in tene
bris corporalibus?

Et uidet q non qr Gregorius. 20. moral. in
illud Job. 10. sempiternus horror inhabitat

dicit

UVA.BHSC

dicit q ignis ille non ad consolationem
Lucebit. sed ut damnati quos secum
traxerunt videant. et torqueant / 2 qr
damnati videbunt poenas suas / 3. qr
habebunt potentiam visivam quae non
erit frustra ergo videbunt /
Sed contra dicit Matth. 22. et ibi Gregor
de tenebris exterioribus damnatorum
Secundo qr Basilius in illud psalmi vox do
mini intercidentis flamam ignis dicit q
virtute dei separabit claritas ignis ab e
ius virtute adustiva in tormentum da
mnatorum / Dicendum q ignis inferni erit
fumosus turbidus et ob corporum damna
torum multitudinem spissus. tantum
habens de luce quantum sufficiat ad
hoc ut damnati ea a quibus torqueri
possunt conspiciant. neq in illo misero
et horrendo loco quidq erit perspicuum pre
ter ipsos damnatorum oculos. et per hoc
Respondet ad argumenta.

Ar. 5. Vm ignis ille sit corporalis

Et videt q non qr Damascenus lib. 4 di
cit q ignis ille non erit materialis / 2
qr August. 12 super genes spiritualem
fore arbitratur locum ad quem anima
defert post mortem / 3. qr ignis ille non
cruciabit uno modo omnes peccatores ut
docet Gregorius. in 4. dialog. ergo non
aget modo corporali qui idem semper est
in

UVA.BHSC

in eo. sed spiritualis et admodum quē exigent culpę / Sed contra dicit. in 4 dialogorum / Secundo ad idem est sapiae. ubi orbis terrarum contra insensatos dicit pugnaturus. ergo etiam corporalia pugnabunt

Dicendum q. Avicena tripliciter explicuit animas igne inferni puniri (negavit enim corporum post mortem punitionem cum resurrectionem non admisserit) Primo per quamdam similitudinem ad corpora. Secundo per imaginationes velut in somniantibus (quasi animę separatę imaginatione quę instrumentum corporale exigit uti possent) et tertio per coniunctionem ad corpus coeleste illis adiunctum. quasi ut dixit Pitagoras de corpore migrarēt in corpus. Sed supposito ut supra diximus modo quo anima patiet ab igne corporeo. Dicendum ad pręsens quod Gregorius in 4 dialog. ex hoc ipso probat ignem inferni esse corporeum. qr reprobi post resurrectionem in eum detrudent. et idem affirmat Augustinus ut dicit Magister.

Ad. 1. Rr q. Damascenus solum vult ignem illum non esse materialem sicut nostrum. neq; quantum ad effectum puniendi sive agendi non solum in animas, verum et in corpora / Ad. 2 q. Augustinus tantum intendit locum animarum non esse corporeum. qr in illo corporaliter non

eodem omnino modo

UVA.BHSC

non existunt, vel loquitur (ut sæpe in illo libro facit non determinando sed opinando) Ad. 3. q. actio illius ignis diversimode modificabitur a principali agente ad executionem divinæ iustitiæ cuius est instrumentum. quemadmodum ignis fornacis modificatur ex industria fabri ad effectum artis ~

Ar. 6. Vm ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro?

Et videtur q. non q. ut magister dicit ex Augustino, Nemo scit qualis sit ignis ille, nisi cui divinus spiritus ostenderit / 2. q. Gregorius. 15. moral. exponens illud Iob. 20. devorabit eum ignis qui non succendit. dicit q. ignis gheneæ nec studio humano succendit. nec lignis nutrit / 3 q. æternum et corruptibile non sunt eiusdem naturæ. at ignis ille est æternus Matth. 25 / 4. q. de natura huius nostri ignis est ut luceat. at ille non lucet immo Iob. 18. lux impij extinguet.

Sed contra est q. ex Philosopho. 1. topicorum omnis aqua est eiusdem speciei. ergo et omnis ignis / Secundo q. Sapientiæ. 2. per quæ quis peccat, per eadem torquet. at homines per creaturas peccant.

Dicendum q. ignis inferni quantum ad ipsam ignis naturam eiusdem speciei est cum nostro. ~~non~~ utrum autem tamen quantum ad materiam ex qua nutrit incertum est neq. enim lignis fovebit. neq. successione indigebit.

Ad. 1. Rr q. Augustinus loquitur quantum ad ma

UVA.BHSC

materiale illius ignis / Ad. 2. similiter sive ignis inferni sit
qr spiritus vel flatus domini succendet in propria mate
illum ~~[illegible]~~ ut habet Isai. 30 / Ad. 3. ria vel in aliena
q etiam corpora damnatorum licet tunc
incorruptibilia erunt eiusdem speciei ac
nunc / Ad. 4. q nec ignis ut dicit Philo
sophus lucet in propria sphera.

Lucere non conve
nit igni secundum
quemlibet modum
existendi. unde

Ar. 7. Vm ignis inferni sit sub terra?

Videtur q non immo extra orbem dicit
enim de homine damnato Iob. 18. et de
orbe transferet eum deus / 2. qr ignis erit in
inferno in sempiternum. ergo non erit ~~alterius~~
ibi per violentiam. at ignis non potest
esse sub terra nisi per violentiam / 3. qr quo
modo ignis ille cum tanta multitudine
damnatorum poterit esse sub terra cum
omnes eius partes ferant in centrum / 4
qr per quae quis peccat per eadem punit Sap.
2. at mali peccaverunt super terram er
go et super eam puniendi sunt. /

cum nullum vio
lentum sit perpetuum

Sed contra Isai. 4. infernus subtus contur
batus est in occursum tui / Secundo idem
sentit Gregorius. in. 4. dialogorum / ter
tio. ad idem est glossa Ioannis. 2. et Mat
th. in corde terrae

interlinealis

Dicendum cum Augustino et Gregorio in
4 dialogorum. q de loco inferni ubi nam
sit nihil certo scit sed probabilius existi
mat esse sub terra. tum ex ipsa nominis
ratione. Secundo ex loco Apocal. 5. neq in
coelo, neq in terra. neq subtus terram.
et qr conformius videtur dictis scripturae sacrae
Ad. 1. Rr cum Gregorio orbis ibi sumitur pro

(alij enim quibus Isi
dorus assentire vide
tur sub orbe terrestri.
Pythagoras in ignis
sphera. alij in alio
certo loco esse puta
runt)

hoc

UVA.BHSC

hoc superiori et visibili mundo / Ad. 2 q ignis ille supernaturaliter in æternum conseruabitur ex ordine diuinæ iustitiæ erit autem calor eius intensissimus ob terræ frigiditatem undique circunstantem / Ad. 3. q infernus in tertia insaciabilia connumerat pro N. 30. neque erit impossibile tantæ esse capacitatis diuina uirtute sic disponente ut damnatorum omnium corpora complectat et contineat - Ad 4. q puniente in his in quibus peccant scilicet quantum ad principalia instrumenta peccandi corpus nimirum. et animam uel q ut ait Augustinus per quæ peccamus in hac uita punimur et sic animus inordinatus est poena sibi.

Quæstio. 98. De Voluntate et intellectu damnatorum in nouem articulos diuisa

Ar. 1. Vm omnis uoluntas damnatorum sit mala?

Et uidet q, nō q homines damnati non erunt dæmonibus peiores. quitamen iuxta Dionisium. 4. de diuin. nom. bonum et optimum concupiscunt esse, viuere et intelligere / 2° q ut ait Dionisius malum est omnino inuoluntarium. ergo si damnati aliquid uolunt est q est reuera bonum aut apparens bonum / 3. q in multis damnatis remanebunt habitus virtutum politicarum laudabilium, quibus poterunt elicere laudabiles actus). Sed contra est

UVA.BHSC

q

584

q eorum voluntas erit obstinata in malo
contra Secundo qr beati nunqz habebunt volunta
tem malam.
Dicendum q voluntas naturalis cum nō
sit a seipsis bona remanebit, sed voluntas
eius deliberativa quae ex se ipsis erit mala
qr erunt perfecte aversi a fine ultimo rec
tae voluntatis
Ad. 1. Rr q procedit de voluntate natura
li in aliquod bonum. sed haec etiam depra
vabit per eorum maliciam / Ad. 2. q ma
lum ut sic non movet voluntatem. sed
in quantum aestimat bonum. sed ex eorum
malicia procedit q malum existiment bo
num / Ad. 3. q illi habitus virtutum po
liticarum vel non manebunt post hanc
vitam in damnatis, vel si manserint nō
prorumpent in actus suos ex pravitate
damnatorum.

Ar. 2. Vm̄ Damnati Poeniteant de malo quod fecerunt?

Videt q nō qr Bernardus in cant. dicit q
semper volunt iniquitates quas fecerunt /
2. qr velle se non peccasse iam esset bona
voluntas / 3. qr iuxta Damascenum hoc
est homini mors quod angelis casus. at hi
non poenitebunt unqz. ergo neqz homines /
4. qr neqz in hoc mundo ubi multo minor
est obstinatio multi poenitent excaecati pec
catorum malicia
Sed contra dicit de damnatis sap. 5. intra
se poenitentiam agentes / Secundo qr Philo
sophus in 9 et sic. ait q poenitudine reple
tur mali. mox enim tristant de hoc in quo
prius delectati sunt.

Di-

UVA.BHSC

Dicendum q. damnati dolebunt de peccatis non per se ut peccata sunt. sed per accidens ratione poenae adiunctae quam sustinebunt /
Ad. 1. Rr ex dictis / Ad. 2. q. in damnatis non erit velle se non peccasse ob turpitudinem iniquitatis / Ad. 3. q. sine aliqua aversione voluntatis contingit q. damnati de peccatis poeniteant. qr non hoc fugiunt in peccatis. quod prius appetiverunt. sed aliquid aliud scilicet poenam /
Ad 4. q. in hac vita peccatores quantumvis depravati timore poenarum corrigi consueverunt. sicut et ferae domantur /

Ar. 3. Vm Damnati recta ratione vellent non esse?

Et videt q. non qr August in lib. de lib. arbitrio id tenere expresse videt / 2 qr Augustinus ibidem arguit dicens q. praelectio supponit electionem. sed non esse non est eligibile. ergo non esse non potest esse damnatis magis eligibile qm esse /
3. qr non esse est maius malum qm miserum esse. ergo magis odibile /
Sed contra Apocal. 9. desiderabunt mori et mors aufugiet ab eis / Secundo qr et hominibus in hac vita misere degentibus appetibile est mori. eccli. 19.
Dicendum q. non esse per se non habet rationem boni neqz appetibilis. sed bene per accidens in quantum aufert aliquod malum vel miseriam. ut ex. 5. et hic 4. Matth. 26

et

UVA.BHSC

et Hierem. 20 cum glossa Hieronimi / constat. et per hoc Rr ad Primum. Ad 2. ex dictis / Ad. 3 similiter qr priuat miseria. quę est maximum malorum /

Ar. 4 Vm̄ Damnati uellent ~~no~~ esse in inferno non damnatos

Et uidet q non saltem loquendo de propinquis suis. quos epulo Lucę. 16. ab inferno poscebat liberari / 2. qr affectiones inordinatę in eis non auferentur. ergo cum aliquos inordinate dilexerint nō uolent eorum malum. quod est esse damnatos / 3. qr sic ex plurium damnatione cresceret eorum poena. sicut et in beatis gaudium ex plurium saluatione.

Sed contra est glossa Isai. 14 in illud surrexerunt de solijs asserens solatium esse malorum multos socios habere poenarum secundo qr in damnatis maxime regnat inuidia /

Dicendum q sicut in beatis erit charitas qua de omnibus bonis gaudebunt. sic et in damnatis odium detestabile. quo de omnibus bonis dolebunt.

Ad 1. Rr q etiam propinquorum glorię inuidebunt sed minus qz alijs. et sic petebat ne omnes propinqui damnarentur. mal luisset tamen cum fratribus suis omnes alios damnari / Ad. 2. q dilectio quę non fundat super honestum facile rescinditur ut dicitur in. 9. ethic. / Ad. 3. q adhuc magis eligent torqueri cum multis qz minus soli. (tanta erit eorum inuidia)

UVA.BHSC

Ar

Ar. 5. Vm̄ Damnati odio habeāt Deum?

Videt q. non quia dicit q. de dñm̄ (min omnibus diligibile est pulchrum et bonum, quod est omnis boni et pulchritudinis causa) 2 qr nullus potest ipsam bonitatem odio habere) Sed contra in psalmo. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper Dicendum q. deus apprehensus ut in se odio haberi non potest. apprehensus autem in suis effectib; ut in poenis quas infligit peccatoribus hic aut damnatis in inferno odiri aberis potest) Ad. 1. Rr q. procedit de appetitu naturali perverso tamen per malam voluntatem ut dictum est) Ad. 2. [illegible] x ductis

Ar. 6. Vm̄ damnati demereā

Videt q. sic qr etiam tunc habēt (t. malam voluntatem, qua hic demeruerunt. ergo vel demerent. vel ex sua [illegible] cōmodum reportant) 2. qr dæmones post suum casum demerent (ut patet in dæmone cui est poena inflicta genes. 3) at homines damnati similes sunt dæmonib;) 3. qr ebrius meret duplicem maledictionē si ex ebrietate aliquod peccatum cōmittat ut dicit in. 3 ethic. ergo similiter damnati. qui se voluntarie in obstinationem peccati iniecerunt) Sed contra est q. poena contra culpam divi

damnatione

UVA.BHSC

iudic. sed peruersa uoluntas indamnatis ex eorum obstinatione procedit, quę est eorum poena. / Secundo qr damnati pręcipue post diem iudicij ad terminum sui motus peruenerunt.

Dicendum q, neqz in beatis neqz indamnatis post diem iudicij erit aliquod meritum uel demeritum. ante diem autem iudicij in utrisqz poterit esse meritum non quidem respectu premij essentialis. sed accidentalis. uel poenę secundarię. quę poterunt augeri usqz ad diem iudicij. et hoc maxime in dęmonibus uel angelis bonis. quorum officio aliqui ad salutem. uel peccata trahuntur. Ad. 1. Rr q, indamnatis est summum incomodum ad summum malorum peruenisse / Ad. 2. q, ad officium dęmonum et non hominum damnatorum pertinet alios pertrahere ad damnationem ratione cuius demerent quantum ad secundariam poenam / Ad. 3. q, necessitas peccandi ut sic excusat quodammodo, sed pertinet ad primam culpam qua quis se in similem necessitatem iniecit.

Ar. 7 Vm̄ Damnati possint uti notitia quam in hoc mundo habuerunt.

Et uidet q, non qr in consideratione scientię est delectatio. quam ipsi omnino habere non poterunt / 2. qr sunt in maioribus poenis qz sint poenę huius mundi. at cum

poe

UVA.BHSC

poenis maximis huius mundi non po
test aliquas intelligibiles conditiones / quis
considerare, quas abstractus a poenis
passet / 3. qr sunt subiecti tempori qui
successione sui causat oblivionem ut
dicit in. 4 ethic /
Sed contra lucę. 16. dicit ad divitem
damnatum recordare q recepisti bona /
secundo qr in anima separata damna
ti remanent species intelligibiles /
Dicendum q sicut nihil erit in sanctis
quod non sit eis causa gaudendi. sic ne
qz in damnatis aliquid erit quod non
sit materia tristitię ut sit eorum mi
seria consumata tum ex parte cognos
cibilium scilicet malorum quę commisserunt
et bonorum quę omisserunt. tum ex
parte cognitionis quam imperfecte ha
bebunt. Ad. 1. Rrq quamvis conside
ratio de se sit delectabilis, ex aliquo
accidenti potest esse tristitię causa / Ad
2. q in hac vita ex afflictione corporis cō
sideratio animę impedit, sed in damna
tis non sic erit / Ad. 3. q cessante motu
coeli non erit temporis mutatio aut suc
cessio quę oblivionem causet.

Ar. 8. Vm Damnati aliquan do cogitabunt de Deo.

Videt q sic qr nisi de eo cogitarent
non possent ut dictum est eum odio ha
bere / 2. qr habebunt remorsum consci

en

UVA.BHSC

entię. at conscientia patit remorsum // de actis contra deum.
Sed contra est q perfectissima hominis cogitatio est de deo. at damnati non sunt in statu perfectionis
Dicendum q de deo considerare secundū se et ut est bonitatis principium semper delectationem importat. et sic nō cogitabunt de eo damnati. sed considerare ipsum prout in effectu punitionis aut alio simili tristitiam et afflictionem inducit. et sic Rr ad Argumenta.

Ar. 9. Vm̄ Damnati gloriam beatorum videant.

Et iudet q non qr non uident quę apud nos agunt (a quibus tamen minus distant) ut ait Gregor. 12. moral. / 2 qr Paulo pro magno concessum est id uidere in pręsenti uita ut constat. 1. cor. 12. et glossa ibi / Sed contra Lucę 16. diues uidit Abraham. et Lazarum in sinu eius.
Dicendum q mali ante iudicium uidebunt gloriam sanctorum in confuso cum inuidia de eorum gaudio et tristitia uidentes se tanto bono priuari post diem autem iudicij tali etiam visione priuabunt. nec ob id non torquebunt immo ex eo magis eorum pœna augebit. qr memoria de sanctorum beatitudine affligent / Ad. 1. Rr q ea quę hic agunt non ita eos contristarent // Ad. 2. q Paulus postea perfectius speraui

ita uidit q

UVA.BHSC

Aliqs.

Quæstio 99 De misericordia et iustitia dei respectu damnatorum in 5 artic. diuisa

Ar. 1. Vm̄ ex diuina iustitia inferat poena æterna peccatorij.

et iudet q. non qr deuter. 25 dicit q. iuxta qualitatem delicti erit et plagarum modus at peccatum est temporale. ergo / 2 qr sic unum peccatum mortale non puniret grauius q̄z aliud grauissimum si utriq; poena corresponderet æterna / 3 qr poenę ex 2 ethic. non inferunt nisi ad correctionem. poena autem æterna tunc neq; ad correctionem punitorum esset. neq; aliorum / 4. qr poenę non sunt uolitę propter se. at in poenis æternis nulla utilitas esse poterit / 5. qr poena est per accidens. at nullum eorum que per accidens sunt perpetuitatem habent / ut dicit. 1. de coelo et mundo / 6. qr iustitia dei hoc exigere uidet ut peccatores ad nihilum redigant et amittant præcipua beneficia. quorum primum est ipsum esse. quo sublato poenę non erunt æternę

Sed contra Matth. 25 ibunt peccatores in supplicium æternum / Secundo qr et Merito temporali reddet premium æternum / Tertio quia peccatum mortale est contra maiestatem infinitam et æternam

at

minus grande

588

at ex 5. et sic poena taxat iuxta digni
tatem eius in quem peccat
Dicendum q. poena duplicem habet quan
titatem scilicet secundum intensionem
acerbitatis. et sic non erit in damnatis
infinita. et secundum durationem et
et ita infinitatem habebit. Primo qui
tam æternam contempserunt. secundo
qr quantum est de seipsis finem consti
tuerunt in creatura et in suo æterno pec
cauerunt. Tertio qr contra deum infini
tum, et quarto qr peccatum mortale
in eis (cum per gratiam non auferat) sem
per manet. nec hoc mirum videri de
bet cum sæpe ob delictum commissum con
tingat homines perpetuo exilio a patria
expelli. Ad 1. Rr ex dictis. et cum Grego
rio q. culpa actu temporalis voluntate est
æterna / Ad. 2. q. erit inæqualitas poena
rum in intensione et non in duratione /
Ad. 3. q. non procedit de poenis perpetuo
duraturis ut exilio perpetuo et maxime
de poenis æternis / Ad. 4 q. erunt utiles
ad conseruandam diuinam iustitiam et
ut sancti de ea lætent. ut Isaias. psalmis
ta et Gregorius in 4 dialogorum nos
edocent / Ad. 5 q. quamuis culpa per ac
cidens respondeat animæ per se tamen
respondet animæ culpa infectæ / Ad. 6.
q. quamuis ex eo q. quis peccat contra de
um qui est auctor essendi mereat ipsum
esse amittere consideranda tamen est inor
dinatio quæ inuenit in culpa et supponit
esse

UVA.BHSC

sicut et meritū | esse peccantis cum differenti modo in uno q̄ in altero.

Ar. 2 Vm̄ Per diuinam misericordiam pœna damnatorum terminetur?

Et uidet q. sic tam hominum q̄ dæmonum. q̄ sapiæ. 2. dicit misereris omnium domine. quoniam omnia potest / 2. q̄ Roman. 11. conclusit deus omnia sub peccato. ut omnium misereret / 3 q̄ ut ait Anselmus lib. cur deus homo non uidet iustum ut deus creaturam quam ad beatitudinem condidit omnino perire sinat –

Sed contra Matth. 25. mittunt in ignem æternum / Secundo q̄ similiter e conuerso gloria bonorum angelorum finem haberet, quod dici non potest –

Dicendum contra errorem Origenis q. pœnæ dæmonum in æternum durabunt tum ut Apocal. 20 constat. tum q̄ prædictus auctor nimis misericordiam dei ex altera parte coarctauit dum asserebat etiā animas bonorum et beatos angelos aliquando in miseriam huius uitæ esse deuoluendas. Ad. 1. R. q. diuina misericordia per sapientiam regulat. nec deest damnatis q̄ citra condignum puniunt a deo / Ad. 2 q. ibi accipienda est distributio pro singulis generum. non pro generibus singulorum. q̄ aliquibus de qualibet natura. uel natione miseret deus / Ad 3. ex dictis et q. an Selmus

lo

UVA.BHSC

589

loquitur secundum decentiam divinae bonitatis

Ar. 3. Vm Divina misericordia patiatur homines in aeternum puniri?

Et videtur quod non quia genes. 6 dicitur non permanebit spiritus meus (id est indignatio mea ut ait glossa) in homine in aeternum, quia caro est / 2. quia charitas sanctorum tunc erit perfectior. ergo orabunt pro damnatis, et cum casse esse non debeant tandem exaudient / 3. quia prophetia de poena aeterna damnatorum est comminatoria, ergo non de necessitate implenda. sicut nec prophetia de subversione Ninive / 4. quia ad hoc facit quod in psalmo dicit numquid in aeternum irascet deus. aut. c. in. ir. s. m. s. 5. quia Isai. 14. glossa in illud tu autem proiectus es solum diabolum non habiturum requiem dicit /

eorum orationes

Sed contra est Matth. 25. ubi tam bonorum gloria quam malorum poena in aeternum duratura describitur / secundo quia ut Damascenus ait. hoc est hominibus mors, quod angelis casus

Dicendum quod quidam ab errore Origenis declinantes homines (non angelos) aliquando ab inferis liberandos asseruerunt sed decepti sunt. quia ut dictum est erit hominibus mors, quod angelis casus —

Ad. 1. Rr quod procedit de homine secundum genus suum. quia ab humano genere aliquan

UVA.BHSC

quando ~~ab humano genere~~ est dei in
dignatio remota per Christi aduentu,
Ad. 2. cum Augustino. 21. de ciu. et
Gregorio. 25 moral. et. 4 dialog. q. sa
nctis in hac uita orant pro hominibus
ut conuertant ad deum (nisi eis esse
prescitos constet) qr sunt capaces fruc
tus orationum recipiendi. et resipisce
re ualent) Ad. 3. q. prophetia comina
toria non impletur quando potest
contingere mutatio in meritis comi
natorum ut accidit in Ninive. quã
uis et comi~~n~~natio quantum ad ali
quid impleat. qr et tunc ut ait lib. ci
tato Augustinus subuersa est Ninive
peccatrix. id est quantum ad peccata)
Ad. 4 q. procedit de uasis misericordie
qui se misericordia indignos non fece
runt. uel de misericordia dei aliquid
relaxante et non totaliter liberante)
Ad. 5. q. illa glossa loquitur sub hypothe
si impossibili ad exagerandum mag
nitudinem peccati ipsius diaboli. uel
Nabuchodonosor. " " " "

Ar. 4 Vm Pœna damnatorum
Christianorum per diuinam mise
ricordiam terminetur?

Et uidet q. saltem horum pœna terminã
da sit. qr Marci ultimo dicit, qui cre
diderit et baptizatus fuerit saluus erit
2. qr Ioannis. 6. qui manducat meam
car

UVA.BHSC

carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam, at caro et sanguis Christi est communis cibus et potus christianorum. / 3. qr. 1 corint. dicit sicut ius opus aiserit detrimentum patiet ipse autem saluus erit. sic quasi per ignem. et loquit de illis in quibus fuit fundamentum fidei christianae. ergo omnes tales finaliter saluabunt —

Sed contra. 1. corint. 6. iniqui regnum dei non possidebunt / Secundo de talibus dicit. 2. Petri. 2. melius erat illis veritatem non cognouisse, quam postea retrorsum conuerti —

Dicendum (licet alij aliter senserint) quod neque qui sacramenta fidei et non fidem admisserunt, neque qui fidem a qua postea recesserunt, neque denique qui in sola fide sine bonis operibus mortui sunt aliquando ab igne inferni liberabuntur quamuis christianorum nomina et fidem teneant

Ad. 1. Rr. quod procedit de fide formata de qua loquit dominus / Ad. 2. quod locus intelligit de digne manducantibus et de spiritualiter communicantibus qui deo per charitatem uniunt / Ad. 3. similiter quod fundamentum intelligit fides formata

Ar. 5. Vm omnes illi qui operati sunt misericordiae opera puniuntur eternaliter.

et

UVA.BHSC

Et iudicet q, non sed illi tantum qui misericordiæ opera non fuerint executi. sic enim dicit Iacobi. 2. et Matth. 5. iudicium sine misericordia fiet ei. qui non fecerit misericordiam / 2. qr Matth. 25. ponit disceptatio domini cum reprobis et electis solum circa opera misericordiæ / 3. qr Matth. 6. dicit dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. et sequit si enim dimisseritis hominibus etc / 4. qr glossa Ambrosij. 1. Timoth. 4 idem sentit. in illa verba pietas ad omnia ualet / sed contra dicit. 1. corint. 6. neq; fornicarij, neq; auari regnum dei possidebunt. at multi qui se exercent in operibus misericordiæ sunt tales. ergo. 2°. qr Iacobi. 2. qui peccat in uno etiam si totam legem seruauerit factus est omnium reus /

Dicendum cum Augustino lib citato. q, neq; Christiani qui opera misericordiæ exercuerint, si in charitate non decesserint a poenis æternis unq; eripiẽt ut 1. corint. 13 colligit

Ad. 1. Rr q, procedit de misericordiam ordinate impendentibus / Ad. 2. q, tantũ probat q, facientes opera misericordiæ

post

UVA.BHSC

post peccata ab æterna poena liberabun
t / Ad 3. q illud non habet locum
in illis qui in peccato persistunt. sed decis
qui debite petunt sibi debitum a
domino relaxari. / Ad. 4. q procedit
de lubrico venialis peccati. vel si de
mortalibus intelligit de illis hominibus
qui ad remissionem eorum deo iuuante
per misericordiæ opera disponuntur /

~ II Laus Deo Patri, sum
mo Christo decus spi
ritui sancto. tribus
honor vnus. amen -

UVA.BHSC

UVA.BHSC

Pro methodo et memoria eorum, quae sanctus doctor in suis partibus disputat sequentem annotato tabellam.

In 1ª parte quae de Deo est omnium exemplari et causa.

1. quaestione agit de sacra doctrina qualis sit etc.

2. q. An deus sit
5. q. de bono in communi
6. q. de bonitate dei
7. q. de infinitate dei
8. q. de exist.ª dei in rebus
9. q. de dei immutabilitate
10. q. de dei aeternitate
11. q. de unitate dei
12. q. quomodo a nobis cognoscitur
13. q. de nominibus divinis
14. q. de scientia dei
15. q. de ideis
16. q. de veritate
19. q. de voluntate dei
20. q. de amore dei
23. q. de praedestinatione
27. q. de processione div. personarum
32. q. de cognitione earumdem
33. q. de persona Patris
34. q. de pers.ª filii et de Verbo
36. q. de persona spiritus sancti
43. q. de missione div. personarum
45. q. de emanatione rerum a deo
50. q. de substantia angelorum
53. q. de motu locali angelorum
57. q. de cognitione eorum respectu rerum materialium
63. q. de angelorum malicia quo ad culpam.

65. q. de opere creationis creaturae corporalis
67. q. de opere distinctionis secundum se et de opere primae diei
68. q. de opere secundae diei
69. q. de opere tertiae diei
70. q. de opere ornatus quantum ad quartum diem
71. q. de opere quintae diei
72. q. de opere sextae diei
73. q. de pertinentibus ad 7m diem
74. q. de omnibus septem diebus in communi.
75. q. de his quae pertinent ad essentiam animae et de homine
83. q. de libero arbitrio

Deinde agit de actibus et habitibus animae quantum ad potentias intellectivas et appetitivas nam aliae potentiae non pertinent directe ad theologum. de appetitivis autem agit in secunda parte quae ad mores spectant.

UVA.BHSC

84 q. de animę cognitione respectu corporalium
89 q. de cognitione animæ separatę
90. q. de prima hominis productione quantum ad animam
95. q. de pertinentibus ad voluntatem primi hominis gratia scilicet et iustitia
96 q. de pertinentibus ad hominem quantum ad conservationem individui
98 q. de pertinentibus ad conservationem speciei scilicet de ipsa generatione.
103. q. de gubernatione in communi
107. q. de locutionibus angelorum
110 q. de presidentia angelorum super creaturam corporalem
112. q. de missione angelorum
113. q. de custodia bonorum angelorum
115. q. de actione corporalis creaturę
116. q. de fato quod aliquibus corporibus attribuitur
117. q. de spectantibus ad actionem hominis qui est compositus ex spiritu et corpore.
119. q. de propagatione hominis quantum ad corpus

In 2ª parte quę est Prima secundę quę in duas partes ob sui Magnitudinem est divisa Agit de dei imagine scilicet de homine secundumq. et ipse est suorum operum principium liberum arbitrium habens

In 1. quęstione de ultimo eius fine
2. q. de hominis beatitudine
6 q. de voluntario et involuntario
11 q. de fruitione actu voluntatis
12. q. de intentione actu eius
13 q. de electione ad finem
16 q. de usu entium ad finem
18 q. de malicia et bonitate humanorum actuum in generali
22 q. de subiecto passionum
34. q. de bonitate et malicia delectationum //
49 q. de habitibus in generali quo ad eorum substantiam
55. q. de virtutibus quo ad essentiam earum
57 q. de distinctione virtutum intellectualium
58. q. de distinctione virtutum moralium ab intellectualibus
59. q. de distinctione virtutum moralium secundum relationem ad passiones
61 q. de virtutibus cardinalibus
62. q. de virtutibus theologicis
68. q. de Donis //
69 q. de Beatitudinibus
70 q. de fructibus spiritus sancti
71. q. de vitijs et peccatis secundum se /

UVA.BHSC

82 q. de originali peccato
83 q. de peccato veniali et mortali.
90 q. de legibus in cōmuni
98 q. de lege veteri
97 q. de comparatione novæ legis ad veterem
98 q. de his quæ continent in lege nova " " –
99 q. de gratia dei

methodi ac ordinis ratio secundæ secundæ – in qua absoluta iam generali moralium consideratione in particulari complectitur singula quæ in ~~particulari~~ ad mores spectant. tractans de septem virtutibus scilicet quattuor cardinalibus et tribus theologicis ad quas omnia reducuntur vel ratione virtutis adiunctæ. vel vitij oppositi

1 q. agit de fide et eius obiecto
8 q. de dono intellectus et scientiæ. quod respondet fidei
17 q. de spe
19 q. de dono timoris quod respondet spei
21 q. de præsumptione. quod est alterum extremum

23 q. de charitate sm̄ se
29 q. de pace
32 q. de eleemosina quæ est pars beneficentiæ
33 q. de correctione fraterna quæ est pars eleemosinæ
43 q. de scandalo quod est contra charitatem.
44 q. de præceptis charitatis
45 q. de dono sapientiæ quod respondet charitati
47 q. de prudentia sm̄ se
52 q. de dono consilij quod respondet prudentiæ
57 q. de iure
60 q. de iudicio
62 q. de Restitutione
63 q. de acceptione personarum quæ opponitur iustitiæ distributivæ –
64 q. de oppositis iustitiæ cōmutativæ et Primo de homicidio.
77 q. de fraudulentia in emptionibus et vendit.
78 q. de vitio usuræ in mutuis
81 q. de singulis partibus iustitiæ nempe de religione
84 q. de exterioribus partibus latriæ et primo de adoratione
86 q. de oblationibus et primitijs

UVA.BHSC

87 q. de decimis.
88. q. de voto quo promittimus aliquid deo
89 q. de iuramento actu etiam exteriori latrie
92 q. de vitijs Religioni oppositis ac primum de superstitione.
100 q. de Symonia
101. q. de pietate que est altera pars iustitie potentialis
114 q. de Amicicia que affabilitas dicitur et est pars iustitie
120 q. de epyqueia seu equitate ultima potentiali parte iustitie.
121. q. de pietate dono iustitie correspondente
123. q. de fortitudine et ei adiunctis
124 q. de martirio actu precipuo fortitudinis
139 q de dono fortitudinis ei correspondente.
141. q. de quarta virtute cardinali que est temperantia.
142 q. de vitijs temp^e oppositis
147 q. de ieiunio actu eius de
151. q de castitate
152. q. de virginitate p^te eius
160 q. de modestia p^te temperantie
161. q. de speciebus modestie ac primum de humilitate
162 q. de superbia ei opposita
163. q. de peccato primi hominis quod fuit per superbiam
171. q. de Prophetie essentia
175. q. de Raptu qui est quiddam prophetie annexum
176. q. de gratia linguarum
179 q. de divisione vite in activam et contemplativam.
183. q. de Varijs hominum statibus et officijs in genere
184. q. de His que pertinent in comuni ad perfectionis statum ad quem alij status ordinantur
186. q. de statu Religiosorum

Ratio ordinis ac methodi Tertie partis in qua doctor angelicus postquam egit de ultimo fine et ei annexis tractat de Christo domino Saluatore et beneficijs ab eo collatis, quibus ad predictum peruenit finem.

UVA.BHSC

In 1 q. de incarnationis miste rio et conuenientia
7 q. de gratia Christi ut sin gularis homo est
8 q. de gratia Christi prout ca put ecclesie
9 q. de scientia Christi in com uni.
14 q. de defectibus corporis eius
16 q. de conuenientibus Christo secundum se
18 q. de pertinentibus ad uni tatem Christi quantum ad uelle
19 q. de pertinentibus ad unita tem Christi quantum ad operationem.
22 q. de sacerdotio Christi.
24 q. de predestinatione ipsius
27 q. de sanctificatione Virgi is
30 q. de annunciatione Virg is
31 q. de conceptione Christi quantum ad materiam
32 q. de conceptionis Christi actiuo principio
33 q. de modo et ordine con ceptionis Christi
35 q. de Natiuitate Christi
37 q. de circuncisione et a lijs legalibus circa pue rum Iesum obseruatis
38 q. de baptismo Ioannis quo Christus est baptiza tus

40 q. de modo conuersa tionis Christi
46 q. de Passione ipsius
60 q. de sacramentis in communi
66 q. de pertinentibus ad sacramentum baptismi
72 q. de sacramento con firmationis et ei ad iunctis.
73 q. de sacramento eucha ristie secundum se
85 q. de poenitentia prout est virtus

Diuus Thomas morte pre uentus ulterius non scrip sit ex eius tamen doctrina que sequuntur ordine serua to addita sunt studiosa di ligentia. et sic supplemen tum tertie partis nuncupa tur

In 1 q. agit de partibus poe nitentie et primum de contritione.
6 q. de confessione et eius necessitate.
13 q. de satisfactionis possibi litate
17 q. de potestate clauium
21 q. de excommunicatione eiusque definitione con gruitate et causa

UVA.BHSC

25 q. de indulgentijs secundum se quę etiam clauibus sunt annexa

29 q. De sacramento extremę unctionis

30 q. de effectu unctionis extremę

34 q. de sacramento ordinis eiusq3 essentia et partibus

41. q. de matrimonio ut est in officium naturę

42 q. de eo prout est sacramentum

44. q. de definitione matrimonij

50. q de impedimentis ipsius in genere

51. q. de impedimento erroris

63. q. de secundis nuptijs

66. q. de bigamia et irregularitate ex ea contracta

67. q. de libello repudij

68. q. de filijs illegitime natis

69 q. de loco animarum post mortem

71. q. de suffragijs quibus defuncti a viuis adiuuantur

72 q. de oratione respectu sanctorum qui sunt in patria //

73. q. de signis quę iudicium precedent //

75. q. de Resurrectione

82. q. de conditione corporum resurgentium ac primum de impassibilitate

87. q. de cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio

88. q. de iudicio generali eiusq3 tempore et loco

92 q. de his quę spectant ad beatos post iudicium generale. ac primum de eorum visione diuinę essentię

96 q. de aureolis quibus eorum beatitudo perficitur et decoratur

97 q. de poenis damnatorum et igne, quo eorum corpora cruciabuntur

Sunt autem quęstiones primæ partis 119
Articuli uero. 585.

quęstiones primæ secundæ sunt. 114
Articuli uero. 620

quęstiones secundæ secundæ sunt. 189
Articuli uero 917

quęstiones tertię partis sunt 90
Articuli uero. 532

UVA.BHSC

Questiones supplemen
tiue additionum ad ter
tiam partem sunt. 99
Articuli uero. 443.
Sunt igitur questiones
omnes partium cum sup
plemento. 611.
Articuli uero omnium
predictarum partium. 3097

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC